

V
B
C
C.R. BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
CRACOVIENSIS


V
B
J
C
11141

Cicero

Commentarius.

1756.

COMMENTARIUS IN SELECTAS M. T. CICERONIS ORATIONES.

PARS I.

Ad usum Scholarum Societatis JESU.





Post editiones Germanicas, in Litvania *Editio Prima.*

VILNÆ
Typ: S. R. M. Acad: Soc. JESU, Annô 1754.



VERRINA I.
SEU
DIVINATIO.
ARGUMENTUM.

Cajus Verres per triennium Siciliæ præfuit; ubi cùm avarè multa, crudeliter, libidinosè gessisset, repetundarum reus ab Siculis postulatus est. Hi sibi Patronum Ciceronem delegerunt, illo tempore florentem defensionibus amicorum; Verres autem eloquentiam Tullii reformidans, Quintum Cæcilium Nigrum, domo Siculum, dari sibi accusatorem volebat: & ipse Cæcilius, olim Quæstor Verris, & ejusdem, ut ipse dicebat: inimicus, se potiùs accusatorem constitui oportere contendebat, has afferens causas: unam; quòd ab eo læsus, & ob hoc jure illi sit inimicus: alterã, quòd cùm Quæstor ei tum fuerit, crimina Verris noverit: tertiã, quòd Siculus pro Siculis agat. Huic respondet Cicero coram Senatoribus, & ostendit se Cæcilio anteponendum; accusatorem enim eum esse oportere, qui accedit inductus religione officii, rogatus ab omnibus Siculis; qui pro republica A *agit;*

agit; quem volunt, qui accusant: quem metuit, qui accusatur; qui idoneus est facundiâ & innocentiâ; qui hoc facit imitatione Majorum.

DIVINATIO dicitur hæc Oratio, seu deliberatio de accusatore Verris constituendo, tanquam divinare deberent Judices; cùm non de facto, sed futuro quæstio esset, uter alteri in accusando præferendus. Ita teste Quintiliano judicia de accusatore constituendo, olim vocabantur Divinationes.

Quæstio in genere Deliberativo: an Cicero sit eligendus accusator Verris, an Cæcilius?



Divi-

Divisio Orationis.

EXORDIUM.

A Causis, quare Cicero nunc Verrem accusare petat: qui hactenus plures defendit.

Reddit Auditorem benevolum â sua persona, recensendo officia, studia: avertendo offensam, quòd accuset, consilii sui rationem afferendo, &c.

Reddit attentum, dum toti Reipublicæ prodesse affirmat, quòd ipse in judicio hoc accusandi provinciam suscipiat, &c.

PROPOSITIO: Dicendum de contentione nostra (Ciceronis, & Cæcilii) ut Judices in constituendo, quod sequi possint, habeant: nimirum Ciceronem Cæcilio anteponendum.

CONFIRMATIO.

Hac argumentatione tractatur: *Ille debet constitui accusator, quem maximè volunt ii, quibus facta est injuria, & quem minimè vult is, qui injuriam fecit:*

Atqui *Siculi volunt Ciceronem; nolunt Cæcilium:*

2. *Hunc optat Verres, illum respuit: ergo.*

Major propositio probatur: quia lex de repetundis est instituta eorum causâ, quibus factæ sunt injuriæ. Amplificatur à causa finali legis, per Prosopopœiam Siciliæ loquentis, vehementes interrogationes, &c.

Assumptionis sive minoris pars prima probatur: Siculi Ciceronem rogârunt, adsunt testes, adsunt ipsi: Nolunt autem Cæcilium: hoc actore non aderunt judicio, potiùs habent, cur ipsi Cæcilium accusent, &c.

Pars secunda minoris prob: Hunc Cæcilium optat Verres: me respuit; quia multa in me esse arbitratur, quæ non sunt in Cæcilio; quia novit Cæcilium non habere partes boni accusatoris: habere Ciceronem.

CONFUTATIO. PERORATIO.

Amplificatur per diſtributionem partium: Cæcilius non accuſabit verè, non dicet omnia; non pro magnitudine criminum graviter & copiosè; non contra Hortenſium, adjuvantibus licèt duobus ineptis ſubſcriptoribus.

Quod ſi Cæcilius injurias à Verre accepit, at Siculi graviores acceperunt; ſi inimicus Verri fuit: at rediit in gratiam. Si & quæſtor ejus fuit; at quæſtor non debet Prætorem ſuum accuſare.

Quare honeſtius eſt Ciceroni, clariſſimorum Virorum exemplô, Sociorum, à quibus rogatus fuit, injúrias perſequi, quàm Cæcilio ſuas: petit Cicero à judicibus eligi accuſator Verris, quia diligenter, ac integrè ſalutem Reipublicæ & Sociorum defendet: quæ Cæcilius non ſpectat.



ORATIO.

SI quis vestrûm, Judices, aut eorum, qui adsunt, fortè miratur, me, qui tot annos in causis, judiciisq; publicis ita sim versatus, ut defenderim multos, læserim neminem: subitò nunc mu- 1. *Periodus numerosa. Similiter cadens. Antitheta.*

Si quis vestrûm: Hoc principio benevolentiam sibi à sua persona conciliat, quòd nimirum miseræ & afflictæ provinciæ causam, nullo alio fine, quàm partim officio patrocinii adductus, partim provincialium propè omniũ rogatu impulsus suscipiat; quinq; potissimûm causas, cur ad accusãdũ se traducat, inducit: 1. Quòd rogatu Siculorũ id faciat, quibus studia sua, decedens è provincia, promiserat. 2. Quòd alium hoc tempore idoneum non habeant, Q. Cæcilium repudient. 3. Quòd non tam accuset, quàm universã Siculorum gentem defendat. 4. Quòd hominẽ jam omniũ volũtate ac judicio damnatum accuset. 5. Quòd accusatorũ penuriâ nulla jam pænè judicia esse videantur.

Qui adsunt. Populũ significat, qui circũm subsellia coronam faciebat. Fiebant judicia in foro, spectante & audiente populô, præsertim ubi Orator eloquẽtiæ famâ clarus agebat causam.

Læserim. i.e. accusaverim; lædere enim dicitur, qui oratione detrahit, aut in aliquẽ invehitur. *Lædere & defendere: multos, neminẽ,* sunt opposita.

Subitò: Præter consvetudinem meam.

Nunc: Annô ætatis meæ XXXVII. quando communem accusatorum ætatem superavi.

Polysyndeton. Similiter desinens. Narratio ad docilitatem simul & benevolentiam.

mutata voluntate ad accusandum descendere: is si mei consilii causam, rationemq; cognoverit, unà & id, quod facio, probabit & in hac causa profectò neminem præponendum esse mihi actorem putabit. Cùm quæstor in Sicilia fuissem, judices, itaqué ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus jucundam, diuturnamqué memoriam quæsturæ, nominisqué mei relinquerem: factum est, uti cùm summum in

Mutata volũtate ad accusandũ: Cùm multorũ inimicitias ii subirẽt, qui alios accusabant, delata plerũq; fuit accusandi molestia ad homines adolescentes, neq; fere quisquam, nisi in adolescẽtia ad accusandũ veniebat, quam tamen ætatẽ Cicero, quãvis in foro judiciisq; publicis vel plurimùm versatus, hactenus sine ulla accusatione trãsegerat. Nũc igitur, cùm ad eam ætatem pervenerit, in qua defendere omnes solebãt, accusare nulli: mirari multi tam subitã cõsilii mutationẽ poterant.

Descendere: Putant aliqui ideò dici, quia ex altiore loco ex Capitolio, vel ex collibo, ubi nobiles habitabãt, descendendũ erat in forũ, ubi judicia fiebant; sed Cicero sæpiùs hoc verbũ adhibet in aliis: e.g. *descendere in certamen, in magnam dimicationem vitæ descendere,* ergo, etiam ad accusandum descendere, &c.

Actorẽ: Accipitur hìc, & à Jurisperitis pro accusatore.

Cùm Quæstor: quid Quæstor sit, vide paulò infrà. N. 2. F. 11.

Decessissem: Decedere: de Provincia ferẽ dicuntur, qui imperium ac potestatẽ suã posuerunt; *discedere* verò privati.

Uti, cùm, tum: usitatæ sũt Ciceroni particulæ; uti & hæ: *Cùm, tum, verò, tum etiam,* nec majorẽ, aut prius posteriore, aut posterius priore vim habet, sed sæpè usurpãtur loco connexionis ordinariæ, &c.

In

in veteribus Patronis multis: tum nonnullum etiam in me præſidium ſuis fortunis conſtitutum eſſe arbitrarentur. Qui nunc populati atq; vexati, cuncti *Cauſa 1.* ad me publicè ſæpè venerunt, ut ſuarum fortunarum omnium cauſam, defenſionemq; ſuſciperem: me ſæpè eſſe pollicitum, ſæpè oſtendiſſe dicebant, ſi quod tempus accidiſſet, quo tempore *Ab adjunctis.* aliquid à me requirerent, commodis eorum me non defuturum. Veniſſe tempus, ajebant, non jam ut commoda ſua, ſed ut vitam ſalutemq; totius Provinciæ defenderem: ſeſe jam ne Deos quidem in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere, quòd eorum ſimulacra ſanctiſſi-

ma

In veterib9 Patronis: quales erãt Marcelli, Scipiones, Metelli; ab horũ enim familia Siculi jam ſæpè ſervati, & defenſi in bellis fuêre.

Qui nunc populati, atq; vexati, &c. Sentẽtia graviter amplificata; cùm enim dicit: *populati atq; vexati*, oſtẽdit ſe miſericordiâ moveri debuiſſe; *cuncti*: univerſæ Siciliæ voluntate; *publicè*: authoritate civitatum, *Sæpè*: iteratis precibus; *fortunarũ cauſam, ſalutē, &c.* rei, quæ petebatur, magnitudinẽ demonſtrat. Sic ex adjunctis petenda eſt amplificatio.

Quo tempore: Geminatio, quæ tamen non eſt otioſa, ſed ad numerũ facit, & exprimendam rem.

Ne Deos quidē: nedũ homines, ad quos confugerẽt in ejusmodi tempore.

Eorum ſimulacra: quaſi cum Deorum ſimulacris Dii ipſi tollerentur; non quòd revera ſic eſſet, ſed quòd opem Deorum imploraturi ad eorum ſimulacra confugere nõ poſſent. Simulacra erant vel ſtatuæ, vel imagines ex ligno, ære, argento, auro effigiatæ.

Metonymia, luxuries pro luxurioſo. Inciſa ſimiliter cadentia.

ma C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, avaritia in rapinis, ſuperbia in contumeliis efficere potuiſſet, eas omnes ſeſe hoc uno Prætore per triennium pertuliſſe: rogare & orare, ne illos ſupplices aſpernarer, quos me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret. Tuli
2. graviter & acerbè, judices, in eum me lo-

Delubris: Accipit hìc pro templis. Propriè, ut ait Iſidorus lib:15. Originũ:delubra veteres dicebant loca illa fontes habentia, quibus ante ingreſſũ templi diluebantur, ideò appellata delubra à diluendo. Accipitur modò nomen hoc pro omnibus gentilium templis.

Religioſiſſimis: Superlativus ad amplificationem;habebant autem templis ſuis honorem longè maximum ethnici.

Luxuries in flagitiis: Diſtributio partium; ſingulis criminibus adjungit proprios effectus.

Prætore: Verres Siciliæ provinciam à Romanis tum obtentã Prætor gubernabat per tres annos. Prætor,ut ait Livi9:dict9 eſt,quòd præſit. Gerebat imperiũ,veluti Cõſul, ita tamen, ut Prætoris poteſtas minor eſſet, quàm Conſulis;& in urbe prætoribus bini tantùm Lictores cum faſcibus, Conſulibus duodeni præirẽt, in provinciis tamen non binos, ſed ſenos lictores habebant.

Rogare, & orare: nõ ſunt hæc otioſa ſynonyma: nam *orare* aliquid ampliùs ſignificat, quàm rogare: *oramus:* quando ſuppliciter, & cum reverentia ac ſubmiſſione petim9: *rogamus* etiã blandè,& familiariter.

Me incolumi: quãdiu ego vivo,qui eos defendere poſſem, & deberem non alium Patronum eſſe quærendum.

Tuli graviter: Obſervetur in tota hac lectione numer9, & poſitio verborum: duplicatio particularũ &c.

Ut

locum adductum, ut aut eos homines spes fallerct, qui opem à me, atq; auxilium petîssent: aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atq; officio coactus ad accusandum traducerer; dicebam: habere eos actorem Q. Cæcilium, qui præsertim Quæstor in eadem Provincia post me Quæstorem fuisset; quo ego adjumento sperabam hanc à me molestiam posse dimoveri; id mihi erat adversarium maximè; nam illi multò mihi hoc faciliùs remisissent, si istum non nôssent: aut si iste apud eos Quæstor non fuisset. *Dilemma.* *Causa.*

Ad-

Ut aut: aut ego. Cõsveta, & familiaria Ciceroni. Si aliter hæc verba in hac periodo ponas, quàm Cicero, statim cessabit numerus & gravitas. Probet tyro.

Tempore atq; officio còactus: Tempore Siculorum, officio meo. Officium hic accipitur pro gratia, favore, obsequio: quæ negari non possent sine læsione fidei & amicitiæ.

Traducerer: à loco defendentis, ad locũ accusatoris deducerer.

Quæstor: Quæstores dicti à quærenda pecunia publica, & tractando curandoq; ærario. Potestatem, ut Ædiles, Tribuniq; plebis, non imperium, ut Consul, Prætor, Dictator habebant. Lictoribus tamen, quibus in Urbe uti non licebat, utebãtur in provinciis. Primus gradus honoris apud Romanos Quæstura fuit.

Quo ego adjumẽto: per transitionem intrinsecam delapsus est à prima causa ad secundam, quæ est, quòd Siculi Cæcilium voluerint.

Remisissent: Condonâssent.

Ad-

Dissolutio. Congeries causarum. Adductus sum, judices, officio, fide, misericordiâ, multorum bonorum exemplo, veteri consvetudine, institutoqué majorum, ut onus hoc laboris, atqué officii non ex meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res, judices, consola-*Causa 3.* tur, quòd hæc, quæ videtur esse *Correctio.* accusatio mea, non potiùs accusatio, quàm defensio est existimanda. Defendo enim multos mortales, multas civitates, Provinciam Siciliam totam. Quam-

Adductus sum, &c. Officio, quia eorum petitionem non debeo aspernari, apud quos quæstor fui. *Fide:* quibus decedens de provincia promisi. *Misericordia:* quorū me tempus & calamitas, ut alia defuerint, debet commovere.

Onus hoc laboris: Alius diceret; onerosum hunc laborem, meliùs per duplex substantivum.

Non ex meo, sed ex meorū tempore: non enim erat tēpus, quo ego accusatoris officio fungerer: sed exigebat tempus calamitosum Siculorum.

Necessariorū: Necessarii dicuntur affines, cognati, amici, familiares.

Quo in negotio: Transitio ad novam causam: hactènus probavit, recusare se accusādi onus non potuisse; nunc ostendit, se non tam accusare, quàm defendere. Odiosum enim videbatur accusationis nomē, itaq; illud tanquam invidiosum in exordio, ne benevolentiæ aliquid decedat, passim declinat. *Me agente* dicit, non accusante; *Meum factum,* non meā accusationem; & suprà: *id, quod facio.*

Est existimanda: ad numerum facit, & gravitatē dictionis. Potuisset dicere simpliciter: *est defensio.* Si

Quamobrem si mihi unus est accusandus, propemodum manere in instituto meo videor, & non omnino à defendendis hominibus sublevandisqué discedere. Quodsi hanc causam tam idoneam, tam illustrem, tam gravem non haberem: Si aut hoc à me Siculi non petiissent, aut mihi cum Siculis causa tantæ necessitudinis non intercederet: & hoc, quod facio, me Reipublicæ causâ facere profiterer, ut homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus, cujus furta atqué flagitia non in Sicilia solùm, sed in Achaja, Asia, in Cili-

Causa 4. Repetitio. Concessio Polysyndeton.

Synonyma.

Si mihi unus,&c. Quia plures defendit, unum accusat, non tam est accusatio,quàm defensio; rationem reddit alibi,cûm dicit:*sẽper ex eo, quod maximas partes cõtinet, latissimèq; funditur, tota res appellatur.*

Quòdsi hanc causam &c. priores accusationis suæ causas deduxit ab officio, fide, volũtate Siculorũ, & quòd potiùs appelanda sit defensio; Nũc omissis his omnibus, aliam se & graviorem habere ait, nempe utilitatẽ communem. Est argumentũ ab honesto & æquo; priùs à necessario.

Singulari cupiditate, audacia &c. ascendit Orator à minore ad majus, ut oratio crescat: *cupiditas* adhuc est verbum medium, quod ad bonas malasq; res potest accõmodari. *Audacia:*jam propriè de malis rebus dicitur, sednõ necessariò est in factis: verùm etiã in cõsiliis, & attentatis. *Scelere:* cõprehenduntur genericè omnia Verris crimina. Sic etiã; quod statim sequitur: *Furta atq; flagitia:* non *flagitia & furta:* nam genericè flagitia denotant omnia turpiter cõmissa, & sic descenderet Oratio; quod malè.

Præditus: usurpatur tã de bonis, quàm malis rebus,

In Achaja,Asia,&c. nã cûm Legat9 esset Dolabellæ Procõsulis,per Achajã,atq; Asiã multa diripuit. *Ro-*

Cilicia, Pamphilia, Romae deniq; ante oculos omniū maxima, turpissimaq; nôssemus, me agente in judicium vocaretur: quis tandem esset, qui meum consilium aut factum posset reprehendere? Quid est, prô Deûm hominumq; fidem, in quo ego Reipubl. plus hoc tempore prodesse possim? quid est, quod aut populo Romano gratius esse debeat, aut sociis, exteriisq; nationibus optatius esse possit, aut saluti, fortunisq; omnium magis accomodatum sit? Populatae, vexatae, funditus eversae provinciae:

3. *Causa* 5. *Exclamatio. Interrogatio. Repetitio.*

Synonyma.

So-

Romæ deniq: nimirum in Prætura urbana.

Nôssemus: ut explorata & certa.

Meum consilium: Causam accusandi.

Aut factum: Ipsam accusationem.

Quid est, prô Deûm, &c. Hac ultimâ causâ susceptæ accusationis sibi cōciliat simul benevolētiā, proposita rei magnitudine, maximè cum ipsorum rationibus conjunctæ.

Populo Rom: gratius: quòd ipse accuset talem, tantūq; reum & justitiæ severitatē in judicio urgeat, cùm populus hactenus non bene cō tentus esset Senatorum judiciis, quæ magnâ infamiâ tum laborabant. Hinc fluunt ea, quæ sequuntur: qui *judicia manere &c*

Omnium saluti magis accōmodatū: quàm quòd homines idonei, atq; integri causam Reipublicæ; judiciorūq; suscipiant.

Populatæ, vexatæ funditùs eversæ: sunt amplificationes verbales & synonymicæ, quas Orator sæpè adhibet; sicut in epist: ad Balbum: *Vidi, cognovi, interfui.* lib. 3. in Ver: *Spoliare, relinquere, prodere.* in Catil. *abiit, excessit, erupit,* itē act: 1. *depeculatorē ærarii, vexatorē,* &c. atq; hujus generis, legētib9 Ciceronis Orationes propè innumerabilia occurrunt. Imitaberis hæc, cùm rei expressionē facere vis.

So-

Socii, ſtipendiariqué populi R. afflicti, miſeri jam non ſalutis ſpem, ſed exitii ſolatium quærunt. Qui Judicia manere apud Ordinem Senatorium volunt, queruntur, accuſatores ſe idoneos non habere. Qui accuſare poſſunt, judiciorum ſeveritatem deſiderant. Populus R. interea, tametſi multis incommodis, difficultatibusqué affectus eſt, tamen nihil æquè in republica, atqué illam veterem judiciorum vim, gravitatemq; requirit. Judiciorum deſiderio Tribunitia poteſtas efflagitata eſt: Judiciorum levitate Ordo quoq; alius ad res judicandas poſtulatur: judicum culpâ, atqué dedecore etiam Cen-

Diſſolutio. Inciſa.

Traductio.

Socii, ſtipendiariiq;: Stipendiarii diſtingvebatur à Sociis, & fœderatis, hi enī ſæpè erant immunes à vectigalibus, & ſtipendiis: ſtipēdiarii dicebantur, qui ad arbitriū populi R. tributa pendere debebant. Socii verò, qui proprio utebantur jure, propriis legibus: cum Romanis tamē fœdera habebant, ſive ad res pacis, ſive belli.

Tribunitia poteſtas efflagitata eſt: denuò petiti ſunt tribuni plebis, qui poteſtatē habebant Senatoribus malè judicantibus diē dicendi ad populū, quam olim ademerat Sulla.

Judiciorū levitate: propterea, quòd judices leves eſsēt, & facilè moti de recta judicandi via deflecterent. Cōtrà *gravis* judex, qui in tuendo jure firmus & conſtans.

Ordo quoq; alius: Equeſter; ut & Ordo Equeſter ſimul cum Senatoribus, quibus ſolis jam non fidebant; judicia exerceat. Ordo Equeſter erat nobilium, & medius inter Patritium, ac plebejum.

Judicū culpâ: Quia Judices rem tā malè agūt, ideò populus Cenſores optat:

Cen-

Complexio & Cōclusio ultimæ causæ.

Censorium nomen, quod asperius ante à populo videri solebat, id nunc poscitur, id jam populare atqué plausibile factum est. In hac libidine hominum nocentissimorum, in populi Rom: quotidiana querimonia, judiciorum infamia, totius Ordinis offensione, cùm hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer; ut homines idonei, atqué integri causam Reipublicæ, Legumqué susciperent: fateor, me salutis omnium causâ ad eam partem accessisse Reipublicæ sublevandæ, quæ omnium maximè laboraret. Nunc

Censoriũ nomẽ, &c. Censores priùs exosi erãt populo, quia & legebantur è Senatu, & Magistri morũ cùm essent, in populũ adpeccandũ proclivẽ graviter animadvertebant. Erat Censorum munus, civitatem censere, vectigalia locare, notare vitia, etiam Senatores, si malè agerent, potissimùm si corruptê judicarent, senatu movere.

Populare & plausibile: horum officium nunc gratum est populo, ita ut in sinu gaudeant, cum plausu & gratulatione excipiant.

In hac libidine nocentissimorũ hominũ: per libidinẽ intelligit scelera avaritiæ, luxuriæ, crudelitatis &c. eorũ, quos populus accusari, & plecti petit.

Totiꝰ ordinis offenssione: Ordinis Senatorii, qui per hoc patitur, quòd tribunitia potestas, Ordo Equester, & Cẽsorũ munus flagitetur.

Homines idonei: Non adolescentes; *integri*, non corrupti, & quadruplatores, uti infrà vocat.

Ad eam partẽ accessisse reipublicæ &c. eam causam suscepisse.

Laboraret: per translationẽ significat: malè haberet. Alibi in hunc sensum: *maximè ægram, ac propè depositã Reipublicæ partem.*

Nunc

Nunc quoniam, quibus rebus adductus ad causam accesserim, demonstravi; dicendum necessariò est de contentione nostra, ut in constituendo accusatore, quid sequi possitis, habeatis. Ego sic intelligo, Judices, cùm de pecuniis repetundis nomen cujuspiam deferatur, si certamen inter aliquos sit, cui potissimùm delatio detur, hæc duo inprimis spectari oportere: quem maximè velint actorem esse ii, quibus factæ esse dicantur injuriæ: &, quem minimè velit is, qui eas injurias fecisse arguatur. In hac causa, judices, tametsi utrumqué arbitror esse perspicuum, tamen de utroqué dicam, & de eo priùs, quod apud vos plurimùm de-

Transitio. STATUS & PROPOSITIO *Major.* *Ejusdēq; Divisio in duas partes.* 4. CONFIRMATIO. *Pars prima.*

Nunc quoniā: Finito exordio apertè transit ad ipsum statū Quæstionis, Cōtentionē nimirū Ciceronis & Cæcilii de officio accusatoris, uter alteri præferendus.

Ego sic intelligo: incipit argumētatio, pro qua ponit hāc propositionē: *Ille debet constitui actor, quem maximè velint esse ii, quibus factæ sunt injuriæ: & quem minimè velit is, qui injurias fecit.*

De pecuniis repetūdis: Repetūdæ simpliciter, vel cōjunctim, pecuniæ repetundæ dicuntur, quidquid à Sociis, & Provincialibus per Magistratus contra leges exactū, acceptumvè est, & in judicio repetitur, à *repetēdo* ita dictæ.

Delatio detur: Ut Verris nomen deferat, hoc est: reum faciat, accuset. Hoc primò fiebat, ut nomen rei deferretur ab accusatore ad judices; dein dicebatur dies. Utrumq; nunc passim sumitur pro eodem, & significat *accusare*, diē nempe dicere, nomen deferre.

De

debet valere; hoc eſt, de voluntate eorum, quibus injuriæ factæ ſunt: quorum causâ judicium de pecuniis repetundis eſt conſtitutum. Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus eſſe, Siculorum civitates vaſtâſſe, domos exinanîſſe, famâ ſpoliâſſe dicitur. Adſunt, queruntur Siculi univerſi: ad meam fidem, quam habent ſpectatam jam & diu cognitam, confugiunt: auxilium ſibi per me à vobis, atque à populi Rom. legibus petunt; me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt. Utrùm Q. Cæcili hoc dices, me non Siculorum rogatu ad cauſam accede-

Enumeratio partiũ.

Mẽbrati. Synonyma.

Similiter cadens & Synonyma.

Dilemma.

De voluntate: Quid ipſi Siculi velint.

Quorũ cauſâ judicium, &c. Repetundarũ lex primùm conſtituta fuit Sociorum & Provinciarum causâ, contra Prætores eorum, quæſtores &c. vide infrà f. 24.

Siciliam depopulatus &c. Hic à ſummis ad infima deſcẽdit; alibi ab infimis aſcẽdit ad ſumma, quod utrũque valet ad ornandum, hic igitur à provincia ad civitates, â civitatibus ad domos, id eſt: à toto ad partes, à partibus ad particulas &c. at ſuprà ab una *injuria* ad *multas*, â *multis* ad *exitiũ*; *populatæ, vexatæ &c.*

Cognitorem juris: qui eorum jura, eorum cauſam intelligat, agat, procuret, *Procurator, Advocat9, Defenſor.* Sunt hic definitiones, *Defẽſoris*, ab effectis, & partibus officii ſui; alius ſimpliciter diceret; me defenſorem petunt.

Utrùm Q. Cæcili: Quid dices Cæcili, Siculos me non petiiſſe, vel etiamſi petiẽrint, eo-

dere: an optimorum, fidelissimorumqué Sociorum voluntatem apud hos gravem esse non oportere? Si id audebis dicere, quod C. Verres, cui te inimicum esse simulas, maximè existimari vult, Siculos hoc à me non petîsse: primùm causam inimici tui sublevabis, de quo non præjudicium, sed planè judicium jam factum putatur, quòd ita percrebuit, Siculos omnes actorem suæ causæ contra illius injurias quæsîsse. Hoc si tu

Per Cõmunicationẽ.

Prima pars Dilẽmatis.

Annominatio.

eorum preces non debere monumentum habere?

Apud hos: apud Judices.

Gravem esse non oportere: Non debere habere vim & pondus; debere eos rejici.

Si id audebis:&c. Est asssũptio sive minor Dilẽmatis secundùm primã partem, quã probat tũ testimoniis publicæ famæ, quæ percrebuit, tum testium Civium R. & Siculorum.

Causam inimici sublevabis: Nam si actorem Siculi nullũ petunt, facilè existimari potest, non tam graves eorũ esse injurias, quàm homines arbitrantur. Verres utiquè vellet, ut crederent homines, à Siculis me non peti accusatorem; si tu ei in hac re assentis, causam ejus sublevas, ei patrocinaris.

Non præjudicium: Nam cùm Actorem Siculi omnes postulant, cõdemnant ipsi Verrem suo judicio, estq; Verres jam & horũ & aliorũ opinione damnatus, ut in sequenti oratione Cicero; *Reus in judiciũ adductus est C. Verres, homo vitâ atq; factis omniũ jam opinione damnatus.* Itaq; *præjudiciũ* hic non ut à Quintiliano strictè accipitur, sed pro signo & judicio judicii futuri, pro damnatione in opinione hominum.

 Ne

tu inimicus ejus factum negabis, quod ipse, cui maximè hæc res obstat, negare non audet, videto, ne nimiùm familiariter inimicitias exercere videâre. Deinde sunt testes viri clarissimi nostræ civitatis, quos omnes à me nominari non est necesse: eos, qui adsunt, appellabo: quos si mentirer, testes esse impudentiæ meæ minimè vellem. Scit is, qui est in Consilio C. Marcellus: scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus: quorum fide, atq; præsidio Siculi maximè nituntur, quòd omninò Marcellorum nomini tota illa provincia ad jun-

A testib9.

Repetitio.

Ne nimiùm familiariter inimicitias &c. sensus est per jocum & ironiam, hæc significans: videto Cæcili, ne nimiùm amicè inimicitias exerceas, cum Verre colludendo.

Fide atq; præsidio: quorũ virtute & auxilio nituntur: *præsidium* per Metaphoram, id est. salutis propugnaculum.

Marcellorum nomini &c. quia tota Sicilia singulariter addicta Marcellis. M. Marcellus Syracusas cepit, atq; eam dein gentẽ bello devinctam in fidem suam recepit; atq; adeò patroni eorũ adhuc erant Marcelli; quod testãtur veteres familiæ Marcellianæ denarii, in quibus tũ alia ejus provinciæ symbola impressa erant, tũ spica, & tria crura, à quibus Sicilia, Trinacria appellata fuit. Celebre erat apud Romanos Marcellorum genus, & ex Marcellis fuit primus, qui Annibalem vinci posse docuit.

Adjuncta: addicta, devota.

junćta eſt. Hi ſciunt, hoc non modò à me petitum eſſe, ſed ita ſæpè & ita vehementer eſſe petitum, ut aut cauſa mihi ſuſcipienda fuerit, aut officium neceſſitudinis repudiandum. Sed quid ego his teſtibus utor, quaſi res dubia, aut obſcura ſit? Adſunt homines ex tota provincia nobiliſſimi, qui præſentes vos orant, atq; obſecrant, judices, ut in Actore cauſæ ſuæ deligendo veſtrum judicium ab ſuo judicio ne diſcrepet. Omnium civitatum totius Siciliæ legationes adſunt, præter duas civitates, quarum duarum, ſi adeſſent, duo crimina vel maxima minuerentur, quæ cum his civitatibus C. Verri communicata ſunt. At

Geminatio Antitheta.

Tranſitio per correctionem.

Officium neceſſitudinis &c. Nulla habēda ratio meritorum, fidei, fidelitatis, atq; illius etiam juris, quod inter hoſpites & clientes eſt.

Veſtrū judicium ab ſuo judicio: ne aliter judicetis, quàm ipſi judicandū exiſtimant, & deſiderant. Duplex negatio ſæpè eleganter ſervit pro affirmatione.

Duas civitates: duo crimina: unum cum Syracuſanis, alterū Marmertinis cōmunicatum erat; ſi etiā hæ duæ civitates accuſarent Verrem; nec ipſæ eſſent reæ, nec illa duo crimina fuiſſent à Verre patrata, neq; modò in judicium adducenda.

C. Verri communicata: id eſt: à Cajo Verre; Dativus pro Ablativo, modò & Pöetis & Oratoribus familiari. Quæ communia ſunt Verri cum his duabus civitatib9.

Occupatio. Syllogismus. Periodicè. At enim, cur à me potissimùm hoc præsidium petiverunt? Si esset dubium, petîssent à me præsidium, nec ne? dicerem, cur petîssent: Nunc verò, cùm id ita perspicuum sit, ut oculis judicare possitis; nescio, cur hoc mihi detrimento esse debeat, si id mihi objiciatur, me potissimùm esse delectum. Verùm id mihi non sumo, judices, & hoc non modò in Oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cujusquam relinquo, me omnibus Patronis esse præpositum. Non *Articulus. sive incisum.* ita est: sed unius cujusqué temporis, valetudinis, facultatis ad agendum du-

At enim: Clarè hic ponitur syllogismus: *si esset dubium, an à me præsidium petîssent, dicerem, cur petîssent.*

Sed neutiquam dubium est;
Nō ergo dicā, cur petièrint.

Insinuat rationem, quòd Siculi sine dubio judicaverint maximè idoneū Ciceronem; ne tamen ipse hoc dicens videatur sibi nimiùm arrogare, aliā mox subdit rationē. Probatur ergo à causa finali: quia Siculi sibi idoneū fore Ciceronem judicârunt.

Oculis judicare: metaphoricè, sicut alibi: *Cerno jam animo.*

Cur hoc mihi &c. cur hoc me in hac causa debeat impedire.

Verùm id mihi non sumo: Non hoc mihi arrogo, me multis claris oratorib9, qui Siciliæ Patroni essent, præponendum.

Non modò in oratione &c. Non tantùm non dico, sed neq; peto, ut taciti ita secū sentiant auditores.

Uniuscujusq; temporis &c. alii, Marcelli nempe &c. impediti sunt, partim tempore, quòd nūc ipsi sint vel judices vel aliis officiis districti; partim infirmâ valetudine; nōnulli etiā facultate destituti ad agendū, seu minùs diserti, aut minùs exercitati.

Du-

ducta ratio est. Mea fuit semper hæc in hac re voluntas & sententia, quemvis ut hoc mallem de iis, qui essent idonei, suscipere, quàm me: me ut mallem, quàm neminem. Reliquum est jam, ut illud quæramus, cùm hoc constet, Siculos à me petîsse, ecquid hanc rem apud vos, animosq; vestros valere oporteat: ecquid auctoritatis apud vos in suo jure repetundo Socii populi Rom. supplices vestri, habere debeant. De quo quid ego plura commemorem? quasi verò dubium sit, quin tota lex de pecuniis repetundis Sociorum causâ constituta sit. Nam civibus cùm sunt ereptæ pecuniæ civi-

Similiter cadentia. Dissolutio. Cõmutatio. Cõduplicatio.

5. *Secunda pars superioris Dilemmatis. Repetitio & Synonymia. A causa finali institutæ legis: per præteritionẽ.*

Ducta ratio: his causis inducti sunt: observârunt adjuncta temporis, & personarum, quis hoc tempore sibi futurus utilior.

Mea fuit &c. voluntas: Quod ad me attinet, alienus ab accusando sũ, sed officio, fide, misericordiâ adducor. Mallem alium hoc agere; si nemo alius, malo ego, quàm nemo; ne deserãtur Siculi.

Quàm neminem: Cæcilium enim non habet pro vero accusatore, sed pro prævaricatore:

Quasi verò dubium sit: Est hæc argumentatio:

quorum causâ lex repetundarum est constituta, ad eorum arbitratũ ex lege oportet agi.

At sociorũ causâ lex repetundarum est constituta;

Sociorum ergo arbitratu agi debet.

In suo jure repetundo: cùm judicium repetundarũ postulant, suum jus repetunt; nam Sociorũ causâ judicium illud legibus est constitutum.

Supplices vestri: addit hæc pro majore vi.

 Ci-

civili ferè actione, & privato jure repetuntur. *Traductio* Hæc lex socialis est: hoc jus nationum exterarum est: hanc habent arcem, minùs aliquantò nunc quidem munitam, *Allegoria.* quàm antea; verumtamen siqua reliqua spes est, quæ Sociorum animos consolari possit, ea tota in hac lege posita est: cujus legis non modò à populo Rom: sed etiam ab ultimis nationibus jam pridem severi custodes requiruntur. *Cōplexio.* Quis igitur est, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi, quorum causâ lex sit constituta? *Prosopopœia.* Sicilia tota, si unâ voce loqueretur, hoc diceret: *Enumeratio partiū.* quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit; quod in unaquaq; re beneficiô Senatûs, po-

Civili actione, & privato jure: Lex repetundarū propriè & primariò erat pro Sociis. Cives si repetebant erepta, secundùm aliam & civilem legem dabatur judiciū, & dicebatur propriè *actio furti*, non *repetundarum* & civis cum cive ad Prætorem urbanum contendebat.

Hæc lex socialis est: hæc pro Sociis est, pro ipsis præcipuè instituta.

Hanc habent arcem: Metaphoricè. Arx dicitur propriè editus & munitior ad salutem locus. In tali igitur lege Socii habebant veluti munimentum, quo se defenderent, quò se vexati reciperent. Continuatur allegoricè *minùs munitā: cujus legis severi custodes.* Per custodes & propugnatores intelliguntur Judices; quod enim in arce custos est, id pro legibus judices sunt, aut esse debent.

Ultimis nationibus: ultimæ in imperio nostro.

Quis igitur est &c. Complexio ornata per prosopopœiā Siciliæ. Orator suas conclusiones plerūq; figuratè pro- po-

populiqué Rom: juris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti, atqué abstulisti; quo nomine abs te sestertiûm millies ex lege repeto. Si universa, ut dixi, provincia loqui posset hac voce uteretur; quoniam id non poterat, harum rerum actorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa delegit. In hujusmodi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam invitis iis, quorum negotium est, accedere, aut aspirare audeat? Si tibi, Q. Cæcili, hoc Siculi dicerent: te non novimus: ne-

Dissolutio. Repetitio.

Cæcilium respuunt Siculi.

6.

Prosopopœia. Siculorū.

ponit, non per particulam ergo &c.

Quo nomine: Accipitur nomen interdum pro debito; nomina sua expedire, solvere; multis nominibus obstrictum esse.

Sestertiûm millies: Bene notandus hic loquendi modꝯ, qui in Cicerone sæpiùs occurrit. Discrimen est inter *Sestertiûm millies*, & *millia*. Si numerꝯ adverbialiter ponitur, sēper subintelligitur *centena millia*; adeoq; hic lege: *sestertiûm millies centena millia*, quæ summa apud nos facit vicies quinquies centū millia Coronatorū, sive duos milliones & dimidiū Coronatorū. Plura de his numeris in decursu, præsertim in Verrina IV. lib: II. N. 10. & 20. *Sestertiûm* significat simpliciter *millia*. Scribitur *sestertiûm* plerūq; per H. S. Erat sestertius moneta argētea valens quartam partem denarii argentei.

In hujusmodi re: Hactenus se maximè petitum ostendit; deinceps minimè peti Cæcilium, atq; adeò recusari demonstrat. Ad quam partem inadvertenter, & per intrinsecā connexionē delapsus est.

Accedere, aspirare: Accedere, est appropinquare. *Aspirare*, vel vultum, oculos, ac spiritum oris illuc advertere; ergo crescit oratio.

Si tibi &c. Iterum prosopopœia. Hæc alienæ personæ lo-

nescimus, qui sis: nunquam te antea vidimus: sine nos per eum nostras fortunas defendere, cujus fides est nobis cognita; nonne id dicerent, quod cuivis probare deberent? Nunc hoc dicunt, utrumque se nôsse: alterum se cupere defensorem esse fortunarum suarum: alterum planè nolle. Cur nolint, etiam si tacerent, satis dicunt. Verùm non tacent. Tamen his invitissimis te offeres: tamen in aliena causa loquêre? tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potiùs, quàm abs te defensos esse malunt? tamen his operam tuam pollicebere, qui te neq; velle suâ causâ, nec si cupias, posse arbitrantur? Cur co-

Communicatio.

Repetitio & Interrogatio instandi causâ.

Synæciosis.

loquentis inductio, ac prosopopæia mirè non solùm ornat, sed etiã quodammodò excitat orationem, quâ frequentissimè utitur Cicero. Vivit oratio & historia per has loquelas.

Te non novimus: Argumentum à minore. Nam quantò magis rejiciẽdus es, cùm dicunt: te bene novimus, & idcirco nolumus te habere.

Nunc hoc dicũt: Assumptio sive minor syllogismi, cujus propositio erat: *si tibi Q. Cæc. &c.*

Tamen his invitis: figura repetitionis elegans, vocatur alio nomine anaphora; cùm vox eadem aut sonus audiatur in principiis vel incisorum, vel membrorum, vel periodorum, Ciceroni familiaris, tum potissimùm, cùm urget, & instat.

Desertos potius malunt: Putabis redundare *potius*, aut dicẽdũ: *volunt;* sed exempla suppetunt Terentii, Plauti, & alibi quoq; Ciceronis, qui non horruerunt dicere: *potius malunt.*

Neq; velle suâ causâ: qui non existimant, te accusationẽ suscipere, quòd faveas, & studeas Siculis; *velle suâ* cau-

eorum spem exiguam reliquarum fortunarum, quam habent in legis & judicii severitate positam, vi extorquere conaris? cur te interponis invitissimis his, quibus maximè lex consultum esse vult? cur, de quibus in provincia non optimè es meritus, eos nunc planê fortunis omnibus conaris evertere? cur his non modò persequendi juris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem? Num te actore quem eorum affuturum putas, quos intelligis, non ut per te alium, sed ut per aliquem te ipsum ulciscantur, laborare? At enim solum id est, ut me Siculi maximè velint: alterum illud, credo, obscurum est, à quo Verres minimè se accusari ve-

Eædem figuræ alio modo.

Cõmutatio.

7.

Transitio Per figurã occupationis & iro-

causâ, propter se, ex studio sui & si velles, non posses,

Judicii severitate: quæ nulla erit te accusante.

Persequendi juris: persequi significat ad extremum usq; sequi: item in re cœpta perseverare, rem suam defendere; quo sensu hic & alibi passim à Cicerone accipitur. Interdũ accipitur in malam partem, & significat insectari, ulcisci.

Num te actore quem, &c. an existimas aliquẽ ex Siculis te accusante compariturum in judicio? sequitur pulchra commutatio. Non volunt per te aliquem alium accusare; potiùs volunt aliquẽ, per quem accusent te, & de te vindictam sumant. Hoc quærunt, hoc laborant.

Te ipsum ulciscantur: illatas à te sibi injurias vindicent, teq; ad pœnam deposcant.

At enim: Assumit & probat secundam partem factæ superiùs propositionis, nimirum: *quem minimè velit is, qui eas injurias fecisse arguatur.*

niæ ad secundã partem factæ divisionis. Compar.

velit. Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quàm ille, atqué illius amici, ut ne hæc mihi delatio detur? Sunt multa, quæ Verres in me esse arbitratur, quæ scit in te, Q. Cæcili, non esse: quæ cujusmodi in utroq; nostrûm sint, paulò pòst commemorabo. Nunc tantùm id dicam, quod tacitus tu

Synæciosis.

mihi assentiâre: nullam rem in me esse, quam ille contemnat: nullam in te, quam pertimescat.

Digressio in Hortensium.

Itaqué magnus ille defensor, & amicus ejus tibi suffragatur, me oppugnat: apertè ab judicibus petit, ut tu mihi anteponâre: & ait, hoc se honestè sine ulla invidia, ac sine ul-

atur. Mirum est, quàm jucunda varietate transitũ sibi Cicero quærat ad aliam rem. Hic quidem per ironiam, alibi aliter.

Ecquis unquam &c. Nemo vel de honore, vel de vita sua ita solicit9 est, quàm Verres, ne ego sim Actor. Proponit hanc minorem per figuram interrogationis, quæ majorem vim & elegantiã addit. Jam enim frigeret dictio, si dixisset: *nullus unquam &c.*

Magnus ille Defensor: Hortensius nempe, qui dominabatur hucusq; in judiciis, dum plerùmq; contra adolescentes, qui accusabant, defenderet, & non tam eloquentiâ vinceret, quàm aliis artibus.

Amicus ejus: Amicus Verris, & ideo pro Cæcilio etiã ipse stabat, ut per Cæcilium, ineptum accusatorem Verri prodesset.

Apertè ab judicibus petit: Non clandestina aut obscura corrumpendi ratione, sed manifesto conatu, & publico molimine; quia honestum putat esse prætextum, si non ipsam directè petat absolutionem Verris; sed ineptum duntaxat accusatorem.

Cùm

ulla offensione contendere. Non enim, inquit, illud peto, quod soleo, cùm vehementiùs contendi, impetrare: reus ut absolvatur, non peto: sed ut ab hoc potiùs, quàm ab illo accusetur, id peto. Da mihi hoc: concede, quod facile est, quod honestum, quod non invidiosum: quod cùm dederis, sine ullo tuo periculo, sine infamia illud dederis, ut is absolvatur, cujus ego causâ laboro. Et ait idem, ut aliquis metus adjunctus sit

Conduplicatio.

Præsopopœia Hortēsii. Repetio. Geminatio.

Cùm vehementiùs contendi: quando absolvendo reo omnē æquam & iniquam impendi operam, pecuniam judicibus dedi, judicia corrupi &c. ita enim intelligēdus Cicero, qui Hortensiū quodammodo fatentem inducit, quòd judicia sæpè corruperit; quia tamen hic Hortēsi9 ipse loquens inducitur, iste facinora sua honestioribus terminis proponit, & tantùm dicit; cùm *vehementiùs contendi.* Observandum semper, in qua persona loquatur Orator.

Da mihi hoc: Verba sunt Hortensii cum judicibus colloquentis: da, ut Cæcilius Verrem accuset; quo facto & non damnabitur reus, & cùm hoc egerint judices, tamen non videbuntur corrupti, etsi tantundem fecerint, ac si absolvissent. Eveniet enim, ut accusante Cæcilio, me Hortensio defendente, facile Verres elabatur.

Et ait idem &c. Ita ait Hortensius porrò: Ut judices à me corrupti metu quodam adstringantur ad gratiosam pactionem, quam cum ipsis inii, servandam, certi sunt constituti è consilio, quibus priùs ostendi debent tabellæ, num, ut promisêre, absolutoriam daturi sint sententiam. Exarabatur in tabellis vel Litera A. Absolutoria. vel C. Condemnatoria; vel N. L. Non Liquet, quib9 ampliandam & differendam esse causam judicabant.

sit ad gratiam, certos esse in consilio, quibus ostendi tabellas velit. Id esse perfacile; non enim singulos ferre sententias, sed universos constituere; ceratam unicuiqué tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Atqué is non tam propter Verrem laborat, quàm quòd eum minimè res tota delectat. Videt enim, si à pueris nobilibus, quos adhuc elusit: si à quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit semper, ac pro nihilo putavit: accusandi voluntas

Repetitio.
Antitheta.

Id esse perfacile: posse hoc fieri, quin ab aliis advertatur; cùm enim (in gravioribus nēpe causis) non accedāt ad urnam sigillatim, sed simul & confusè universi, inter ferendas simul & confusè tabulas, alicui è consilio, & eidem judici facilè alios judices furtim posse suas ostēdere tabellas, ut Hortensius certus sit de servato promisso.

Ceratam unicuiq; tabellam &c. Invidiosè hic Cicero adducit modum corrumpendi judicia, quem olim adhibuerat Hortensius in causa T. Varronis; ut enim Hortensius certus esset, judices à se corruptos suis stare promissis, adegit eos, ut disco loribus ceris insignitas tabulas sumerent, ut si fortè non haberent sententiam absolutoriam Varronis, ex colore ceræ possent argui. Unde tum quidem in infamiam ob nefarium factum inciderunt Judices; nunc autem, inquit, hoc infamiæ periculum non est, cùm tabella detur notata cerâ legitimâ, at aliunde (furtim nempe ostendendo) possit haberi certitudo servatæ pactionis. Hæc fusiùs, quia indigebant explicatione.

Quos adhuc elusit: hactenus, usq; ad hoc tempus, facilè & cum eorum contemptu superavit.

A quadruplatoribus: Sordidum & infame accusatorum genus erat, qui ideò accusabant, ut à bonis eorum, quos accusabant, si condemnarentur,

tas ad viros fortes, ſpectatosq; homi-
nes translata ſit, ſe in judiciis dominari 8.
non poſſe. Huic ego homini jam antè
denuntio, ſi à me cauſam hanc vos agi
volueritis, rationem illi defendendi to-
tam eſſe mutandam, & ita tamen mu- *Geminatio.*
tandam, ut meliore & honeſtiore con-
ditione ſit, quàm qua ipſe eſſe vult: ut *Exempla Majorum.*
imitetur homines eos, quos ipſe vidit
ampliſſimos, L. Craſſum & M. Anto-
nium: qui nihil ſe arbitrabantur ad ju-
dicia, cauſàsq; amicorum, præter fidem
& ingenium afferre oportere. Nihil
erit, quod me agente arbitretur judi-
cium

tur, quartam partem acciperent.

Dominari non poſſe: uti adhuc dominatus eſt: *Dominatus in judiciis*, eſt potentia in judicibus flectendis, & permovendis in ſuam ſententiam & illas partes, quas orator tuendas ſuſcepit, ſive id conſequatur vi eloquentiæ, ſive aliis artibus. Sic & Ciceroni objiciebatur regnum forenſe, quòd in foro ipſe rex eſſet, & eloquentiâ ſuâ cæteris dominaretur.

Huic ego homini: Reddit ex digreſſione, & primò quidē Hortenſiū deterrere conatur, dein ſibi viam ſternit ad diſſimilem ſui, & Cæcilii comparationem inſtituendam.

Totam: quaſi nulla ex parte honeſtam; hoc invidiosè.

Eſſe mutandam, & ita mutandam: habet elegantiam hæc ejusdem verbi geminatio, uti pro lege Manilia; *regnat, & ita regnat. Dicam alio loco, & ita dicam &c.*

Meliore conditione, quàm qua ipſe vult: cogam eum eſſe bonum virum, contrà quàm adhuc fuit, & eſſe vult: Sic autem erit honeſtiore conditione, dum honeſtê aget, & non corrumpet judicia.

L. Craſſum & M. Antonium: Erant hi vetuſtiores Hortēſio & Cicerone, ſuæq; ætatis diſertiſſimi Oratores.

Sine

cium sine magno multorum periculo posse corrumpi. Ego in hoc judicio mihi Siculorum causam receptam, populi Romani susceptam esse arbitror: ut mihi non unus homo improbus opprimendus sit, id quod Siculi petiverunt: sed omnino improbitas, id quod populus Rom: jam diu flagitat, extingvenda atque delenda sit. In quo ego quid eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe relinquere, quàm in oratione mea ponere. Tu verò, Cæcili, quid potes? quo tempore, aut qua in re non modò specimen cæteris aliquod dedisti; sed tute tui periculum fecisti? In men-

Annominatio. *Cõjugata: improbus, improbitas. Hyperbole. Disjũctio. Prætermissio. Similiter cadens & desinens. Cõmunicatio. Apostrophe.*

Sine magno multorum periculo: Ita ut accusatores, & judices habeant, quod metuant.

Receptam, susceptam: distingvunt interpretes ita; ut recipere sit: rogantibus Siculis recipere; suscipere, ultrò accipere. Ultrò autem & libenter agit Cicero pro bono Reipublicæ.

Omnis improbitas: Et corrupti judices, & corruptores eorum, & sequestres, & interpretes, & emissarii, & omne genus hominum vitiosorum.

In quo: An ego hoc tentatu-19, & quid effecturus sim, nó ipse dicam; scio, quam spem de me habeant homines. Per hanc brevem periodũ transit ad probationem: Cæcilium non habere partes boni accusatoris, quæ transitio artificiosa est, & auditorem inadvertentem ad aliud deducit. Viam autem hanc aptissimè sternit relativum *quo:*

Tu verò Cæcili: A dissimili sui, & Cæcilii comparatione; per apostrophen, communicationem, distributionem.

Specimen: sumitur pro publica significatione: *periculũ* pro privata exercitatione, & tentamento.

Tute: Tu ipse.

Vi-

mentem tibi non venit, quid negotii sit causam publicam sustinere? Vitam alterius totam explicare, atquê eam non modò in animis judicum, sed etiam in oculis, conspectuq; omnium exponere: Sociorum salutem, commoda provinciarum, vim legum, gravitatem judiciorum defendere? Cognosce ex me, quoniam hoc primum tempus discendi nactus es, quàm multa esse oporteat in eo, qui alterum accuset: ex quibus si unum aliquod in te cognoveris, ego jam tibi ipse isthuc, quod expetis, mea voluntate concedam. Primùm integritatem, atqué innocentiam singularem. Nihil est enim, quod minùs ferendum sit,

Definitio accusatoris per distributionē partium. Similiter cadens Adjūctio. 9.

Prima boni accusatoris virtus. Propositio.

Vitam alterius totam explicare: præstruit ad illud, quod dicturus est, multa esse crimina in Verre, quæ conscius societatis Cæcilius non audebit attingere; nec habebit eloquentiam, ut hæc non modò in animis judicum, sed in oculis conspectuq; omnium exponat; quod est perfecti Oratoris, res ad vivum describere.

Cognosce ex me: argumētatio ista est: *In bono & idoneo accusatore requiritur integritas, veritas & facultas accusandi.*

At in Cæcilio horū nihil est; Non est ergo idoneus accusator.

Hoc primum tempus discendi nactus: Qui nihil antea didicisti, & tamen adeò temerarius es, ut accusationem tibi deposcas.

Integritatem: Qui nullo suo peccato impediatur (ut alibi) quominùs alterius peccata demonstrare possit. Dicitur integritas animi, hoc est: innocentia: & integritas corporis, hoc est: firma valetudo.

Ra-

& ejus probatio. Minor. Præteritio.

ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere. Hîc ego de te plura non dicam: unum illud credo omnes animadvertere, te adhuc ab nullis, niſi à Siculis potuiſſe cognoſci: Siculos hoc dicere, cùm eidem ſint irati, cui tu te inimicum eſſe dicis, ſeſe tamen te actore ad judicium non affuturos. Quare negent ex me non audies; hos patere id ſuſpicari, quod neceſſe eſt. Illi quidem, ut eſt hominum genus nimis acutum, & ſuſpicioſum, non te ex Sicilia litteras in Verrem deportare velle arbitrantur: ſed cùm

Annominatio.

Ratione vitæ repoſcere: Accuſare, vitam alterius moresq; in judicium vocare.

Ratione vitæ ſuæ reddere: Suam innocentiam probare. Obſerva hic denuò ſyllogiſmum: *accuſator non debet ipſe eſſe nocens:* probatur: *Nihil eſt enim &c. Tu ipſe es nocens:* probatur: *hîc ego de te &c.* Ergò:

Hîc ego de te &c. Poſita propoſitione, & breviter probata (non enim indigebat longiore probatione) aſſumptionem tractat per præteritionem: Te verò, Cæcili, integrum accuſatorem non fore, ego quidem non dicam, ſed Siculos patiar dicere, qui ut ſunt acuti homines, meritò ſuſpicantur, te litteras non deportaturum Romam, ſed aſportaturum; & quamvis Verri ſint irati, & eum ad judicium depoſcant, te accuſatore tamen, omittent inſtituere judicium.

Niſi à Siculis: cùm proverbium ſit: Magiſtratus virũ indicat; tu verò nullum adhuc aliũ, niſi in Sicilia Magiſtratum geſſeris, non potuiſti cognoſci ab aliis, quàm à Siculis.

Quare negent: Quòd ſi etiã hoc negarent ipſi, ego tamen non dicam, ut parcam exiſtimationi tuæ. Saltem ſuſpicionẽ judicibus non eximes.

Aſpor-

cùm iisdem litteris illius Prætura, & tua Quæſtura conſignata ſit, aſportare te velle ex Sicilia litteras ſuſpicantur. Deinde accuſatorem firmum, verumq; eſſe oportet. Eum ego ſi te putem cupere eſſe, facilè intelligo, eſſe non poſſe. Nec ea dico, quæ ſi dicam, tamen infirmare non poſſis: te, antequam de Sicilia deceſſeris, in gratiam rediiſſe cum Verre: Potamonem, ſcribam & familiarem tuum, retentum eſſe à Verre in provincia, cùm tu decederes: M. Cæcilium fratrem tuum, lectiſſimum atque ornatiſſimum adoleſcentem,

Secunda accuſatoris virt9.

Præteritio.

Ironia.

Aſportare: vel aufferre, ut intereant, ne tibi, qui furtorũ Verris conſcius & particeps fuiſti, nocere poſſint. Nam accuſatori conſtituto, Prætoris lege poteſtas fiebat, omnia obſignandi, ac deportandi, quæ ad accuſationem pertinebant.

Deinde: Connexio & tranſitio ad ſecundum requiſitũ: *firmum & verum eſſe oportet*, ut ſolidè nempe, & ex vero res demonſtret. *Primùm, deinde, deniq;* ſunt oratorum formulæ; non: *primò, ſecundò, tertiò.*

Si te putem cupere eſſe: jam priùs oſtendit, Cæcilii nolle veri accuſatoris officio fungi, dum oſtendit, eum non habere integritatẽ. Jam dicit ſi etiam vellet, non poſſet veridicus eſſe, quia ipſe multorum ſcelerum ſocietate implicatus quomodo hæc accuſabit?

Nec ea dico: Et tamen dicit, ſed ita breviter ac ſummatim, ut ea quaſi negligere videatur.

Deceſſeris: Verres triennio Siciliam rexit: quæſtores autem ſingulis annis mutati ſunt.

Lectiſſimum atq; ornatiſſimũ: credi poteſt hic ironicè loqui Ciceronem: nam de

C

tem, non modò non adeſſe, neque tecum tuas injurias perſequi: ſed eſſe cum Verre: cum illo familiariſſimè, atquè amiciſſimè vivere. Sunt hæc & alia in te falſi accuſatoris ſigna permulta: quibus ego nunc non utor; hoc dico, te, ſi maximè cupias, tamen verum accuſatorem eſſe non poſſe. Video enim permulta eſſe crimina, quorum tibi ſocietas cum Verre ejusmodi eſt, ut ea in accuſando attingere non audeas. Queritur Sicilia tota, C. Verrem ab aratoribus, cùm frumentum ſibi in cellam imperaviſſet, & cùm eſſet tritici mo-

10. *Primum crimen Cæcilio objectum.*

de ejus vera laude multùm per hoc detraheretur, quòd ſit cum Verre; & ſi illa vera laudatio fuiſſet, hoc ipſũ Cicero longiore oratione excusâſſet.

Tuas injurias perſequi: in judicio pœnam & vindictã exigere de lædente.

Verum accuſatorem: Qui nihil diſſimulet, nihil obſcuret, nec quicquam ſciens prætermittat.

Eſſe non poſſe: facta prætermitione, iterat id, quod ſuprà poſuit, propter ſcelerum ſocietatem Cæcilium non auſurum accuſare in altero, cujus & ipſe reus eſt.

Ab aratoribus: intellige provinciales, qui pro agris ſtipendia populo Rom: pendebant ex fœdere.

Sibi in cellam: in uſum ſuum, ſuam in domum. Prætori licebat frumentum annuum aratoribus imperare in ſuos uſus; cujus locô tum Verres pecuniam exigebat, ſed injuſtiſſimè, cùm ſexies plus peteret, quàm frumentum emebatur.

Cũ eſſet tritici modius H. S. II. Cùm aliàs frumentum vẽderetur ab aratoribus duobus ſeſtertiis, quod pretiũ Verres in æſtimando ſequi debuiſſet, exegit ipſe pro ſingulis modiis duodecim ſeſtertios, quod in magna multitu-

modius H. S. II. pro frumento in modios ſingulos, duodenos ſeſtertios exegiſſe. Magnum crimen, ingens pecunia, furtum impudens, injuria non ferenda. Ego uno hoc crimine illum condemnem, neceſſe eſt. Tu Cæcili, quid facies? utrùm hoc tantum crimen prætermittes, an objicies? Si objicies, idne alteri crimini dabis, quod eodem tempore, in eadem provincia tu ipſe feciſti? audebis ita accuſare alterum, ut quò minùs tute condêmnère, recuſare non poſſis? Sin prætermittes, qualis erit iſta tua accuſatio, quæ domeſtici periculi metu, certiſſimi & maximi criminis non modò ſuſpicionem, verùm etiam mentionem ipſam pertimeſcat? Emptum eſt ex S. C. frumentum ab Siculis, prætore Verre, pro quo frumento pecunia omnis ſoluta non eſt. Grave eſt hoc crimen in Verrem, grave me agen-

Compar. Inciſa.

Dilemma.

Secundum crimen.

tudine modiorum, quos imperaverat, confecit magnam pecuniæ ſummam.

Modius: Menſura frumenti.

Domeſtici periculi: Proprii & tui, modus loquendi deſumptus à Græcis, apud quos proprium ſignificat οἰκεῖον domeſticũ, ab οἶκος, domus,

Emptum eſt: Tenebantur populi Siciliæ vectigales populo Romano, ut in urbe Romana gravitas annonæ levaretur, quantùm vellet, frumenti certo pretio vendere. Pecunia, quâ ſolveret, quæſtori ex vectigalibꝰ aſſignabatur.

S. C. Senatûs-Conſulto.

Prætore Verre: Qui frumentũ hoc curare debebat, quæſtor ſolvere.

Pecunia omnis ſoluta non eſt:

agente; te accusante, nullum; eras enim tu quæstor, pecuniam publicam tu tractabas: ex qua, etiam si cuperet prætor, tamen ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. Hujus quoqué igitur criminis, te accusante, mentio nulla fiet. Silebitur toto judicio de maximis, & notissimis illius furtis, & injuriis. Mihi crede, Cæcili, non potest in accusando Socios verè defendere is, qui cum reo criminum societate conjunctus est. Mancipes à civitatibus pro frumento pecuniam exegerunt, quid? Hoc Verre Prætore factum est solùm? non, sed etiam quæstore Cæcilio.

Tertium crimen.

Nō dabatur Siculis, quod debebatur, sed inde fiebat *deductio* certis nominibus & prætextibus; uti mox dicetur.

Pecuniam publicam tu tractabas. Quæstor in provincia curam debebas gerere pecuniæ publicæ in certos usus erogandæ. Tibi incumbebat, ne in alios usus patereris erogari, quàm deceret.

Ne qua deductio fieret: ne pecunia Siculis solvenda imminueretur, ne variis titulis & nominibus aliquid deduceretur, hoc pro scriba, tantum pro collybo, vulgò apud nos cambio, tantum pro spectatione &c. uti ipse refert act. IV. in Verrem.

Mancipes: Erant Romani homines, qui proprii quæstûs causâ ibant in Siciliam, ibidemq; à populo emebant decimas prǣstādas Romano Magistratui, vel etiā pascua, pecora &c. vicissim pro his ipsi pecunias repræsentabant Romanis. Si decimas emerent, quales hi erant, dicebantur decumani. Appellabantur etiam publicani, qui nempe reditus exigendos à populo, certo constituto pretio redimebant, & inde suum quæstum, seu lucrum faciebant. His neutiquam licebat (quia ipsi non erant Magistratus) exigere ab arato-

cilio. Quid igitur? daturus es huic crimini, quod & potuisti prohibere, ne fieret, & debuisti? an totum id relinques? Ergo id omnino Verres in judicio suo non audiet, quod cùm faciebat, quemadmodum defensurus esset, non reperiebat. Atqué ego hæc, quæ in medio posita sunt, commemoro; sunt alia magis occulta furta, quæ ille, ut istius credo animos atq; impetus retardaret, cum quæstore suo benignissimè communicavit. Hæc tu scis ad me esse delata: quæ si velim proferre, facilè omnes intelligent, vobis inter vos non modò voluntatem fuisse conjunctam, sed ne prædam quidem adhuc esse divisam. Quapropter si tibi indicium postulas dari, quòd tecum unà fuerit, concedo, si id

11. *Præteritio.*

Antitheta.

ratoribus pecunias pro frumento, quod idcirco Verri datur crimini, quia ipse permisit fieri.

Quod cùm faciebat: tam manifestum hoc erat crimen redundans in Verrē, ut ipse videret, id non posse excusari, aut defendi.

Quæ in medio posita sunt: Quæ publicè exposita sunt.

Animos atq; impetus retardaret: ut ne à Cæcilio accusaretur.

Benignissimè communicavit: joculariter: simul furati sunt.

Non modò Elegantes particulæ pro amplificatione & dictione periodica, quæ & paulò suprà, & sæpissimè aliàs à Cicerone adhibentur: erat apud vos consensio voluntatum & communicatio prædæ, quā conjunctis studiis in unum cumulum comportâstis, & necdum omnem inter vos divisistis.

Indicium postulas dari: Index potes esse, si tibi leges etiam hoc permittunt in hac causa repetundarum; accusator,

id lege permittitur: ſin autem de accuſatione dicimus, concedas oportet iis, qui nullo ſuo peccato impediuntur, quò minùs alterius peccata demonſtrare poſſint. Ac vide, quantum interfuturum ſit inter meam, atque tuam accuſationem. Ego etiam quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum, quòd te non prohibuerit, cùm ſummam ipſe haberet poteſtatem: tu contrà, ne quæ ille quidem fecit, objicies, ne qua ex parte conjunctus cum eo reperiâre. Quid illa, Cæcili? contemnendane tibi videntur eſſe, ſine quibus cauſa ſuſtineri, præſertim tanta, nullo modo

Communicatio.

Tertia boni accuſatoris virt9.

tor, de qua re jam agimus, eſſe non potes. Index eſt, qui facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat, quod quis facere ſolet, ſi impunitas promittitur.

Nullo ſuo peccato: ſubobſcurè hic indicat, ſe non arrogare ſibi integritatem ab omni prorſus culpa, ſed ab ea, quæ illorum ipſorum criminum facit reum, quorum alter eſt accuſandus.

Interfuturũ ſit: quantum diſcrimen ſit.

Ego etiam quæ tu: Tria criminum genera ſe perſecuturum affirmat, quæ Verres ſine Cæcilio, quæ cum Cæcilio, & quæ Cæcilius ſine Verre quidem, ſed Verri imputanda patrârit, ex quibus duo poſteriora Cæcilius ne quidem poterit attingere.

Quid illa, Cæcili? Nobilis tranſitio ad novum & tertiũ argumentũ, ſive tertium requiſitum boni accuſatoris, ut nempe facultate agendi, & eloquentiâ præditus ſit; hanc ſibi quidẽ Cicero (etſi longo uſu & exercitatione comparatam) non ita arrogat, ut pro magnitudine copiaq; criminum copioſè & graviter de Verre poſſit dicere.

Ali-

do poteſt? aliqua facultas agendi? aliqua dicendi conſvetudo? aliqua in foro, judiciis, legibus, aut ratio, aut exercitatio? Intelligo, quàm ſcopuloſo, difficiliqué in loco verſer. Nam cùm omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii, atqué eloquentiæ multò moleſtiſſima. Quamobrem nihil dico de meo ingenio, nequé eſt, quod poſſim dicere; nequé, ſi eſſet, dicerem. Aut enim id mihi ſatìs eſt, quod eſt de me opinionis, quidquid eſt: aut, ſi id parùm eſt, ego majus id commemorando facere non poſsum. De te, Cæcili, jam

Diſtributio per Synonymiam. Repetitionē, ſimiliter cadentia. Inciſa &c. Prolepſis.

Præteritio.

12. *Communicatio.*

Aliqua facultas agendi: Amplificationem obſerva à cauſis efficientibus, quæ facultatem agendi præſtant, nimirum ipſa facultas ingenii, conſvetudo & uſus, ratio ſive doctrina, exercitatio dicendi non quomodocunq;, ſed in judiciis, in foro, in explicandis legibus, &c.

Intelligo quàm ſcopuloſo: Sum in gravi periculo, & ancipite loco; quia ſi talem tantamq; eloquentiam eſſe in me affirmem, arrogans videbor: ſi negem, ea ipſa lege, quā ſtatuo, excludar.

Nam cùm omnis: Omnis quidem arrogantia odioſa eſt, ſed eloquentiæ odioſiſſima. Illæ Ciceronis particulæ *cùm, tum*, en ut ſtylum exornant: uti & particulæ *multò*, & quæ paulò infrà: *aut enim; aut ſi.* Magnam in his particulis elegantiam eſſe, & in legendo Cicerone bene obſervandam, docet libellus Horatii Turſelini.

Quamobrem nihil dico: modeſtê ſuſpicionem arrogantiæ declinat rejectione & præteritione.

Me-

Jam me hercule hoc extra hanc contentionem, certamenqué noſtrum, familiariter tecum loquar. Tu ipſe, quemadmodum exiſtimes, vide etiam atqué etiam, & tu te collige, & qui ſis, & quid facere poſſis, conſidera. Putasne te poſſe de maximis, acerbiſſimisqué rebus, cùm cauſam Sociorum, fortunasqué provinciæ, jus populi Romani, gravitatem judicii, legumqué ſuſceperis, tot res, tam graves, tam varias, voce, memoria, conſilio, ingenio ſuſtinere? Putasne te poſſe, quæ C. Verres in quæſtura, quæ in legatione, quæ in Præ-

Enumeratio per cōgeriē interrogationum.
Inciſa.
Adjunctio.
Repetitio.

Geminatio.
Compar.

Mehercule: Adverbium jurandi apud ethnicos: ita me Hercules adjuvet, &c.

Extra hanc contentionem, certamenqꝫ noſtrum familiariter: etiamſi non eſſemus competitores, tamen à te peto, dic mihi; num tanto negotio te ipſe parem arbitraris?

Etiam atqꝫ etiam: Iterum iterumq; ; ſeriò & ferventer.

Te collige: Hoc eſt diſſipatas animi tui partes rurſus in unum locum coge,ut tibi præſens ſis,ut rē diligentiùs conſideres.

Putàsne te poſſe: Magna emphaſis eſt in hac repetitione, uti & in figuris omnibꝰ ad hanc amplificationem uſurpatis; ſenſus & dictio ſimplex hæc eſt: putàsne te bene poſſe explicare tot, & tam gravia crimina? vide, quomodo figuram hanc repetitionis per tres periodos aliis pluribus figuris ornatas continuet; quomodo premat, urgeat adverſarium.

Cauſam Sociorum: fœderatorum.

Voce, memoria, conſilio, ingenio ſuſtinere? tacitè eas res complexus eſt, quæ in Oratore deſiderantur: *Inventionem;* quod ingenium appellat: *diſpoſitionem:* quod conſilium: *memoriam,* & *vocem.*

Quæ

Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in Achaja, Aſia, Pamphiliaqué peccârit, ea, quemadmodum locis, temporibusqué diviſa ſint: ſic criminibus & oratione diſtingvere? Putâsne te poſſe, id quod in ejuſmodi reo maximè neceſſarium eſt, facere, ut quæ ille libidinoſè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit, ea æquè acerba & indigna videantur eſſe iis, qui audient, atqué illis viſa ſunt, qui ſenſerunt? Magna ſunt ea, quæ dico, mihi crede: noli hæc contemnere. Dicenda, demonſtranda, explicanda ſunt omnia: cauſa non ſolùm exponenda, ſed etiam graviter copioſèqué agenda eſt. Perficiendum eſt, ſiquid agere, aut perficere vis,

Similiter cadens.

Similiter cadentia & deſinentia.

Quæ Romæ, quæ in Italia: Lipſ. l. 2. var. putat, non hîc legendum Italia, ſed Sicilia, cùm in Italia nulla ſint Verris crimina, niſi Romæ, ubi præturam geſſit; reliquæ autem regiones jam enumerētur. Sed alii exiſtimant modum hunc loquendi eſſe Oratoriū, habereq; Synonymiam, & tantùm intelligi delicta Romana, quæ utiq; in Italia facta ſunt; atq; ut paritas ſit in elocutione, cæteris provinciis etiam Italiam addi. Cæterùm Prætoris urbani poteſtas extendebat ſe tantùm ad centeſimum ab urbe lapidem. Munera alia nulla geſſit Verres in Italia.

Æquè iis, atq; aliis. Notandæ ſunt hæ particulæ, ut alibi: *me obſervat æquè, atq; illum alterum.*

Mihi crede: Tanquam cum imperio loquitur. Hinc rem graviter exaggerat per enumerationem partium & adjunctorum, ut eum doceat. Obſerva, quomodo amplificet, neceſſariam accuſatori eſſe eloquentiam.

In

Traductio. Geminatio. 13. vis, ut homines te non solùm audiant, verùm etiam libenter studiosèq; audiant. In quo si te multùm natura adjuvaret, si optimis à pueritia disciplinis, atque artibus studuisses, & in his elaborâsses, si Litteras Græcas Athenis, non Lilybæi, Latinas Romæ, non in Sicilia didicisses; tamen esset magnum *Adjunctio. Similiter cadens. Compar. Prolepsis. Comparatio à majore ad minus.* tantam causam, tam expectatam & diligentiâ consequi, & memoriâ complecti, & oratione exponere, & voce & viribus sustinere. Fortasse dices, quid? ergo hæc in te sunt omnia? utinam quidem essent! Verum tamen ut esse possent, magno studio mihi à pueritia est ela-

In quo: Vide periodum bimembrem; cujus utrumq; membrum eleganter amplificatur per incisa: sive repetitos articulos, per repetitiones, per enumerationem partium eloquentiæ &c.

Si te multum natura adjuvaret &c. Si haberes adjumenta illa eloquentiæ, naturam, artem, exercitationem; si inventionem & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & pronuntiationẽ, &c.

Athenis, non Lilybæi, Romæ, non in Sicilia. Lilybæum urbs est, & promontorium Siciliæ, ubi deteriùs quàm in reliqua Sicilia græcè loquebantur; sed neq; Latinâ lingvâ bene utebantur Siculi. Hic ergo cùm studeret Cæcilius, in sua nempe patria, nihil insigne didicit.

Mihi est elaboratum: Græca locutio, pro *à me.*

A pueritia: ab ipsa pueritia discebant Romani cùm Græcas litteras, tũ Latinas.

Quòd si

elaboratum. Quòdsi ego hæc propter magnitudinem rerum, ac difficultatem assequi non potui, qui in omni vita nihil aliud egi: quàm longè tu te ab his rebus abesse arbitrêre, quas non modò anteà nunquam cogitâsti, sed ne nunc quidem, cùm in eas ingrederis, quæ & quantæ sint, suspicari potes? Ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro, judiciisqué ita verser, ut ejusdem ætatis aut nemo, aut pauci plures causas defenderint, & qui omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis laboribusqué consumam, quò paratior ad usum forensem promptiorqué esse possim: tamen (ita Deos mihi velim propitios) ut, cum illius temporis mihi veniet in mentem, quo die, cita-

A dissimili.

Periodus numerosa.

Quòdsi ego: Cicero non potest hæc assequi: ergo multò minùs Cæcilius.

Cùm in eas ingrederis: cùm re ipsa negotiū hoc suscipere paras; *ingredi in spem*, est concipere spem.

Ego qui: Ego quanquam à puero exercitatissimus in causas, fateor tamē metū & curam; tu neq; ullam rei difficultatē apprehēdis. Scribit Plutarchus Ciceronē tanto in metu cujusdam agendæ causæ tempus expectâsse, ut servum nomine Erotem libertate donârit, quòd causam, quam acturus erat, in posterum diem dilatam nuntiâsset. Alibi quoq; hunc suum timorem profitetur.

Quod mihi ab amicorum negotiis: quando mihi licet per amicorum negotia, quibus occupamur.

Ita Deos mihi velim propitios: Genus jurisjurandi: ita mihi faveat Deus.

Quo die citato reo: nam & ju-

citato reo mihi dicendum ſit, non ſolùm commoveor animô, ſed etiam toto corpore perhorreſco. Jam nunc mente & cogitatione proſpicio, quæ *Repetitio. Polyptoton.* tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint: quantam expectationem magnitudo judicii ſit allatura: quantam auditorum multitudinem C. Verris *Improbitas pro improbo. Metonymia.* infamia concitatura: quantam deniqué audientiam orationi meæ improbitas 14. *Similiter cadens.* illius factura. Quæ cùm cogito, jam nunc timeo, quidnam pro offenſione hominum, qui illi inimici infenſiquê ſunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui poſſim. Tu

judices, & rei, & accuſatores, & defenſores à Præcone Prætoris citabãtur. Præco eſt, qui aliquid publico juſſu vel authoritate Magiſtratûs pronuntiat, vel in judicio, vel in theatro, vel alio quóvis loco publico.

Toto corpore perhorreſco: naturâ hoc accidit metu affectis, ut ſangvis cor deſerēs, defluat, eoq; cutis illorũ palleſcat, ex quo fugiente vi naturali ac nervos deſerente, quibus robur tenebatur, horror ac tremor conſequatur.

Magnitudo judicii: Erat enim judiciũ repetundarum de graviſſima ſumma; Verres, olim Prætor, dimicaturus de fortunis omnibus; judices graviſſimi ampliſſimiq; Viri; concurſus populi futurus maximus.

Audientiam: pro ipſa facultate audiendi uſurpatur à Cicerone & Plauto: in alio ſenſu pulchriûs dices admitti ad alloquendum Principē, quàm ad audientiam.

Quantam audientiã: quâm nempe avidi futuri ſint ad audiendum Oratorem de reo tam improbo loquentē: quantam attentionem ſint adhibituri.

Pro offenſione hominum: ut qui ei inimici, & offenſi ſunt, aliquid ſua offenſione dignum

Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras: & siquid ex vetere aliqua oratione, JOVEM EGO OPTIMUM MAXIMUM, aut VELLEM, SI FIERI POTUISSET, JUDICES; aut aliquid ejusmodi ediscere potueris, præclarè te paratum in judicium venturum arbitraris. Ac, si tibi nemo responsurus esset, tamen ipsam causam, ut ego arbitror, demonstrare non posses. Nunc ne illud quidem cogitas, tibi cum homine disertissimo, & ad dicen-

Repetitio.
Relata.

A minore.

gnum audiant.

Tu horum nihil metuis &c. Adverte, quomodo priùs dictis hæc opponat: ego timeo, ne non dicam dignum aliquid offensione hominum (tu nihil metuis) ego apprehendo, quanta sit expectatio hominum (tu nihil horum cogitas) magnitudo rerum laborare me cogit (tu nihil laboras)

Jovem ego &c. Si nempe antiquam aliquam incipiendi formulã memoriter didicisti. Carpit eũ simul de vulgari, adeoq; vitioso exordio. Sic omnia sua exordia Cato dicitur inchoâsse; & notat Turnebus, veteres, præcipuè Romanos, id solenne habuisse, ut antequam verba publicè facerent, exordium ab invocatione Deorum sumerent. Sic etiam Virgilius: *præfatus Divos, solio Rex infit ab alto.*

Ac si tibi: exaggerat necessitatẽ eloquentiæ in hoc accusatore, ob eloquentiam contrariam defensoris Hortensii.

Cũ homine disertissimo: Hortensio nempe, qui propter eloquentiã Rex Causarũ dicebatur. Ingenio ille multùm valuit: sed plus actione ac memoriâ. De actione infrà; de ejus memoria Cicero: *Primùm memoria tanta, quantam in viro cognovisse me arbitror, ut quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitâsset.* De quo etiam fertur, quòd sedens olim in au-

cendum paratissimo futurum esse certamen: quicum modò differendum, modò omni ratione pugnandum, certandumqué sit? Cujus ego ingenium ita laudo, ut non pertimescam: ita probo, ut me ab eo delectari faciliùs quàm decipi putem posse. Nunquam ille me opprimet consilio: nunquam ullo artificio pervertet: nunquam ingenio me suo labefactare atqué infirmare conabitur. Novi omnes hominis petitiones, rationesqué dicendi: sæpè in iisdem, sæpè

Metaphora.

Synonyma. Repetitio.

auctione omnes res venales & pretia, & emptores ordine suo recensuerit, argentariis recognoscentibus ita, ut in nulla re falleretur.

Certamen: Metaphoram cõtinuat in sequentibus: *pugnãdum*, *certandum*, *opprimet*, *labefactare*, *infirmare*, *petitiones*. Omnia à similitudine pugnæ & belli.

Quicùm, idem ac *quocum:* usitatum Ciceroni, qui nunquam dicit: *cum quo*.

Modò differendum: Ingeniosè argumentando ad demonstrationem veri: *modò omni ratione pugnandum:* congrediendum cũ adversario, pathetica, vehementi figurata, stringente eloquentia.

Cujus ingenium ita laudo: est latens correctio; poterant Siculi terreri laude Hortensii, ergo subjungit: ego eum ita laudo, ut tamen non metuam.

Ita probo: Idem ac laudare.

Opprimet consilio, ullo artificio pervertet: Sicut suprà dixit *decipi:* suis ille artibus, suo ingenio me non decipiet.

Conabitur: id est, tentabit, audebit.

Petitiones: rationes impetendi, & evertendi adversarium. Vox translata à gladiatoribus, quorum ictus propriè dicuntur petitiones. Inde dicitur: petitiones alterius exire, declinare.

Sæpè in iisdem: Cùm eandẽ causam simul defendimus:

sæ-

sæpè in contrariis causis versati sumus. Ita contra me ille dicet, quamvis sit ingeniosus, ut nonnullum etiam de suo ingenio judicium fieri arbitretur. Te verò, Cæcili, quemadmodum sit elusurus, quàm omni ratione jactaturus videre jam videor: quoties ille tibi potestatem, optionemque facturus sit, ut eligas, utrum velis, factum esse, necne: verum esse, an falsum: utrum dixeris, id contra te futurum. Qui tibi æstus, qui error, quæ tenebræ, dii immortales, erunt homini minimè malo! Quid? cùm accusationis tuæ membra dividere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere? quid? cùm unum-

Hypotyposis rerum futurarum.

Traductio.

Ironia.

Sæpè in contrariis causis: Cùm ille accusabat, ego defendebam.

Ita contra me ille dicet: Cùm dicet, non tantâ confidentiâ ingenii dicet, quin nonnullum &c. vide, quæ sequuntur.

Ut nonnullum etiam: ut putet sibi cum homine imperito esse negotium, & qui de illius ingenio judicare non possit.

Elusurus: Dilemmatis illis utrinq; concludentibus: Vis verum, an falsum? utrum dixeris, id contra te futurũ est.

Videre jam videor: Modus repræsentandi res futuras per hypotyposin.

Qui tibi æstus? Persistit in allegoria pugilum & gladiatorũ, quibus magnâ aliquâ plagâ in capite acceptâ æstus, tenebræ, error oboriri consvevit.

Minimè malo: Ironicè & irrisoriè, quasi misereatur ej9, cui tot ac tantæ difficultates immineant.

Dividere: Erat in his divisionib9 celebris Hortensius.

In digitis constituere: Sicut in dividendo solemus, & singu-

Synonyma.

Actionis futuræ ulterior descriptio per partes; per cōgeriē interrogationum &c.

unumquodquè transigere, expedire, absolvere? Ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. Quid? cùm commiserari, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit? commemorare Quæstoris cum Prætore necessitudinem constitutam? morem majorum? Sortis religionem? Poterisne ejus orationis subi-

gulis digitis singulas res attribuimus.

Transigere, expedire &c. *Expedire* plus est, quàm *transigere*, minus, quàm *absolvere*; *transigere* est cum alio pactum inire, litem vel negotium componere, vulgò tractare. *Expedire* est solvere nodum, vel difficultatem; extricare se laqueis; *absolvere*, est finem imponere rei, debellare, vincere. Vide quomodo synonymiæ Ciceronianæ idē quidē significent, sed pleniore sēper & perfectiore sensu.

Metuere incipies: Mire describit imperitum, cui persvaderi possit, verum dicere adversarium suum.

Facesseris: creaveris: facessere alteri negotium, est esse molestum.

Ex illius invidia deonerare &c. Multa crimina in Verre reddet leviora, huic demet, tibi imputabit.

Necessitudinem: Quæstor enim Prætori locô filii, Prætor Quæstori locô parentis debet esse.

Sortis religionem: Per Sortem intelligit conjunctionē officiorum simul in eadem provincia ita, ut tibi religionem injecturus sit, quòd Collegam & necessarium tuum lædere audeas. Provinciæ enim quæstoribus sorte contingebant, hoc est: sortes trahebant; quæ cuiq; provincia obtingeret.

Subire invidiam: poterisne sustinere eam invidiam, quam ille sua oratione tibi conflabit?

Vide

ſubire invidiam? Vide modò etiam, atqué etiam conſidera; mihi enim videtur periculum fore, ut ille non modò verbis te obruat, ſed geſtu ipſo ac motu corporis præſtringat aciem ingenii tui, tequé ab inſtitutis tuis, cogitationibusq; abducat. Atqué hujusce rei judicium jam continuò video futurum. Si enim mihi hodie reſpondere ad hæc, quæ dico, potueris: ſi ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi, neſcio qui, ex alienis

Metaphora.

nis

Vide modò: Dum res adhuc eſt in integro.

Etiam, atq; etiam: Iterum, atq; iterum, bene, & ſeriò.

Geſtu ipſo: Non minùs hoc ad deridendum Hortenſium, quàm ad deterrendum Cæcilium valet. Geſtus enim Hortenſii plus habebat artis, & affectationis, quàm deceret, ut hiſtrioni ſimilior, quàm Oratori videretur. Valerius M. teſtatur, cùm Hortenſius ageret, auditores ejus vel potiùs ſpectatores fuiſſe ſemper Roſcium Comœdum, & Æſopum Tragœdum, ut geſticulationem ab eo diſcerent.

Præſtringat aciem: id eſt: obtenebret, obſcuret ingenium tuum, ut ea, quæ cauſa poſtulat, quæq; jam cogitaveras, videre non poſſis.

Ab inſtitutis &c. Ab iis, quæ contra Verrē domi fortè commentatus es, te abducat, ut errare incipias, & hallucinari, illo à te viſo, & te geſtibus ſuis terrente.

Judicium jam cōtinuò &c. Non eſt expectandum, ut id verum appareat, te omnino ei oneri, quod ſuſcipis, neutiquam poſſe reſpondere, cùm ipſum Verris judicium fiet; ſed modò, & ſtatim ex noſtra hac contentione eluceſcet. *Continuò* idem eſt: quod ſtatim. *Non continuò* accipitur etiã pro *non ideò*. *Continēter*, eſt ſine intermiſſione, aſſiduê.

Magiſter ludi: Litterarii nempe. Omnē enim Scho-

lam

alienis orationibus compositum dedit; verbo uno discesseris; posse te & illi quoque judicio non deesse, & causæ, atq; officio tuo satisfacere arbitrabor, Sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? Esto: ipse nihil est, nihil potest: at venit paratus cum subscriptoribus exercitatis, & disertis. Est tamen hoc aliquid: tametsi non est satis. Omnibus enim rebus is, qui princeps in agendo est, ornatissimus, & paratissimus esse debet. Verumtamen L. Apulejum esse video

A minore.
15.
Concessio.
Occupatio.
Ironia.

lam dixêre ludum Romani. Libellũ veterem vult intelligi Cæciliũ attulisse, unde magister dictata pueris præbere consvevisset.

Judicio non deesse Duplex negatio; significat,fore se judicio parem,non defuturum partibus accusatoris.

Prolusione: Prolusio, Divinatio est,& præliminaris hæc oratio,ductâ metaphorâ â citharœdis, qui ante legitimũ carmen pauca aliqua artis Musicæ præludia auditorib9 ingerebant. Ipsum legitimũ certamen, est ipsa Verris accusatio.

Esto ipse &c. Transitio figurata ad subscriptores,quorum futili operâ fretus, nec aliunde parat9, in acre certamen audet descẽdere Cæcilius. Est adhuc Cicero in probatione minoris, & tertia hujus parte, quòd eloquentiâ sit destitutus Cæcilius, neq; hæc aliorum, subscriptorum nempe, auxilio suppleatur.

Subscriptoribus: Erant subscriptores etiam accusatores, sed primo subordinati, qui subscribebant, testabantur, & simul sustinebant ea, quæ primarius accusator proferebat.

Ornatissimus: Hoc est instructissimus, ita dicitur ornare classem, ornare provinciam, pro instruere.

Pro-

deo proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed uſu forenſi, atqué exercitatione tironem. Deinde, ut opinor, habet Allienum, hunc tamen à ſubſelliis: qui quid in dicendo poſſet, nunquam ſatis attendi. In clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum, atqué exercitatum. In hoc ſpes tuæ ſunt omnes. Hic, ſi tu eris actor conſtitutus, totum judicium ſuſtinebit. At ne is quidem tantùm contendet in dicendo, quantùm poteſt: ſed conſulet laudi & exiſtimationi tuæ: & ex eo, quod ipſe poteſt in dicendo, aliquantum remittet, ut tu tamen ali-

quid

Proximum ſubſcriptorem: Secundum nempe a b accuſatore Cæcilio.

Non ætate, ſed uſu forenſi tironem: Qui etſi multorum annorum, non tamen eſt multùm exercitatus in cauſis forenſibus.

Allienū: Secundus ſubſcriptor erit quidā nomine Allienus.

Tamen à ſubſelliis: Qui quidem ad ſubſellia minorum nempe Magiſtratuum, & privatorum Judicum ſedes actitare cauſas ſolebat. *A ſubſelliis.* Ut à pedibus, à manu.

In clamando: Hunc ſalsè increpat ob clamorem & vociferationem, ſicut & in libro de Oratore tales non declamatores, ſed clamatores vocat.

Non tantùm contendet: Pergit in incepto, & quem priùs maximè clamoſum vocitavit, jam ait: non ita clamaturum vehementer, ut ne ipſe videatur primas partes ſuſtinere. *Non tantùm contendet in dicendo*, non tam ferventer rem aget, *ſed aliquantum remittet*, & *ſubmittet vocem.*

 Ut

Cōparatio. quid esse videare. Ut in actoribus Græcis fieri videmus, sæpè illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium, cùm possit aliquantò clariùs dicere, quàm ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quàm maximè excellat: sic faciet Allienus: tibi serviet, tibi lenocinabitur: minùs aliquantò contendet, quàm potest. *Conclusio ex Majore.* Jam hoc considerate, cujusmodi accusatores in tanto judicio simus habituri, cùm, & ipse Allienus ex ea facultate, siquam habet, aliquantum detracturus sit: & Cæci-

Ut in Actoribus Græcis: Actores Græci comædias, seu fabulas exhibebant ad metrum decantatas, dicunturq; primi fuisse, qui ad Romanos morem hunc deduxêre. Fabulæ illæ, quæ agebantur, varia habebant nomina: eæ, quæ à Græcis, dicebantur palliatæ, à gentis veste, palliô enim utebantur, sicuti Romani togâ & ideò fabulæ, quæ agebantur à Romanis, vocabantur togatæ; quòd si à nobilioribus Romanis: vocabantur prætextatæ; erat enim prætexta Magistratuum toga, cui purpura prætexebatur. Aliæ tabernariæ, quæ in tunicis tâtùm à vilioribus personis, in tabernis per modum scenæ dispositis agebantur. Deniq; aliæ Atellanæ, ab Atella Oscorum oppido, ubi primùm fabulæ jocosæ, & dicaces actæ in Romanorum morem postmodum pariter transiêrunt.

Primarum partium: Actores, quorum in agendo partes præcipuæ.

Tibi lenocinabitur: Ut tu volueris, ut tibi placere intellexerit, ita causam aget.

Ex illo grege Oratorum: Per gregem denotat plebejos Oratores, & exiguæ artis. Boni enim Oratores pauci. Grex verò constat multis, & plebejis.

Alie-

Cæcilius tum denique se aliquid futurum putet, si Allienus minùs vehemens fuerit, & sibi primas in dicendo partes concesserit. Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem fortè ex illo grege oratorum, qui subscriptionem sibi postulârunt, cuicunq; vos delationem dedissetis. Ex quibus alienissimis hominibus ita paratus venis, ut tibi hospes aliquis sit recipiendus. Quibus ego non sum tantum honorem habiturus, ut ad ea, quæ dixerint, certo loco, aut singulatim unicuiquè respondeam. Sic breviter, quoniam non consultò, sed casu in eorum mentionem incidi, quasi præteriens satisfaciam universis. *Traductio.*

Tan-

Alienissimis hominib9: Cum talibus hominibus minimè cognitis, à foro ejusq; usu maximè alienis, ignaris disciplinæ nostræ forensis, ita huc accedis, ut eos tanquam hospites, hoc est: prorsus peregrinos, ignotos suscipias. Ita hic *alienus* & *hospes* accipienda, ut sæpè etiam alibi accipit Cicero.

Ita paratus: Ita nempe imparatus; tanquam qui hospitem, & peregrinum recipiendum habet.

Quibus ego: Respondet ad hoc, quod suprà: velle tales esse subscriptores, cuicunq; delatio detur. Et ita contemptim respondet, ut omnibus simul una & parva responsio debeat sufficere.

Non consultò & sed casu: Nõ ex instituto, sed per occasionem.

Quasi præteriens: Metaphora à viatoribus, qui in itinere ab honerato viro appellati, consistunt, & respondent: appellati ab aliquo de plebe prætereuntes respondent obiter, summatim, & per transennam.

16. *Apostrophe.* Tantâne vobis inopiâ videor esse amicorum, ut mihi non ex his, quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor addatur? Vobis autem tanta inopia reorum est, ut mihi causam praeripere conemini potiùs, quàm aliquos â Columna Mænia vestri ordinis reos reperiatis? Custodem, inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero? qui non solùm, ne quid enunties, sed etiam, ne quid auferas, custodiendus sis. Sed de isto cu-

Tantâne vobis inopiâ: Responsio Ciceronis: an adeò parùm me valere gratiâ apud amicos Judices existimatis, ut non ii mihi ab ipsis designētur subscriptores, quos tāquam advocatos Siculorum, & iis gratos adduxi: sed homines plebei, ignotæ fidei &c.

Causam præripere: ut causam mihi uni traditā ad vos transferatis? verbum *præripere* fidem eorum in dubium adducit; non enim dicit, ut eandem causam mecum simul agere, sed præripere mihi, obsistere, impedire velitis, ne reus me accusante condemnetur.

A Columna Mænia: Ita appellabatur locus ille & forum, ubi Tres Viri Capitales furū, servorū, & infimorū hominum crimina cognoscebant, plectebant, quorum accusatores erant plebei hi Oratores.

Vestri ordinis reos: Qui de vestro foro sint.

Custodem inquit: Cæcilius petit, ut saltē inter subscriptores pro custode litterarū & documentorum admittatur. Illa, quæ infrà ponuntur, *ut ad te redeam*, ideò dicuntur; quia tantisper digressus est Cicero â principali quæstione: num Cæcilius constituendus sit accusator &c.

Ad meas capsas: Scrinia intellige, quæ totius causæ acta, & omnia partium instrumenta continent.

Custo-

cûstode toto sic vobis brevissimè respondebo: non esse hos tales viros commissuros, ut ad causam tantam, à me susceptam, mihi creditam, quisquam subscriptor, me invito adspirare possit. Etenim fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat. Verùm; ut ad te, Cæcili redeam, quàm multa te deficiant, vides: quâm multa sint in te, quæ reus nocens in accusatore suo cupiat esse, profectò jam intelligis. Quid ad hæc dici potest? non enim quæro, quid tu dicturus sis. Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet; qui si te rectè monere volet, svadebit tibi, ut

Conclusio superioris argumentationis.

Disjunctio.
Conclusio.

Transitio ad Refutationem.

Custode toto: Hoc est de tota ratione officii hujus, & custodiæ &c. de Cæcilio toto.

Hos tales viros: Tam justos, tam prudentes judices.

Fides mea custodiâ repudiat &c. Sum ipse fidelis & diligens, & ideò nec custode indigeo, & speculatorē esse inter mea secreta non patior. Observa loquendi modū per substantiva abstracta.

Verùm, ut ad te redeam: Digressus est tantisper à tertia virtute accusatori necessaria, eloquentia nempe: ubi Cæcilio præclusit effugium, quod fortè prætenderet: etsi ipse non valeret tantâ eloquentiâ, habere se tamen subscriptores eloquentes; Nunc igitur priorem totam argumentationem concludit.

Quid ad hæc dici potest? transit ad Cæcilii firmamentum, & potissimam, quam prætendebat, rationem evertendā: Propositio Q. Cæcilii hæc erat: *Læsus sum à C. Verre: & ob hoc jure illi sum inimicus, & eum accusare volo.*

Librum, De quo suprà, quem tibi magister ludi nescio qui ex alienis Orato-

ut hinc discedas, nequè mihi verbum ullum respondeas. Quid enim dices? an id, quod dictitas, injuriam tibi fecisse Verrem? arbitror. Nequè enim esset verisimilè, cùm omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse. Sed cæteri Siculi ultorem suarum injuriarum invenerunt: tu dum tuas injurias per te, id quod non potes, persequi conaris, id agis, ut cæterorum quoquè injuriæ sint impunitæ, atquè inultæ. Et hoc te præterit, non id solùm spectari solere, qui debeat, sed etiam illud, qui possit ulcisci. In quo utrumquè sit, eum superiorem esse: in quo alterum, in eo non, quid is velit, sed quid facere possit, quæri solere. Quod si ei potissimùm

Interrogatio. *Responsio.* *A Causa finali.* *Synæciosis.* *Syllogismo.*

ribus compositum dedit.

Dictitas: Quod passim & frequenter dicis.

Arbitror: Non intelligit: *arbitror te hoc dicturum, sed arbitror* tibi illatā injuriā.

Unum eximium: Unum exceptum fuisse. Non ille te unum exemit, cum omnibus Siculis injurias faceret.

Id quod non potes: Non enim facultatis tantùm in te est, ut injurias tuas ipse per te persequi possis.

Sint impunitæ atq; inultæ: Nam te actore reus elabetur, ita nec tu injurias tuas, nec Siculi suas ulciscentur.

Et hoc te præterit &c. An nescis, quòd non tantùm ratio sit habènda, quis debeat: sed etiam quis possit ulcisci.

Superiorem: Inter duos hūc esse præponendum.

Alterum: Qui ob acceptas injurias quidem debeat, vel causam habeat accusandi &c.

Quodsi: Prima ratio Cæcilio opposita erat: qui etiam læsus accusare vult, debet habere facultatem accusandi: secun-

mùm censes permitti oportere accusandi potestatem, cui maximam C. Verres injuriam fecerit, utrum tandem censes hos judices graviùs ferre oportere, te ab illo esse læsum, an provinciam Siciliam esse vexatam ac perditam? Opinor, concedis, multò hoc & esse graviùs, & ab omnibus ferri graviùs oportere. Concede igitur, ut tibi anteponatur in accusando provincia. Nam provincia accusat, cùm is agit causam, quem sibi illa defensorem sui juris, ultorem injuriarum, actorem causæ totius adoptavit. At eam tibi C. Verres fe-

Communicatio cum adversario.

Subjectio.

Synonyma. Similiter cadentia.

17.

Occupatio.

secunda ratio est: is potiùs accusare debet, qui majoribus injuriis affectus est; at provincia majoribus injuriis affecta est, quàm tu. Observa nunc, quomodo Syllogismum istum Orator proposuerit, non explicitè, non formâ præcisè philosophicâ, sed per figuras communicationis, interrogationis, subjectionis.

Graviùs ferre &c. An debent existimare Judices læsionem Cæcilii esse graviorem, an totius provinciæ?

Concedo igitur: Conclusio syllogismi.

Defensorem sui juris &c: Pro explendo numero hæ definitiones synonymicæ adhibentur; curta fuisset dictio, si tantùm ita; *quem illa adoptavit.*

Adoptavit: Valde propriè: in suum, suorumq; locū substituit, adscivit, delegit.

At eā &c. Objicere adhuc poterat Cæcilius: injuria mihi facta, fuit æquè magna; non enim tantùm fuit privata, sed publica, quòd Magistratui populi Rom. facta sit: huic argumento per prolepsin respondet; *Si injuria nulla est, nulla est etiam causa accu-*

fecit injuriam, quæ cæterorum quoquè animos posset alieno incommodo commovere? Minimè. Nam id quoq; ad rem pertinere arbitror, qualis injuria dicatur: quæ causa inimicitiarum proferatur. Cognoscite ex me. Nam iste eam profectò, nisi planè nihil sapit, nunquam proferet. Agonis est quædam Lilybætana, Liberta Veneris Erycinæ: quæ mulier, ante hunc Quæstorem, copiosa planè & lo-

Narratio, per quam probatur.

cu-

accusandi; sed injuria nulla est &c. Minor probatur Agonidis Lilybætanæ exemplô.

Cæterorum quoq; animos &c. Periphrasis, pro injuria publica, quæ non solum Cæcilium, sed & cæteros plures contingat.

Nisi planè nihil sapit: nisi prorsus insipiens est; proferet enim simul improbitatem suam.

Agonis est quædam: usitatũ narrationis initium, quale sæpè adhibuit Cicero.

Lilybætana: ab urbe Sicula, Lilybæum dicta.

Liberta Veneris: Quæ cùm priùs esset Serva Veneris, ita ut omnia, quæ haberet, ad Venerem Deam pertinerent, facta est libera. Est viri, & muliers consecrabantur Deæ Veneri, & inde Venerei dicebantur, templo serviebant, seq; simul & sua omnia Numinis servituti addixerant, religionis causâ, atq; vel servitutem hanc acceperant à parentibus, majoribus, vel ab iis, quorum fuerant hæredes; nec levem sumptum præstare debebant ad sacrorũ functionem. Cùm autem se pecuniâ redemissent, vel alia de causa essent manumissi, dicebantur Liberti & Libertæ illius Dei, cujus fuerant servi.

Erycinæ: Eryx Siciliæ mons est, mari imminẽs, ex ea parte, quæ Italiam spectat inter Drepanum, & Panormum. Hic magnitudine omnes Siciliæ montes superant præter unum Ætnã. In ejus vertice planities est, inque; ea Veneris Erycinæ templũ fuit

sine

cuples fuit. Ab hac Præfectus Antonii quidam ſymphoniacos ſervos abducebat per injuriam, quibus ſe in claſſe uti velle dicebat. Tum illa, ut mos in Sicilia omnium eſt Venereorum, & eorum, qui à Venere ſe liberaverunt, ut Præfecto illi religionem Veneris nomenq; objiceret, dixit & ſe, & omnia ſua Veneris eſſe. Ubi hoc Quæſtori Cæcilio, Viro optimo, & homini æquiſſimo nuntiatum eſt, vocari ad ſe Agonidem jubet: judicium dat ſtatim. Si PARERET, EAM SE ET SUA VENERIS ESSE DIXISSE? Judicant recuperatores id, quod neceſſe erat. Neque enim erat cuiquam dubium, quin illa

Minor prioris Syllogiſmi.

Ironia.

Formula judicii.

ſine controverſiá omnium Siciliæ templorum opulentiſſimum, atq; ornatiſſimum, ita *Polybius*.

Præfectus Antonii: Hic Antonius filius fuit M. Antonii Oratoris, pater ejus, qui cum Octaviano & Lepido Rempublicam oppreſſit.

Symphoniacos: Servos muſicos, quibus & in conviviis utebantur, & in claſſe ad celeuſma cantandum.

Venereorum &c. Qui Veneris ſunt ſervi, *& qui ſe liberaverunt*, qui ſunt liberti.

Præfecto religionē Veneris objiceret: Ut ex veneratione erga Deam propoſito abſtineret, dixit ſuam familiā ad Deam Venerem pertinere.

Judicium dat ſtatim: Dare judicium, eſt judices conſtituere in certa verba, ſive in certam quæſtionē: e.g. *Si pareret &c.* Utrùm nempe certum ſit, eam hoc dixiſſe? Si ita; ejus bona Veneri adjudicantor.

Pareret: Idem ac pateret, conſtaret; formula antiqua: *paret fuiſſe*, pro comparet, apparet, conſtat.

Recuperatores: Dicti fuerunt judices, qui de rebus privatis recipiendis, reddendisq;

illa dixisset. Iste in possessionem bonorum mulieris mittit, ipsam Veneri in servitutem adjudicat, deinde bona vendit, pecuniam redigit. Ita dum pauca mancipia Veneris nomine Agonis ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatemq; suam istius injuriâ perdidit. Lilybæum Verres venit posteà, rem cognoscit, factum improbat, cogit Quæstorem suum, pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem annumerare, & reddere. Est adhuc, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mutius. Quid enim facere potuit elegantius ad ho-

Opposita.

Cōparatio.

disq; cognoscebant.

In possessionem bonorum mulieris mittit: Rerum illarum custodiam, & possessionem vel suo, vel Veneris nomine habendam aliquibus demandat, qui in eam possessionem manus mittant, eam occupent &c.

Pecuniam redigit: Ex re vendita pecuniam ad se trahit, sibi numerari facit.

Veneris nomine ac religione: Deam Venerem obtendens, quòd huic esset consecrata.

Lilybæum: in qua urbe judicium dederat Cæcilius: Quæstor enim Lilybætanus erat.

Est adhuc: Hucusq; Verres nō Verres est, hoc est sceleratꝰ ille & iniquus Prætor, qui aliàs fuit, sed Q. Mutius vir justissimus, sanctissimus.

Q. Mutius: Etiam Scævola dictus, qui, ut scribit Valerius M. Asiam Consul tanta fide, ac vigilantiâ gubernavit, ut Senatus posteà in eā Provinciam ituris Magistratibus in exemplum, atq; formam officii Scævolam hunc suo decreto proponeret. Diem etiam festum Asiatici in ejus honorem celebrabant, dicebantq; festa Mutia. Descendit hic ex illius familia, qui multò antè fidei probādæ causâ dexteram in ignem misit, & posteà sinistrâ usus ne-

hominum existimationem? æquius ad levandam mulieris calamitatem? vehementius ad Quæstoris libidinem coërcendam? Summè hæc omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repentè, è vestigio ex homine, tanquam aliquo *Compar. Similiter cadent.*
Circæo poculo factus est Verres. Redit ad se, atquè ad mores suos. Nam *Similitudo.*
ex illa pecunia magnam partem ad se vertit, mulieri reddidit, quantulum
visum est. Hîc tu si læsum te à Verre esse dices, patiar, & concedam. Si 18.
injuriam tibi factam quereris, defendam, & negabo. Deinde de injuria, quæ

necessariò est, inde Scævola dictus, Scæva enim Græca origine sinistram significat. Cognomen Scævolarū mansit in familia, quæ aliàs Mutia dicta est.

Circæo poculo: Circe, ut fabulatur Homerus, socios Ulyssis in sues mutabat; ergo tanquam Circæa potione, factus est sus, seu verres, & porcus, cùm in reddenda Agonidi pecunia priùs visus esset homo sanctus, & alter Mutius. Jocus in allusione verbi, quam etiam *Traductionem* vocamus.

Ad se vertit: ipse sibi retinuit.

Si læsum te &c. Lædi aliquis justè potest; nam & qui jure damnantur, læduntur, sed non injuriâ. Injuria autem semper injusta est.

Defendam, & negabo: Refellam, quæ objicis Verri. Defendam, non esse injuriam tibi factam à Verre.

Deinde de injuria: Inprimis non est injuria, cùm nullum tuum jus læsum sit; quia nullū jus habuisti: insuper si habuisses, tamen illi reconciliatus es, quod inde patet, quia domi illius fuisti ut amicus, cum eo cœnâsti &c.

Quæ

quæ tibi facta sit, neminem nostrûm graviorem vindicem esse oportet, quàm te ipsum, cui facta dicitur. Si tu cum illo posteà in gratiam redîsti, si domi illius aliquoties fuisti, si ille ápud te posteà cœnavit, utrùm te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis? Video esse necesse alterutrum. Sed ego tecum in eo non pugnabo, quô minùs, utrum velis, eligas. Quid si ne injuriæ quidem, quæ tibi ab illo facta sit, causa remanet? quid habes, quod possis dicere, quamobrem non modò mihi, sed cuiquam anteponâre? nisi fortè illud, quod dicturum te esse audio,

Dilemma.

Transitio ad novū argumentum.

Quæ-

Quæ tibi facta sit: Quam tu injuriam appellas, tibiq; factum esse dicis. Et, *facta sit*, non *facta est*, Cicero dixit, quia *est*, affirmaret injuriam Cæcilio factam esse: *Sit* non affirmat ex persona Ciceronis, verùm ex persona Cæcilii;ut si dixisset: de injuria, quam tibi facta esse dicis.

Perfidiosum an prævaricatorem: Perfidiosus dicitur, qui amicum se simulat, & inimicus est. Prævaricator, qui inimicum se fingit, qui accusat alterum,re ipsa ejus amicus est,& ei tacitè favet, vel ergo fictam amicitiam cum Verre habuit Cæcilius, dum cum eo cœnavit, vel si verus amicus est, falsus modò accusator est. *Prævaricari* est á præscripto sui officii deflectere, quod hic facit Cæcilio,si falsus accusator est. Latet ergo hic Syllogismus:

SI cum Verre in gratiã redîisti, nullas jam habes cum eo inimicitias & aut perfidiosus, aut prævaricator es.
Sed illud est verum:
Ergo & hoc: & per consequens mihi in accusando non es anteponendus.

Quæ-

Quæstorem illius fuisse. Quæ causa gravis esset, si certares mecum, uter nostrûm illi amicior esse deberet. In contentione suscipiendarum inimicitiarum, ridiculum est putare, causam necessitudinis ad inferendum periculum justam videri oportere. Etenim si plurimas à tuo Prætore injurias accepisses, tamen eas ferendo majorem laudem, quàm ulciscendo mererêre. Cùm verò nullum illius in vita rectiùs factum sit, quàm id, quod tu injuriam appellas, hi statuent, hanc causam, quam ne

Ex repugnantibus.

Propositio.

Assumptio.

Conclusio.

Quæstorem illius fuisse: Aliam Cæcilii objectionem confutat: nec debet Cæcilius idcirco accusare Verrem, quòd ejus Quæstor fuit, & hac in re præponi Ciceroni: imò verò propter hanc causam debet rejici; nam Cæcilius non potest injurias, quando nullæ sunt, sibi à Verre illatas sine vituperatione aut aliquo scelere persequi. Deinde in Quæstorem non cadit, Prætorem suum accusare, quem Parentis locô habere debet.

Causam necessitudinis ad inferendum periculum: Ut causa amicitiæ tibi serviat ad inimicitiam.

Etenim si plurimas: Syllogismus: *si plurimas à tuo Prætore injurias accepisses, tamen eas ferre, nec amicitiã violare debebas.*

At nullam injuriam ab eo accepisti:

Ergo multò minùs amicitiam violare debuisti.

Cùm verò nullum illius rectius factum &c. Factum Verris nullo modo ait injuriosum fuisse Cæcilio, sed æquissimum, etsi dein ex altera parte iniquum fuerit Agonidi; ergo frustrà obtendit Cæcilius, se suas debere injurias persequi. De scelere adversùs Agonidem commisso Cæcilius Quæstor non debet accusare suum Prætorem.

Ne

ne in alio quidem probarent, in te justam ad necessitudinem violandam videri: qui si summam injuriam ab illo accepisti, tamen, quoniam Quæstor ejus fuisti, non potes eum sine ulla vituperatione accusare. Si verò nulla tibi facta est injuria, sine scelere eum accusare non potes. Quare cùm incertum sit de injuria, quemquam esse horum putas, qui non malit, te sine vituperatione, quàm cum scelere discedere? At vide, quid differat inter meam opinionem, ac tuam. Tu, cùm omnibus rebus inferior sis, hac una in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæstor illius fueris. Ego, si superior cæteris rebus esses, hanc unam ob

19. *A contrariis.*

Ne in alio quidem probarent: Qui & idoneus orator, & integer Quæstor esset.

Quæstor ejus fuisti: Observa, quomodo argumentum Cæcilii inverterit. Contendebat ille, quòd Quæstor Verris fuisset, & omnia ejus crimina nota & perspecta haberet, se in accusando præponendum; hoc argumentum ita frigidũ esse demonstrat, ut ob hanc ipsam rationem excludendus sit; uti paulò infrà.

Te sine vituperatione: Si non accusas Prætorem tuum, vituperatio nulla est. Si accusas, cùm de injuria saltem incertum sit, credent homines scelus à te cómitti, tăquam perfido, & impio, quòd necessitudinẽ illam violes, quæ est Quæstorem inter, & Prætorem. Quòd igitur è re tua est, id statuent judices actorem te non esse deligendum, ut sine vituperatione potiùs, quàm cum scelere discedas.

At vide &c. Pulchræ antitheses pro argumento penitùs invertendo: *meam, tuam,*

ob causam te accusatorem repudiari putarem oportere. Sic enim à Majoribus nostris accepimus, Prætorem Quæstori suo parentis locô esse oportere: nullam neque justiorem, neq; graviorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm conjunctionem sortis, quàm provinciæ, quàm officii, quàm publicam muneris societatem. Quamobrem, si jure eum possis accusare, tamen, cùm is tibi parentis numero fuisset, id piè facere non posses. Cùm verò neque injuriam acceperis, & Prætori tuo periculum crees, fatearis necesse est; te illi injustum, impiumque bellum inferre conari. Etenim ista Quæstura ad eam rem valet, ut elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quam-

Ab authoritate Majorum.

Incisa. Repetitio. Synonyma.

A majore.

Metaphora

tuam, inferior, superior: anteferri, repudiari &c.

Sic enim à Majoribus: probat à thesi: omnes Prætores semper à Quæstoribus locô parentum habiti sunt.

Quàm conjunctionem sortis: idem ut suprà, sed explicatiùs. Cùm provincias & munera hæc sortirentur Romani, quibus eadem provincia obvenerat, divinitùs eã muneris, officiiq; publici societatem accidisse putabant, qua de causa inesse in ea societate religionem aliquã existimabant.

Publicam muneris societatē. Quam publicè, hoc est: ex sententia & voluntate reipublicæ, republica, hoc est: senatu volente, jubenteq; inierunt.

Quamobrem: Iteratio propositionis, quæ pro majore claritate simul, & efficacia in argumentando bene fit.

Fatearis, necesse est: Complexio syllogismi illustrata exemplis Quæstorum, qui ab accusando rejecti sunt.

quamobrem eum, cui Quæstor fueris, accuses: non ut ob eam ipsam causam postulandum sit, ut tibi potissimùm accusatio detur. Neque ferè unquam venit in contentionem de accusando, qui Quæstor fuisset, quin repudiaretur. Itaque neque L. Philoni in C. Servilium nominis deferendi potestas est data, neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neq; Cn. Pompejo in T. Albutium: quorum nemo propter indignitatem repudiatus est: sed ne libido violandæ necessitudinis auctoritate judicum comprobaretur. Atquè ille Cn. Pompejus ita cum C. Julio contendit, ut tu mecum. Quæstor enim Albutii fuerat, ut tu Verris. Julius hoc secum auctoritatis ad accusandum afferebat, quòd, ut hoc tem-

Ab exeplis.

Cui Quæstor fueris: Idem ac: cujus Quæstor fueris.

Accuses: Accusare velis.

Nominis deferẽdi: Accusandi. Quamvis si propriè loquamur, aliquod discrimen sit inter delationẽ nominis, & accusationem; deferre nomen, idem est: quod reum facere, petere, ut nomen ipsius inter reos referatur: accusare verò est: agere causam, & in ipso judicio rei crimina demonstrare.

Itaq; neq; L. Philoni: Omnia exempla sunt Quæstorum, qui Prætores suos non permissi sunt accusare. Nimis amplum foret de singulis dicere neq; necessarium hic est.

Cn. Pompejo: Strabo etiam dicebatur, eratq; hic Cn. Pompejus, alterius Cn. Pompeji Magni Pater, inter oratores eminentissimos positus à Vellejo Paterculo.

Atq; ille C. Pompejus: propiora exempla, & magis similia, posteriora ponenda sunt. *Atq;* frequenter idem significat, quod *atqui.*

Ab

tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat. Semper hæc causa plurimùm valuit, semper hæc ratio accusandi fuit honestissima, pro sociis, pro salute provinciæ, pro exterarum nationum commodis, inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studium, laborem interponere. Etenim si probabilis est eorum causa, qui injurias suas persequi volunt: quà in re dolori suo, non reipublicæ commodis serviunt: quantò illa causa honestior, quæ non solùm probabilis videri, sed etiam grata esse debet, nullâ privatim acceptâ injuriâ Sociorum atq; amicorum populi Romani dolore atq; injuriis commoveri? Nu-

Incisa.
Similiter desinentia.
Synonyma.

20.
A minore.

Ab Siculis, ab Sardis: Ab non solùm insequentibus vocalibus adhibetur, sed etiam aliis litteris, ubi nullus asperior concursus existit, maximè verò liquidis l, & r, ut ab Legione, ab Rege; itemq; mutæ S. & l. consonanti, ut ab Sylla, ab Jove. Interdum etiam D. & N. ut ab Duce, ab Nobilitate.

Semper hæc causa: Argumentum ab honesto: longè honestius est Ciceroni Sociorum, â quibus rogatus fuit, injurias persequi, & ulcisci, quàm Cæcilio suas; quod probatur & amplificatur pluribus exemplis clarissimorũ virorum.

Inimicitias suscipere &c. &c. Notanda dictionis varietas.

Si probabilis &c. Accipitur hic pro *tolerabilis*, vel rationi & honestati utcumq; conveniens.

Dolori suo serviunt: Iracundiæ, cupiditati, & cæteris affectibus servire dicimur, cùm id agimus, quod hi affectus nobis imperant.

A recenti Exemplo. Nuper cùm in P. Gabinium vir fortissimus, & innocentissimus L. Piso delationem nominis postularet, & contrà Qu. Cæcilius peteret, isque se veteres inimicitias jam diu susceptas persequi diceret, cùm auctoritas, & dignitas Pisonis valebat plurimùm, tum illa erat causa justissima, quòd eum sibi Achæi Patronum adoptârant. Etenim cùm lex ipsa de pecuniis repetundis, Sociorum, atquè amicorum populi Rom. causâ, parata sit, iniquum est, non *A Causa finali legis.* eum legis, judiciiqué actorem idoneum maximè putari, quem actorem causæ suæ Socii, defensoremquè fortunarum suarum potissimùm esse voluerunt. An, quod ad commemorandum est ho- *Major.* nestius, id ad probandum non multò vi-

P. Gabinium: Qui Achajam administraverat.

L. Piso: è familia Pisonum nobili apud Romanos, qui inde appellati, quò optimè pisa sererent, sicut à lente Lentuli.

Q. Cæcilius: Erat hic è familia Metellorum valdè nobili, quæ summa officia, & Principatus Romæ habebat, ac Consularis erat. Q. autem Cæcilius Niger non fuit Consularis, contra quem hanc Cicero orationem habet.

Cùm auctoritas, tum illa: Cùm & tum eleganter usurpantur, si duo inter se ita comparantur, ut posterius priori anteponatur: significant autem idem, quod *non solùm, sed etiam.*

Quòd eum &c. Quòd pro quia, ut notum est, gaudet indicandi modô.

Etenim cum lex &c. Vide firmamenta argumentorum repeti posse in Oratione, si metus fastidii absit.

An quod ad commemorandũ: Nunquid id, quod dictu est ho-

videri debet æquius? Utra igitur est splendidior, utra illustrior commemoratio: accusavi eum, cui Quæstor fueram, quicum me sors, consvetudoq; majorum, quicum me Deorum hominumquè judicium conjunxerat; an: accusavi rogatu Sociorum, atquè amicorum? delectus sum ab universa provincia, qui ejus jura fortunasquè defenderem? Dubitare quisquam potest, quin honestius sit eorum causâ, apud quos Quæstor fueris, quàm eum, cujus Quæstor fueris, accusare? Clarissimi Viri nostræ civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimumquè ducebant, ab hospitibus, clientibusquè suis, ab exteris nationibus, quæ

Minor per prosopopœiam.

Conclusio. Cōmunicatio. Polyptoton.

Ab authoritate, exemplisq; Majorum.

honestius, etiam plùs valet ad evincendam causam? sed honestius est dicere, ego defendi socios, quàm ego Quæstor accusavi Prætorem. Vide Syllogismum oratoriè propositum.

Utra splendidior, utra illustrior? Uter nostrûm honestiùs ita de se locuturus est?

Quicum: Vide suprà.

Deorum, hominùmq;: Deorum, ob sortem; isti enim sortes putabantur dirigere: hominum, ob morem majorum, qui hanc quæsturæ & officii conjunctionem liberorum necessitudini proximam esse voluerunt.

Clarissimi, Viri: Honestas accusationis suscipiendæ propter Socios probatur exemplis.

Clarissimi optimis: amplissimū, pucherrimum &c. Gaudet superlativis orationes.

Clientibusq;. Clientes & Patroni sunt relata. Clientum origo, & significatio hæc est: Romulus institutor rerum Romanarum unicuiq; ex plebe permisit, quemcunq; ex Patribus (majoris nempe dignitatis hominibus) vellent,

quæ in amicitiam populi Romani, ditionemq; essent, injurias propulsare, eorumque fortunas defendere. M. Catonem illum Sapientem, clarissimum Virum, & prudentissimum, cum multis graves inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos Consul fuerat, injurias. Nuper Cn. Domitium scimus

lent, Patronum cooptare. Hæc autem inter eos jura cõstituit. Patroni clientũ suorum jura curarent, causas privatæ & publicæ rei suscipere, eorum commodis & rationibus consulerent, ut parẽtes liberis. Vicissim clientes patronos suos ab hostibus captos, vel eorum liberos redimerent, ad sumptus ab iis faciendos publicè, ad filiarum dotem &c. contribuerent; neutri verò sese invicem accusare, neq; vel testimonio vel suffragio lædere, inimicitiasvè exercere possent.

In amicitiam pop: R. ditionemq;: pro: in amicitia, ditioneq; vetus locutio, qua aliquoties usus est Cicero, & alii veteres sæpè indifferenter junxerunt *Tò* in, cùm accusat. & ablat. nulla habita ratione motûs & quietis.

M. Catonem illum Sapientem: Intellige Catonẽ Censorium, qui fuit optimus Orator, Senator, Imperator, Censor, imò Arator, de quo Livius: *nulla ars neq; privatæ, neq; publicæ rei gerendæ ei defuit, urbanas rusticasq; res pariter callebat.* De se ipso dixit teste Plutarcho: *plures se urbes cepisse, quàm egisse dies in Hispania.* Uno die muros omniũ urbiũ, quæ intra Bætin erant, dirui jussit, urbesq; quadringẽtas in potestatẽ redegit. De ejus virtute, integritate, magnitudine animi Cicero in Orat. pro Sext. Eum ob morũ gravitatem, singularemq; justitiam Virgilius 6. Æneid. inferorum judicẽ facit: *Secretosq; pios, & dantem his jura Catonem.* Trium rerũ se pœnituisse dicebat, 1. eò perrexisse navigio, quò pede proficisci poterat: 2. ignavum præterisse diem. 3. secretum uxori revelâsse.

Diem

ſcimus Decimo Silano diem dixiſſe propter unius hominis Ægritomari, paterni amici, atquè hoſpitis injurias. Nequè enim magìs animos hominum nocentium res unquam ulla commovit, quàm hæc majorum conſvetudo longô intervallô repetita, ac relata, Sociorum querimoniæ delatæ ad hominem non inertiſſimum, ſuſceptæquè ab eo, qui videbatur eorum fortunas fide, diligentiâquè ſuâ poſſe defendere. Hoc timent homines, hoc laborant, hoc inſtitui, atquè adeò inſtitutum referri ac renovari moleſtè ferunt. Putant fore, uti, ſi paulatim hæc conſvetudo ſerpere, ac prodire cœperit, per homines honeſtiſſimos, viroſquè fortiſſimos, non imperitos adole-

21. *Theſis.*

Repetitio. Inciſa. Metaphora.

Antitheta.

Diem dixiſſe: Diem dicere, eſt idem, ac accuſare, in hoc tamen differt, quòd accuſant privati homines, & Magiſtratus; diem verò, quo comparendum, ſoli Magiſtratus propriè dicunt, ſeu determinant.

Neq; enim magìs: Nihil ita deterret reos, quàm ſi ſciant ſe ab idoneis accuſatoribus in judicium trahendos.

Non inertiſſimum: Qui non ſit valdè imperitus, nam *iners* propriè *ſine arte.*

Hoc laborant: De hoc anxii, & ſoliciti ſunt: in hoc enim ſenſu non rarò accipitur *laborare.*

Inſtitui, atq; adeò inſtitutum referri: Hunc morè introduci, imò jam inſtitutum & introductũ, ſed longô intervallô omiſſum, renovari.

Atq; adeò: Ponitur pro *imò*, & ſervit Correctioni: *poſco atq; adeò flagito: intra mœnia, atq; adeò in ſenatu videtis.*

Non imperitos adoleſcentulos: Uti ſuprà dictum, accuſationes ſolitas fieri à junioribus.

lescentulos, aut illius modi quadruplatores, leges judiciaque administrentur. Cujus consvetudinis, atque instituti Patres, Majoresq; nostros non pœnitebat tum, cùm P. Lentulus, is, qui Princeps Senatûs fuit, accusabat M. Aquilium, subscriptore C. Rutilio Rufo: aut cùm P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, postea quam bis Consul & Censor fuerat, L. Cottam in judicium vocabat. Jure tum florebat populi Rom. nomen: jure auctoritas hujus imperii, civitatisque majestas gravis habebatur. Nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc

Incisa.
Dissolutio.

Geminatio.

Quadruplatores: Qui accusabant spe lucri, nam ex bonis damnatorum quartam partem consequebantur.

Non pœnitebat: Honori sibi atq; commodo ducebant.

P. Lentulus, qui Princeps Senatûs fuit: avus ejus Lentuli, qui cum Catilina conjuravit. Princeps Senatûs dicebatur, quem Censores in recitando primûm legissent. Sic Princeps Equestris Ordinis, quē in recitandis Equitum centuriis primū legissent, nominâssent.

M. Aquilium: Duo fuēre M. Aquilii accusati, unus à P. Lentulo, de quo hic, alter fuit ille, de quo in Verrinæ septimæ exordio Cicero dicit, quòd M. Antoni9, qui pro eo perorabat, tunicam ejus à pectore disciderit, & cicatrices vulnerum judicibus pro impetrāda misericordia exhibuerit.

P. Africanus: Minor, Pauli filius, dictus P. Corn. Scipio Æmilian9 Africanus. Bis Consul fuit, primùm tempore tertii belli Punici, anno Urbis conditæ 606. iterum anno Urbis conditæ 619. bello Numantino.

L. Cottam: Consularem, qui tamen absolutus est, ne nimiis adversarii viribus abjectus videretur, ut ait Cicero pro Muræna.

Sese

nunc homine parvis opibus, ac facultatibus prædito simulant sese mirari, cùm moleste ferant: Quid sibi iste vult? accusatoremnè se existimari, qui antea defendere consveverat: nunc præsertim, ea jam ætate, cùm ædilitatem petat? Ego verò ætatis non modò meæ, sed multò etiam superioris & honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros calamitososquè defendere. Et profectò aut hoc remedium est ægrotæ, ac propè desperatæ reipublicæ,

Prosopopœia adversariorum.

Antitheta.

PERORATIO.
Thesis. Propositio.

Sese mirari, cùm molestè ferant: Molestè ferunt, indignantur, tam diligentem accusatorem, & in tanta ætate auctoritateq; adhiberi; suam tamen indignationem dissimulant, ac fingunt se mirari, cur hac ætate accusationem suscipiam.

Ædilitatem petat: Quam hoc ipso anno consecutꝰ est, factus Ædilis, cujus officium erat ædium publicarum, & privatarum habere curam &c. ante ætatem triginta & VII. annorum hoc officium nemini committebatur. Sæpè occurrit hoc nomẽ *petere* ædilitatem, *petere* consulatum. Id ergo hoc modo fiebat, qui ad aliquod officium adspirabant, in concione publicam hujus suæ voluntatis declarationem populo faciebant, de aliquo Magistratu, si populus ita vellet, obtinendo, tum deinde togam candidam assumebant, à qua dicebantur Candidati, & petitionem hanc biennio, vel uno saltem anno, antequam inirent Magistratum, inchoabant.

Et profectò: Incipit peroratio, in qua paulò majore affectu conatur ostendere honestatem, imò & necessitatẽ, ut à maximè idoneis fiant accusationes, & hac ratione corrupta judicia emendentur, respublica ægrota convalescat. Et in hac licet brevi peroratione colligit argumenta per orationẽ sparsa: Cæcilium nec integrum, nec diligentem, nec reipublicæ aman-

Duplex Jubstātivū. cæ, judiciisquè corruptis, ac contaminatis paucorum vitio ac turpitudine, homines ad legum defensionem, judiciorumquè auctoritatem quàm honestissimos, & integerrimos, diligentissimosquè accedere: aut sine hoc quidem

Allegoria. prodesse poterit, profectò nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur.

Repetitio & incisa & conjugata. Nulla salus Reipublicæ major est, quàm eos, qui alterum accusant, non minùs de laude, de honore, de fama sua, quàm illos, qui accusantur, de capite ac fortunis suis pertimescere. Itaquè semper

22. *Adjunctio.* ii diligentissimè, laboriosissimèq; accusârunt, qui se ipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt. Quam-

Minor. Apostrophe ad judices. obrem hoc statuere, judices, debetis. Q. Cæcilium, de quo nulla unquam opinio fuerit, nullaquè in hoc ipso judicio exspectatio futura sit, qui nequè, ut antè collectam famam conservet, nequè uti re-

amantem, nec eloquentem esse oratorem &c.

Judiciisq; corruptis, ac contaminatis. Corrupta judicia: sunt in iis, qui acceperunt pecuniam: *contaminata* in iis, qui bonam amittunt famam, & toti ordini aspergunt labem, quam ipsi tulêre.

Quàm honestissimos: id est: in maxima dignitate constitutos. Ferè enim homines dignitate præditi à turpitudine magis deterrentur, quàm alii, *quàm*, eleganter adjungitur superlativis.

In discrimen existimationis: In periculum amittendæ famæ & honoris.

Nulla opinio, nulla exspectatio: Qui neq; antè existimationem habuerit, neq; jam speretur officio accusatoris satisfacturus.

Re-

reliqui temporis ſpem confirmet, laborat, non nimis hanc cauſam ſeverè, non nimis accuratè, non nimis diligenter acturum; habet enim nihil, quod in offenſione deperdat; ut turpiſſimè, flagitioſiſſimèquè diſcedat, nihil de ſuis veteribus ornamentis requiret. A nobis multos obſides habet populus Romanus, quos ut incolumes conſervare, ac recuperare poſſimus, omni ratione erit

Repetitio.
Articuli & inciſa.

Allegoria.

Reliqui temporis ſpem confirmet: ut nempe boni aliquid ſperare, & ſpem hanc adimplere poſſit in futurum.

Non nimis ſeverè, non nimis accuratè: Eloquentia eſt & amplificatio. Non nimis; id eſt: non multùm.

In offenſione deperdat: Id eſt: ſi minùs rectè & ſincerè accuſet, ſi ab religione officii ſui diſcedat, nõ erit, quod amittat de ſua exiſtimatione.

Ut turpiſſimè: Quamvis in accuſando Verre turpiſſimè, id eſt: nullâ diligentiâ, & flagitioſiſſimè, id eſt: nulla fide ſe gerat, nihil tamen deperdet de priſtinis ornamentis, quæ nulla habet.

Requiret: Amittet: nemo enim amittit, quod non habet.

Multos obſides: Obſes eſt, qui traditur imperio alicuj9 ea conditione, ut ſi is, qui obſidem dedit, fallat, accipienti obſidẽ ſit poteſtas in corp9 & vitã ejus ſæviendi, qui datus eſt obſes. Allegoricè Cicero vocat tales obſides, famam ſuam & honorẽ &c. quæ tanquam pignora apud rempublicam depoſita ſint, ita ut niſi rem fideliter & bene agat, hæc omnia poſſit amittere. Contrariũ eſt in Cæcilio, cujus neq; opinio, neq; hujus modi exſpectatio eſt. Meliùs autem dicit *obſides*, quàm *pignora;* quia major eſt religio in iis, quàm in his amittendis.

Recuperare: Verbum hoc intelligendum in allegoria obſidum; obſides enim recuperantur; ſic & ea, quæ in manibus Magiſtratûs habet depoſita cum periculo amiſſionis, recuperabit Cicero, ſi

Distributio partium cum disjunctione, repetitione, dissolutione.

erit dimicandum; habet honorem, quem petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: habet existimationem multo sudore, labore, vigiliîsquè collectam; ut si in hac causa nostrum officium ac diligentiam probaverimus, hæc, quæ dixi, retinere per populum Rom: incolumia ac salva possimus: si tantulùm offensum, titubatumquè sit, ut ea, quæ singulatim ac diu collecta sunt, uno tempore universa perdamus.

Conclusio.

Quapropter, Judices, vestrum est deligere, quem existimetis facillimè posse magnitudinem causæ ac judicii sustinere fide, diligentia, consilio, auctoritate.

Dissolutio. Incisa.

Vos si mihi Q. Cæcilium anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: populus Rom. ne tam honestam, tam severam, diligentemquè accusa-

si rem bene agat.

Dimicandum: Metaphoricè: pugnandum erit pro his rebus retinendis.

Tantulùm offensum, titubatumq;: Si vel modicùm peccaverim.

Vos si mihi: Permittit quidem Judicibus, ut decernãt, quod velint, sed tamen iis metũ injicit à populi judicio, apud quem judices incurrent infamiam & suam, & universi Ordinis Senatorii.

Tam honestam: Insinuat iterum accusationis suæ finem & causam honestissimam.

Tam severam diligentemq;: Quam ego severè, justè & accuratè acturus sum, non ille.

Ne-

cuſationem, nequè vobis placuiſſe, neq; Ordini veſtro placere arbitretur, providete.

Neq; Ordini veſtro placere: Univerſum ordinem Senatorium, malè jam audientem judiciorum nomine in ſuſpicionem adducit, ſi ſibi Cæcilius præferatur.

Providete: Veſtra cauſa eſt, non mea; ego enim me dignitate ſuperatum non arbitrabor.

EVENTUS.

Rejectus eſt Cæcilius, cauſa ad Tullium delata, Patrono Verris Q. Hortenſio, anno Urbis conditæ 683. *ante Chriſtum annis ferè* 67.

Axiomata Ethica & Politica.

Nihil eſt, quod minùs ferendum ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere eum: qui non poſſit ſuæ reddere.

Cùm omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii atq; eloquentiæ multò moleſtiſſima.

Injurias ferendo majorem laudem, quàm ulciſcendo meremur.

Nulla neq; juſtior, neq; gravior cauſa neceſſitudinis poteſt reperiri, quàm conjunctio officii, quàm publica muneris ſocietas.

Sic gerendi ſunt Magiſtratus, ut ſubditis omnibus jucunda, diuturnaq; memoria officii, nominiſq; relinquatur.

Faciliùs ad defendendum, quàm accuſandum deſcendere oportet.

In libidine hominum nocentiſſimorum, in populi quotidia-

na

na querimonia, judiciorum infamia, omnium ordinum offensione hoc unum multis incommodis remedium est, si homines idonei, atque integri causam reipublicæ, legumque suscipiant.

Illi, qui ad majora adspirat munia, considerandum est, quid negotii sit, reipublicæ gubernaculum sustinere.

Non potest in accusando rem agere verè, qui cum reo criminum societate conjunctus est.

In homine politico, rebus civilibus agendis destinato, requiritur facultas agendi, dicendi consvetudo, in foro, judiciis, legibus, & ratio & exercitatio.

Oratoris callidi exemplum est in Hortensio, qui adversarium eludit, jactat, potestatem, optionemque facit, eligat, utrum velit, unumquodque transigit, expedit, absolvit, commiseratur, conqueritur: ex sua invidia deonerat aliquid, & inadversarium trajicit &c.

Multi in dicendo parùm possunt, in clamando verò sunt bene robusti, atque exercitati.

Hoc remedium est ægrotæ, ac propè desperatæ reipublicæ, judiciisque corruptis, ac contaminatis quorundam vitio, ac turpitudine, homines in officia assumi quàm honestissimos, & integerrimos, diligentissimosque.

Nulla salus reipublicæ major est, quàm eos, qui alterum accusant, non minùs de laude, de honore, de fama sua: quàm illos, qui accusantur, de capite, ac fortunis suis pertimescere.



VER-

❧§§❧ ✝ ❧§§❧

VERRINA II.

Quæ dicitur

PROEMIUM

Seu

Principium Primæ Actionis in C. Verrem.

ARGUMENTUM.

R*Ejectô Cæciliô, cùm Cicero causâ ad se delatâ præviderer, Q. Hortensium Verris Patronum id agere, ut causa Verris in annum sequentem producatur, quo Q. Hortensius ipse, & Q. Metellus Verris amicissimus Consules futuri essent, collectis properè Siculorum testimoniis, sub M. Licinio Crasso, & Cn. Pompejo M. Consulibus, M. Glabrione Prætore, Viris integerrimis, Verrem aggressus est novo modo, ita, ut non uteretur Oratione perpetua in explicandis, amplificandisq; criminibus tempus consumens, sed tabulas, litteras, auctoritates, testes contra Verrem produceret, & Hortensio Defensori interrogandos* da-

daret, atq; sic brevi tempore, testibus ad unumquodquè crimen statim citatis, accusationis negotium expediret. Nec eum fefellit opinio. Nam Verres nova accusandi ratione fractus, ac debilitatus amissâ patrocinii spe, in exilium suâ sponte abiit. In hac igitur Oratione, quæ præparatio, & quasi vestibulum aliarum est, hujus consilii sui necessitatem exponit, monet Judices, atquè hortatur, operam dent, ut conceptam per aliquot annos paucorum culpâ turpitudinem, atquè infamiam judiciorum, opportunitate temporis divinitûs dati, in uno reo, omnium, qui unquam in judicium adducti sunt, pecuniosissimo simul, & nocentissimo, sua æquitate, integritate, sapientiâ deleant, atq; tollant:

Quæstio in genere Deliberativo: an novo genere sit accusandus Verres?

Divisio Orationis.

EXORDIUM.

AB occasione, quam habent judices tollendi infamiam judiciorum, tali reo nocentissimo simul & pecuniosissimo in judicium adducto.

Benevolentiam ipse captat à suo officio, & voluntate restituendi amissam judiciorum existimationem.

Tacitè judices monet, atq; hortatur ad idem consilium: qui præcipuus est affectus totius orationis.

PRO-

PROPOSITIO & STATUS TOTIUS ORATIONIS.

Verres parat insidias, quibus hoc judicium pervertat; ergo his insidiis novo consilio est occurrendum, & novo genere Verres accusandus.

Syllogismus hic complectitur totam orationem.

1. Propter fraudes & insidias Rei novo genere agendum est, non perpetuâ oratione:

2. Sed Verres fraudes & insidias comparat;

3. Novo igitur genere, non perpetuâ oratione Ciceroni agendum est.

CONFIRMATIO.

Minor tractatur ab initio; 1. Verres grandem habet pecuniam paratam, qua judices, & Ciceronem corrumpat. 2. Verres inquisitorem pecuniâ induxit, qui breviore tempore accusationem adornans tempus eripiat Ciceroni. 3. Verres in sequentem annum, & ad Metellum causam vult protrahere. 4. Verres in nullo honesto præsidio spem suam potest collocare; patet enim ejus vita scelerata, & copia criminum; ergo in pecuniis, in Hortensio, in producendo judicio, in corrumpendis judicibus confidit; hoc agit, ut habeat corruptos judices &c.

Major per decursum immiscetur: nisi novo consilio occurratur his fraudibus, elabetur reus: & in fine confirmationis; nisi hoc fiat, judicia erunt nulla; erit infamia maxima judicum; transferri debebunt judicia ad alium ordinem &c.

PERORATIO.

Hortatur judices ad rectè, constanterq; obeundas muneris sui partes, præcipuè M. Glabrionem huic judicio præpositum, suum consilium significat & exponit.

ORATIO.

1. *Suſpenſio. Periodus bimembris numeroſa. Cōduplicatio.*

QUod erat optandum maximè, Judices, & quod unum ad invidiam veſtri Ordinis, infamiāq; judiciorum ſedandam maximè pertinebat: id non humano conſilio, ſed propè divinitùs datum atquè oblatum vobis ſummo Reipubl: tempore videtur. Inveteravit enim jam opinio perniciosa Reipubl: no-

Quod erat optandum &c. Attentionem captat & benevolentiam; attentionem: dicendo oblatam eſſe rem momenti maximi, & ſummè cū perſona judicum conjuctā. Benevolentiam à ſuo officio, & voluntate reſtituendi amiſſam judiciorū exiſtimationem. Elegans eſt hæc ſuſpenſio Oratoris, quæ in Exordio poſita, mirificè præparat animum auditoris exſpectatione rei alicujus magnæ.

Maximè: Venuſtatis quiddam habet, ob ſenſum & numerum, & conduplicationem. Aures enim interdum quoq; delectat iteratio verbi.

Veſtri Ordinis: Senatorii, ad quem L. Sulla transtulit judicia, cùm priùs ab Equeſtri Ordine, Lege C. Gracchi adminiſtrarentur.

Datum atq; oblatum: Oblatum eſt, quod ultrò, non petenti offertur, ut oſtendat Deorum beneficentiam erga Rom. Imperium.

Summo Reip: tempore: extremo, & periculoſiſſimo; ſicut Virgilius: *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus.* Sic ſumma exiſtimatio eſt res, in qua vertitur tota alicujus exiſtimatio.

Inveteravit: Invaluit: inde malum inveteratum, dolor inveteratus &c. No-

nobisquè periculosa, quæ non modò Romæ, sed & apud exteras nationes, omnium sermone percrebuit, his judiciis, quæ nunc sint, pecuniosum hominem, quamvis sit nocens, neminem posse damnari. Nunc in ipso discrimine Ordinis, judiciorumquè vestrorum cùm sint parati, qui concionibus & legibus hanc invidiam Senatûs inflammare conentur, reus in judicium adductus est, C. Verres, homo vitâ, atquè factis, omnium jam opinione damnatus: pecuniæ magnitudine, sua spe ac prædicatione absolutus. Huic ego causæ, judices, cum summa voluntate, & exspectatione populi Rom: actor accessi, non ut augerem invidiam Ordinis: sed ut

Metaphora.

Antitheta.

A sua persona benevolentiam conciliat.

Nobisq; periculosa: ut ne à Senatoribus judicia iterum transferantur, aut etiam in populo seditiones exoriantur adversùm nos &c.

Quæ nunc sint: quæ nunc dicantur fieri à Senatoribus; non absolutè dicit: *sunt;* sed quæ sint, hoc est: dicantur esse.

In ipso discrimine: cùm Ordo vester in periculo sit, an maneant penes eum judicia, an aliò transferenda sint.

Concionibus & legibus: cùm aliqui sint (tribunos plebis intelligit) qui occasionem aucupantur de Senatorio ordine detrahendi, & ideò in publicis cœtibus, aliqui etiam lata lege, nulla esse judicia queruntur, pecuniosos absolvi, transferendam judicandi potestatem à Senatoribus &c. & hoc est inflammare invidiam Senatûs, faces subjicere ad concitandam Senatoribus invidiam.

Sua spe ac prædicatione: Ita ipse sperat, ita de se commemorat, prædicat.

Cum summa voluntate: Cum maxima approbatione populi.

ut infamiæ communi ſuccurrerem. Adduxi enim hominem, in quo reconciliare exiſtimationem judiciorum amiſſam, redire in gratiam cum populo Romano, ſatisfacere exteris nationibus poſſetis, depeculatorem ærarii, vexatorem Aſiæ, atquè Pamphiliæ, prædonem juris urbani, labem atquè perniciem provinciæ Siciliæ. De quo ſi vos ſeverè, religioſèquè judicaveritis, auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hærebit. Sin iſtius ingentes divitiæ judiciorum religionem, ſeveritatemquè perfregerint, ego hoc tamen aſſequar, ut

Similiter cadentia, Adjunctio.

Definitiones, Diſſolutio.

Inciſa.

Reconciliare: Reducere ad amicitiam priſtinam, vel ad ſtatum priſtinum.

Depeculatorem Ærarii &c. Diſtributio quatuor criminum in quæſtura, legatione, prætura urbana, & Siciliensi patratorum, ſimul & partitio Orationum Verrinarum. Peculator eſt, qui furtum facit pecuniæ publicæ. Ærarium autem eſt locus, ubi pecunia publica deponitur, quàm Romani in æde Saturni habebant depoſitam. Diſtingvitur ærarium à fiſco, quòd ærarium ſit civitatis, fiſcus ſit Principis.

Vexatorem Aſiæ: Cùm Legatus & Proquæſtor eſſet Dolabellæ. Aſia enim hic pro Cicilicia Dolabellæ Provincia ponitur.

Prædonem juris urbani: cùm in urbe Romana Prætor eſſet injuſtiſſimus, ubi jura vendidit &c.

Labem atq; perniciem: Metonymia: effectus pro cauſa.

Severè, religioſèq;: cum juſtitia ac timore religionis.

Remanere debet: Non ad alium ordinem transferri.

Hærebit: Permanebit, non auferetur. Minatur tacitè mutationem judiciorum, ſi Verres abſolvatur.

Religionem, ſeveritatemq;: ſicut antè dixit, *ſeverè, religioſèq;.*

Equi-

ut judicium potiùs reipublicæ, quàm ut reus judicibus, ac accusator reo defuisse videatur. Equidem ut de me confitear, judices, cùm multæ mihi à C. Verre insidiæ terrâ, mariquè factæ sint, quas partim meâ diligentiâ devitârim: partim amicorum studiô, officiôquè repulerim: nunquam tamen, nequè tantum periculum mihi adire visus sum, nequè tantopere pertimui, ut nunc in ipso judicio. Nequè tantùm me exspectatio accusationis meæ, concursusquè tantæ multitudinis (quibus ego rebus vehementissimè perturbor) commovet, quantùm istius insidiæ nefariæ,

Metaphora Cōmutatio.

2. CONFIRMATIO.

Similiter cadens.

Polysyndeton.

Equidem ut de me confitear: Incipit Confirmatio, in qua primùm narrat, & probat, quomodo Verres Ciceroni & Judicibus insidietur. Status quæstionis, & propositio est hæc: *Novo genere est accusandus Verres;* ad hanc propositionem adducit argumentū: *Verres Ciceroni & Judicibus insidiatur:* probat hoc enthymemate: *Verres grandem habet pecuniam paratam judicibus & Ciceroni, qua sperat, se illos corrupturum; ergo ipsis insidiatur.*

Insidiæ terrâ, mariq́; Rediens ex Sicilia Cicero, iter à Rhegio Romam usq;, terrâ facere veritus, propter Verris insidias Vibone (quæ est urbs in agro Brutico) Veliam Lucaniæ oppidum parvo navigio transiit. Sed his insidiis vitæ suæ factis, majores subjungit factas existimationi, & integritati suæ in ipso hoc judicio per pecunias. *Cùm: nunquam tamen:* eleganter & periodicè per has particulas duæ res disparatæ efferuntur.

Pertimui: Compositum pro verbo simplice.

Concursusq́: &c. Nam hoc tempore propter comitia, ludos & lustrum plebs etiam rustica magno numero Romam convenerat.

Enumeratio. *Incisa.* *Dissolutio.* fariæ, quas uno tempore mihi, M. Glabrioni Prætori, Sociis, exteris nationibus, Ordini, nomini denique Senatorio facere conatur. Qui ita dictitat, iis esse metuendum, qui, quod ipsis solis satis esset, surripuissent: se tantùm rapuisse, ut id multis satis esse possit. *Thesis.* *Allegoria.* Nihil esse tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ possit. Quòdsi, quàm audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset. Verùm hoc adhuc percommodè cadit, quòd cum incredibili ejus audacia singularis *Annominatio.* stultitia conjuncta est. Nam ut apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe

Mihi, Glabrioni &c. Prævaricationis præmia proponens.

Ordini, nomini Senatorio: Ut & ordo periclitetur, ne amittat judicia, & Senatorum nomen ac dignitas labem patiatur.

Qui ita dictitat: Introducit Verrem ea loquentem, quibus Judices meritò reddat offensos infensosq; Verri.

Nihil esse tam sanctum: in genere, sed tamen ordinatè ad judicium: judices jurati judicabant: ergo *Sanctum* hoc ipsis esse debebat. *Munitum* pertinet ad leges, quæ pœnam habent pro commisso. De eadem pecuniæ vi Virgilius: *quid non mortalia &c.* idem aliquando dixit Philippus Rex: *nullum esse oppidum tam munitum, quod expugnari non possit, modò asellus auro onustus posset in illud ascendere.*

Obscurus in agendo: Quòdsi cum audacia ad conandum, & tentandum aliquid posset jungere astutiam, ut non tam apertè ageret, sed suas actiones, suaq; facinora occultaret &c. *Per-*

ſpe corrumpendi judicii perſpicua ſua conſilia, conatusquè omnibus fecit. Semel, ait ſe in vita pertimuiſſe: tum, cùm primùm reus à me factus ſit: quòd, cùm è provincia recens eſſet, invidiaquè & infamia non recenti, ſed vetere ac diuturna flagraret, tum ad judicium corrumpendum tempus alienum offenderet. Itaq; cùm ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulaviſſem,

Metaphora. Antithesis.

Perſpicua ſua conſilia: Nimis apertè egit. Sicut apertè rapuit pecunias, ita & corruptionem judicum, quam ſperabat efficere, palam omnibus fecit ſtultitiâ ſuâ; aliqua enim latenter poſſe agere, ſapientis eſt, omnia per audaciam, & apertè, ſtulti eſt.

Reus à me factus: Tum cœpit timere, quando me vidit accuſatorem ſuum eſſe. Modus *Reum faciendi* apud Romanos hic erat: cùm in jus ventũ eſſet, dicebat e.g. Cicero: *Ajo te Siculos ſpoliâſſe.* Si tacuiſſet reus, lis ei æſtimabatur tanquam victo. Si negâſſet, petebatur à Magiſtratu dies & tempus inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio.

E Provincia recens: Recens quidem veniebat è provincia, ſed fama de ipſo jam diu erat peſſima. *Flagrare invidiâ, & infamiâ;* in odio, & peſſima fama eſſe.

Tempus alienum offenderet: Incidebat in tale tempus, quo Cicerone accuſante, & his judicibus, non ſperabat aptam eſſe occaſionem corrumpendi judicium. Ergo corrupit, & ſubornavit alium quempiam, qui interim judicium adornaret aliud in neſcio quem, & ſic præveniret Ciceronem, ut hujus accuſatio differri deberet uſq; in alterum annum, vel ſaltem hoc annò abſolvi non poſſet.

Diem, id eſt: *tempus:* In fœminino enim genere ſignificat plerumq; tempus: diem conſtantem 12. horis in maſculino genere efferimus. Petiit autem Cicero C. & X.

 ille

Consilia Verris detegit. Superioris enthymematis antecedens ulteriùs probatur.

vissem, invenit iste, qui sibi in Achajam biduo breviorem diem postularet: non ut idem conficeret diligentiâ & industriâ suâ, quod ego meo labore & vigiliis consecutus sum; etenim ille Achaicus inquisitor ne Brundisium quidem pervenit: ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obîi, ut omnium populorum, privatorumquê litteras, injuriasquê cognoscerem: ut perspicuum cuivis esse posset, hominem ab

ille alter à Verre suppositus C. & VIII. dies.

Invenit iste: Inquisitorem pecuniâ induxit,qui ut prior accusaret,breviorem,quàm Cicero diem sibi in Achajam postulavit.

In Achajam: Provincia Græca Romanis subjecta, quæ etiam dicta est Poloponnesus,nunc vulgò Morea,ab aliquibus Napolidi Romania.

Biduo breviorem: centum & octo dies.

Postularet: Ut ita mihi vel agendi loco adimeretur,vel si ille id, quod accidit, neminem accusaret, saltem mihi dies multos ad agendum inprimis appositos eriperet,dum illius ex Achaja reditus exspectaretur.

Non ut idem conficeret: non id ei propositum fuit,quod ego meo labore,meisq; vigiliis in Sicilia præstiti, ut in Achaja investigaret, & colligeret ea, quæ ad reum condemnandum pertinebant; non enim accusare quemquam voluit.

Achaicus inquisitor: Non certò constat,nec multùm interest,quis ille subornatus accusator fuerit; sicut neq; constat, quis ille reus fuerit; putant nonnulli reum fuisse Oppium Prætorem Achajæ, accusatorem Rupilium.

Ne Brundisiũ quidem: Urbs est Calabriæ ad mare Adriaticum sita, viâ Appiâ eouſq; perductâ, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tritissimus olim fuit in Græciam transitus.

Non

ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adduceret: sed qui meum tempus obsideret. Nunc homo audacissimus, atquè amentissimus hoc cogitat; intelligit me ita paratum, atquè instructum in judicium venire, ut non modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atquè flagitia defixurus sim. Videt Senatores multos esse testes audaciæ suæ: Videt multos Equites Romanos, frequentes prætereà Cives atque Socios, quibus ipse insignes injurias fecerit. Vidèt etiam tot tam graves ab amicissimis civitatibus legationes cum publicis auctoritatibus, ac te-

A causa finali. 3.

Distributio partium. Repetitio.

Non qui reum suum adduceret: Non qui revera accusare eum vellet, quem reum fecisset, & cujus causâ tempus illud in Achajam eundi postulâsset &c.

Sed meum tempus obsideret: Occuparet, præveniret, & sic me removeret, impediret, ne ego ad agendam causam possim accedere.

Nunc homo: Nunc idem Verres pecuniâ cogitat procellam temporis devitare, hoc est: in sequentem annum ad M. Metellum sui amantissimum, cui quæstio repetundarum obtinget, causam protrahere.

Audacissimus atq; amentissimus: Plus vitii est in amentia, & hinc subjungitur.

Tot, tam: Tot ad numerum: *tam* ad qualitatem & gravitatem eorũ, qui legati ad hoc judiciũ erant missi pertinet

Ab amicissimis civitatibus Legationes: Moris erat, ut decedentibus de provincia civitates ejus provinciæ Legationes decernerent, easq; Romam mitterent, ut, si bene functi essent Magistratu, testimonia laudis darent; sin malè, vituperarent, atq; in judicium postulato actore adducerent.

Cum publicis auctoritatibus: Publicis litteris, & testimoniis,

testimoniis convenisse. Quæ cùm ita sint, usquè eò de omnibus bonis malè existimat: usqué eò Senatoria judicia perdita, profligataquè esse arbitratur, ut hoc palàm dictitet, non sine causa se cupidum pecuniæ fuisse, quoniam tantum in pecunia præsidium experiatur esse: sese id, quod difficillimum fuerit, tempus ipsum emisse judicii sui, quò cætera faciliùs emere posset: ut, quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devi-

Geminatio.

Oratio Verris indirecta.

Metonymia.

Disjunctio.

Metaphora.

niis, ac decretis Municipiorum. Decreta enim Senatûs sæpé apud Romanos *authoritates* dicuntur.

Perdita: Hoc est nulla; *profligata*: violata; omni æquitate, auctoritateq; destituta, in odium & invidiam adducit Verrem apud judices & Senatores, quòd ita malè de ipsis sentiat.

Tempus ipsum emisse judicii: Pecuniâ effecisse, ut causam nonnisi annô insequente diceret; quo annô, & ab hoc Prætore, & à M. Glabrione, & à magna parte horum judicum ad Prætorem alium, judicesq; alios veniret. Quotannis enim legebantur alii Judices.

Quò cætera faciliùs: Judices emeret ipsos, qui tunc futuri erant. *Faciliùs:* annô sequenti, quòd hoc annô tali Prætore, tali Consilio non modò difficilius esset, verùm etiam fieri nullo modo posse videretur.

Vim criminum: Magna crimina, quæ à me proferentur.

Procellam temporis: Translatiò à navigantibus, qui, si infestum aliquem, & periculosum locum adituri sunt, eoq; ipso tempore procella aliqua impendere videatur, eam student devitare, vel exspectando in loco tuto, vel properando, ut ad alium deveniant.

Quòd-

devitaret. Quòd si non modò in causa, verùm in aliquo honesto præsidio, aut alicujus eloquentia, aut gratia spem aliquam collocâsset, profectò non hæc omnia colligeret, atquè aucuparetur: non usquè eo despiceret, contemneretquè Ordinem Senatorium, ut arbitratu ejus deligeretur ex Senatu, qui reus fieret: qui, dum hic, quæ opus essent, compararet, causam intereà ante eum diceret. Quibus ego rebus quid iste speret, & quò animum intendat, facilè perspicio. Quamobrem verò se confidat aliquid perficere posse, hoc Glabrione Prætore, & hoc Consilio, intelligere non possum. Unum illud intelli-

Metaphora.
Synonyma.

Causa finalis.

Quòd si non modò: Non modò est idem, ac *non dico*, id est: si, non dico, in causæ suæ bonitate confisus esset, verùm si profiteretur quidem se crimina commisisse: speraret autem vel per defensionem Patronorum, vel per suæ vitæ pristinæ merita, posse se liberari, tunc hoc non ageret, ut alium interim reum substitueret, ut pecuniis vellet corrumpere &c.

Accuparetur: Captaret.

Despiceret, contemneretq;: Despicimus vultu, contemnimus animo.

Quibus ego rebus: Qua comperendinatione, & procrastinatione, ut velit protrahere tempus, dum ipse cuncta pararet, largitione, & promissis sibi adjungeret judices, atq; amicos faceret &c.

Perficere hoc Prætore: Artificiosa laudatio Glabrionis, & judicum, qua sibi benevolentiam illorum conciliat, cùm eos minimè corrumpendos significat.

Popu-

ligo, quod populus Romanus in rejectione judicum judicavit, ea spe istum fuisse præditum, ut omnem rationem salutis in pecunia poneret; hoc erepto præsidio, ut nullam sibi rem adjumento
4. fore arbitraretur. Etenim, quod est ingenium tantum, quæ tanta facultas dicendi, & copia, quæ istius vitam, tot vitiis, flagitiisquè convictam, jam pridem

Populus Romanus: Ex moribus, aut fama judicum illorum, quos aut rejiciebant, aut retinebant, populus conjecturam facere potuit, & judicare, quis causæ suæ confideret, vel quis corrumpere Judices speraret.

In rejectione judicum: Rejectio judicum consveta erat, & licita apud Romanos. Postquam enim Prætor, aut judex quæstionis in urnam conjecit omnium eorum judicum nomina, qui ad judicia ejus anni secundùm legem fuerunt delecti, ac sorte eum numerum eduxit, quem lex pro certis causis præscribebat; tum fiebat potestas reo, & accusatori rejiciendi, quos sibi parum idoneos putarent. In horum rejectorum locum Prætor deinde, sive judex quæstionis alios subsortiebatur, & dicebatur *subsortitio judicum.*

Hoc erepto præsidio &c. Hac occasione sibi sternit viam ad novam argumentationem: in pecunia sola sperat; in aliis enim rebus, & in sua innocentia confidere non potest. Consideretur enim vita ipsius &c.

Etenim quod est: Probatio & amplificatio argumenti, quòd non in honesto aliquo præsidio speret, sed in sola pecunia, quia nemo poterit vitam ejus sceleratam defendere. Vitam sceleratam amplificat ab effectis per enumerationem partium & officiorum, quæ gessit. Adhibet figuram interrogationis, prætéritionis, repetitionis, *cujus quæstura, cujus Legatio, cujus Prætura urbana &c.*

Omni-

dem omnium voluntate, judicioque damnatam aliqua ex parte possit defendere? Cujus, ut adolescentiae maculas, ignominiasq; praeteream: Quaestura, primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum à Quaestore suo pecuniâ publicâ? nudatum, & proditum consulem? desertum exercitum? relictam provinciam? Sortis necessitudinem, religionemque violatam? Cujus Legatio exitium fuit Asiae totius, & Pamphiliae. Qui-

Repetitio. Praeteritio. Enumeratio partium. Quaestura. Congeries effectorum.

2. Legatio. Hyperbole.

Omnium voluntate, judicioq;: Quam omnes jam damnatam esse vellent, & damnandam esse judicant.

Adolescentiae maculas, ignominiasq;: Quae leviora sunt, aut etiam ignorantur, ea fingit Orator à se praeteriri. Turpem adolescentiam, adolescentiae maculas: reduplicatio substantivi observanda pro elegantia dictionis.

Quaestura primus gradus honoris: Principium Magistratuum gerendorum, & administrandae reipublicae sumebatur ab officio Quaestoris.

Cn. Carbonem spoliatum: Cn. Carbonis Quaestor abhinc annos ferè quatuordecim fuerat Verres, quem, cùm bella gereret Marianae partis Dux, Verres deseruit Arimini, & spoliavit pecuniâ publicâ, pecuniam nempe exercitûs ex aerario sumpsit, & ad Syllam proditor partium Marianarũ transivit: hoc scel9 amplificatur ab adjunctis rei: quòd Quaestor Consulem, necessitudine sibi tam conjunctum, totum exercitum, totam provinciam Galliae deseruerit, prodiderit &c.

Cujus Legatio: Describit crimina, tempore, quo Verres Dolabellae Legatum agebat, perpetrata. Tria Legatorum genera erant apud Romanos. 1. Alios Imperator belli sibi ipse legebat, quasi muneris sui vicarios. 2. Alii mittebantur à Senatu, qui vel exercitũ inspicerent, vel Impe-

Dissolutio. Incisa. Quibus in provinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculatus est, cùm in C. Delabellam scelus suum illud pristinum renovavit, & instauravit Quæstorium: cùm eum, cui Legatus, & pro Quæstore fuisset, & in

Polysyndeton. invidiam suis maleficiis adduxit, & in ipsis periculis non solùm deseruit, sed etiam oppugnavit, ac prodidit. Cujus Prætura urbana ædium sacrarum

3. Prætura Urbana. fuit, publicorumquè operum depopulatio: simul in jure dicundo bonorum

pos-

Imperatorem auctoritate Senatûs in officio continerent, rescriberentq; quo pacto se erga milites, socios & Provinciales gereret Imperator. Tertium Legatorum genus fuit, qui post victoriam de pacis conditionibus agerent, resq; componerent.

Depeculatus est: Spoliavit, compilavit.

Scelus suum illud pristinum &c. Sicut egit cum Carbone, cujus Quæstor fuit, ita egit cum Dolabella. Sicut Quæstor dum esset, prodidit suum Consulem, ita prodidit Dolabellam, cujus Legatus,& Proquæstor fuit. Proditor enim fuit Dolabellæ, cùm hic accusaretur, testimonium contra eum dicendo.

Pro Quæstore: Vicario Quæstoris: locô Quæstoris.

Ædium Sacrarum, publicorumq; operum: Hæc pertinebant ad curam Prætoris urbani, quæ tamen Verres non tantùm neglexit, sed spoliavit.

In jure dicundo: Cùm pro officio Prætoris deberet judicare, & juxta jus decernere.

Bonorum: Addici bona dicuntur, quando ea Prætor alteri adjudicat.

Con-

possessionumquè, contra omnium instituta, addictio & condonatio. Jam verò omnium vitiorum suorum plurima & maxima constituit monumenta & indicia in provincia Sicilia: quam iste per triennium ita vexavit, ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit: vix autem per multos annos, innocentesquè Prætores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur. Hoc Prætore Siculi, nequè suas leges, nequè nostra Senatûsconsulta, nequê communia jura tenuerunt. Tan-

PræturaSiciliensis.

Hyperbole.

Repetitio. Similiter cadentia.

Contra omnium instituta: Contra leges & decreta, quomodo causæ essent decidendæ.

Addictio & condonatio: Cùm Prætor esset, multa bona & possessiones addixit, sive adjudicavit iis, quib9 non debebat juxta instituta & leges, tradidit nempe, quibus voluit, non pro jure, sed suo imperio. *Condonavit possessiones*, ut possent retinere, etsi alii jure peterent alterum à possessione deturbari.

Jam verò: Transitio elegans ad præcipuum punctum; priora enim officia tantùm obiter vult perstringere; sed in Prætura Siciliæ facit auxesin majorem. Hic etiam variat figuram, ne prior ille modus longior sit.

Monumenta & indicia: omnia monumēta dicuntur, quæ faciunt alicujus rei recordationem.

Aliqua ex parte recreari: Tantùm læsit unius improbitas, ut vix per multos justos, & bonos Prætores aliqua ex parte sanari possit Sicilia.

Neq; suas leges: Leges proprias Provinciæ.

Neq; nostra Senatûsconsulta: ea decreta, quæ Senatus Romanus ad Siculos miserat.

Neq; communia jura tenuerunt: Neq; jura naturalia, & communia omnium gentium opem ullam Siculis attulerunt.

Impru-

5\. *Enumeratio per dissolutionem, Similiter cadentia, Desinentia & disjunctionem.*

Tantùm quisquè habet in Sicilia, quantum hominis avarissimi, & libidinosissimi aut imprudentiam subterfugit, aut satietati superfuit. Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius judicata est: nulla res tam patria cujusquam, atquè avita fuit, quæ non ab eo imperio istius adjudicaretur. Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis, novo nefarioquè instituto coactæ: Socii fidelissimi in hostium numero existimati:

Imprudentiam subterfugit: Ea, quæ Siculis relicta sunt, vel per imprudentiam non scivit Verres, vel præ aliarum rerum abundantia rapere non potuit.

Ad nutum istius: Prætor ipse non judicabat, sed recuperatores,hoc est,judices dabat,& constituebat,qui judicarent. Hi verò recuperatores ad nutum & voluntatem Verris, non ad leges justitiæ judicârunt.

Tam patria & avita: tam antiqua,& à majoribus relicta: charissima autem habentur, quæ à majoribus relicta habemus: ea ergo abjudicari, nobis eripi, & adjudicari aliis, maximè dolemus.

Innumerabiles pecuniæ &c. Hæc sunt capita sequentium librorum accusationis in Verrem,quæ hic summatim attinguntur.

Ex aratorum bonis: ii, qui agros habebant, frumenti decimam populo Romano dederunt. Hos non unâ atq;alterâ, sed tribus amplis decimis per mancipes à se subornatos,id est: publicanos, (de quibus in priore oratione ubi & qui decumani vocentur) Verres exhausit. In oratione frumentaria hæc scelera describuntur sigillatim.

Novo instituto: Invento.

Socii fidelissimi: Observa in hoc contextu, quoties ad auxesin simul & numerum adhibeantur superlativi,

Ci-

ri: Cives Romani servilem in modum cruciati, & necati: homines nocentissimi propter pecunias judicio liberati: honestissimi, atq; integerrimi absentes rei facti, indictâ causâ damnati, & ejecti: portus munitissimi, maximæ tutissimæquè urbes piratis, prædonibusquè patefactæ: nautæ, militesquè Siculorum, Socii nostri, atquè amici fame necati: classes optimæ, atquè opportunissimæ cum magna ignominia populi Romani amissæ, atquè perditæ. Idem iste Prætor monumenta antiquissima partim Regum locupletissimorum, quæ illi ornamento urbibus esse voluerunt,

Cives Romani &c. Hæc crimina enumerat in oratione Verrina VII. *de suppliciis.* Habebant autem cives Romani leges & privilegia, quibus etiam rei à certis suppliciis eximebantur: ne quis Magistratus civem Romanum virgis cæderet, necaretvè, sed damnato exilium permitteret, cùm aliàs nudorum cervix insereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur: neq; licebat civem Romanum in crucem tollere, aut securi percutere, aut in latomias conjicere.

Maximæ, tutissimæq; Urbes: præcipuè Syracusanam significat; nam naves minùs instructas Verres contra Piratas misit. Ideòq; piratæ victores, naves usq; ad portum Syracusanum prosecuti sunt; ibiq; classem populi R. incenderunt

Idem iste Prætor &c. Describuntur hæc in oratione de Signis.

Monumenta: Statuas & imagines.

Regum locupletissimorum: Hieronem, Agathoclem, Dionysium, Falarim significat, qui Reges erant Siculorũ, antequam Sicilia à Romanis in provinciam redacta est.

runt, partim etiam noſtrorum Imperatorum, quæ victores civitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, ſpoliavit, nudavitquè omnia. Nequè hoc ſolùm in ſtatuis, ornamentisqué publicis fecit: ſed etiam delubra omnia ſanctiſſimis religionibus conſecrata depeculatus eſt: Deum deniquè nullum Siculis, qui ei paulò magìs affabrè, atquè antiquô artificiô factus videretur, reliquit. In ſtupris verò, & flagitiis nefarias ejus libidines commemorare pudore deterreor. Simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos, conjugesquè ſuas integras ab iſtius petulantia conſervare non licitum eſt. At enim hæc ita commiſſa ſunt

Præteritio ob modeſtiam.

Prolepſis.

Aut dederunt, aut reddiderunt: Imperatores Romani aliqua Siculis civitatibus monumenta dederunt, donaverunt; alia victis erepta, rurſum reſtituerunt. M. Marcellus Conſul teſte Livio, *ornamenta, ſigna urbis, tabulasq;*, quibus abundabat Syracuſæ, Romam devexit. Scipio reddidit Africanus, quia, quæ Afri rapuerunt ex Sicilia, poſt victoriam erepta reddidit.

Depeculatus eſt: Peculatus eſt crimen furti, quo pecunia publica, vel ærarii, vel fiſci ſubtrahitur, quam in templis ſæpè deponebant Romani.

Deum deniq; nullum: Sicut in priore oratione dixit: ſeſe jam ne Deos quidem in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere; nimirum ſtatuam nullã, vel imaginem Dei.

Affabrè: Eleganter.

Liberos: Pro filiabus.

At enim: Formula occupationis per ironiam: At fortè hæc occulta ſunt, itaq; negari poſſunt; adeoq; ſuam inno-

ſunt ab iſto, ut non cognita ſint ab omnibus. Hominem eſſe arbitror neminem, qui nomen iſtius audierit, quin facta quoq; ejus nefaria commemorare poſſit: ut mihi magis timendum ſit, ne multa crimina prætermittere, quàm ne qua in iſtum fingere exiſtimer. Neque enim mihi videtur hæc multitudo, quæ ad audiendum convenit, cognoſcere ex me cauſam voluiſſe: ſed ea, quæ ſcit, mecum recognoſcere. Quæ cùm ita ſint, iſte homo amens ac perditus alia mecum ratione pugnat; non agit, ut alicujus eloquentiam mihi opponat: non gratiâ, non auctoritate cujusquam, non

Teſtimonium publicū.

Paronomaſia.

6.
Concluſio argumenti.

nocentiam poterit Verres obtendere, in hac confidere; ut maneat in argumentatione incepta: ſed ſciunt omnes, A cōmuni fama probat eum non poſſe obtendere innocētiā.

Cognoſcere: ſolemꝰ nova, *recognoſcere* vetera, quæ jam ſcimus.

Quæ cùm ita ſint: Complexio & iteratio factæ propoſitionis; nimirum: ergo non poteſt confidere in præſidio honeſto ſuæ integritatis. Bene fit, ſi argumento longiùs tractato, propoſitio per concluſionem iteratur, tum ad majorem claritatem, tum ad efficaciam.

Alia mecum ratione: Ergo alibi ſpem ſuam ponit Verres, & hanc longiore narratione exponit, ſimul quàm vana ſit, demonſtrat Cicero.

Ut alicujus eloquentiam: Ut per aliquem Oratorem ſolidè, verèq; poſſit defendi.

Non gratiâ, non auctoritate: Uti etiam ſuprà dixit in antecedente, non in aliquo honeſto præſidio, non in gratia, nimirum quòd ita bene meritus ſit, ut per hoc abſolvi mereatur; non hominum bonorum favore, ſed in iis nobilibus, qui inane nomen habent ſine virtute.

non potentiâ nititur. Simulat his se rebus confidere: sed video, quid agat, neque enim agit occultissimè, proponit inania mihi nobilitatis, hoc est: hominum arrogantium nomina: qui non tam me impediunt, quòd nobiles sunt, quàm adjuvant, quòd noti sunt. Simulat se eorum præsidio confidere, cùm intereâ aliud quiddam jam diu machinetur. Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breviter jam, Judices, exponam. Sed priùs, ut ab initio res ab eo constituta sit, quæso, cognoscite. Primùm, ut è Provincia rediit, redemptio est hujus judicii facta gran-

Antithesis.

Narratio.

Simulat his se rebus: Ille quidem hoc præsefert, sed fictè; proponit quidem hos & illos nobiles sibi patrocinaturos, atq; in his se confidere, sed interim aliud machinatur, nempe comperendinationem judicii.

Inania nomina: Hominum grandium, & arrogantium titulos &c. Fautores Verris intelligit, qui erant, Hortensius ejus Patronus, Consul designatus, tres Metelli, Quintus Metellus etiam Consul designatus, Marcus Metellus prætor designatus; Lucius M. Siciliæ Prætor; item Curio Consularis &c. Scipiones ferè omnes propter gentilitatem; erat enim Verres Corneliæ gentis.

Quòd noti sunt: id est: infames.

Redemptio est hujus judicii facta: Instituitur narratio, de spe, quam habuit Verres, corrumpendi judicii. *Redemptionem judicii* fecit, id est: Verres dedit negotium corrumpendi peritis hominibus, qui sibi judices emerent. *Redimere* hic significat idem ac *conducere*, aliquid certo pretio faciendum suscipere, qui certo pretio aliquod opus conficiendum suscipit & in suum periculum conducit. *Redemptor* dicitur, & qui locat, *venditor*.

grandi pecuniâ; ea manſit in conditione atq; pacto uſq; ad eum finem, dum Judices rejecti ſunt. Poſteaquam rejectio judicum facta eſt: quòd & in ſortitione iſtius ſpem fortuna populi Romani, & in rejiciendis judicibus mea diligentia iſtorum imprudentiam vicerat, renuntiata eſt tota conductio. Præclarè ſe res habebat. Libelli nominum veſtrorum, conſiliiq; hujus in manibus

Ea manſit in conditione, atq; pacto: De pacto, & promiſſione corrumpendorum judicum non eſt receſſum. Sed, poſtquam rejecti ſunt judices, diſplicuit totum negotium redemptoribus, & reſiluerunt à conditione ac pacto. Conditio & pactum erat, ut ſi non corruperimus, inquiebant redemptores, eandem pecuniā, aut ampliorē recipias.

Rejectio judicum: Poſtquam nempe ſelecti ſunt judices, & ex utraq; parte aliqui, ſicut licitum erat, rejecti ab officio judicis. De rejectione judicum jam dixi ſuprà.

In ſortitione: Primò Judices à Magiſtratu ex ſingulis decuriis ſorte educebantur, tum rejiciebantur aliqui ex utraq; parte; quòd ergo plurimi boni judices per ſortem primò educti ſint, fortuna fecit populi Romani, tribuendumq; felicitati Reipublicæ, quam ſingulariter curant Dii.

In rejiciendis judicibus; Ut ſeveri & juſti non rejiciantur, mea effecit induſtria, & prudentia contra aliorum imprudentiam.

Renuntiata eſt tota conductio: Renuntiatio dicitur recuſatio ejus rei, quæ in pactum & promiſſionem venerat.

Conductio: Redemptio, & pactum corrumpendi.

Præclarè ſe res &c. Bene, commodè.

Libelli nominum veſtrorum: Moris erat, ut ſelectos, & approbatos judices, ſuis quoſq; nominibus, ſcriberent primùm in albo, inde transſcriberent in libellos; libellos diſtribuerent in multos judiciis præſentes, ne quis alius Judex ſe immiſcere auderet, ne qui pro ſelectis judicibꝰ ſup-

Traductio. bus erant omnium. Nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis allini posse; cùm iste repentè ex alacri atque læto sic erat humilis atquè demissus, ut non modò populo Rom. sed etiam sibi ipse condemnatus videretur. Ecce autem repentè, his diebus paucis, Comitiis Consularibus factis, eadem illa vetera consilia pecunia majore repetuntur, eædemquè vestræ famæ, fortunisq; omnium insidiæ per eosdem homines comparantur. Quæ res

Antitheta.

suppositi, uti in multitudine fieri poterat, corruptè judicarent.

Nulla nota, nullus color &c. Horum selectorum judicũ sententiæ, suffragia, tabellæ non videbantur posse corrumpi, vel discolore cera, vel lituris, vel alio modo. Ante chartarum usum veteres utebantur tabellis ligneis; tabellas autem cerâ sic allinebant, ut facilè notas stylo impressas admitterent, possentq; etiam facilè deleri litteræ; habebant quoq; tabellæ judicum ceram coloris certi; quem colorem nonnunquam mutabant, qui corrupti fidem judicis, ei, qui corruperat, ostendere volebant.

Alacri atq; læto: Alacritas est corporis, cui opponitur *Humilitas: Lætus* est, qui exultat animô, cui opponitur *demissus*.

Comitiis Consularibus: Quibus Verris Patronus Q. Hortensius, & Q. Metellus, Consules designati fuerunt. Comitia erant Conventus populi, & ea dicebantur Consularia, in quibus eligebantur Consules. Erant *Comitia Curiata*, hoc est: ex Curiis, quas Romulus ex tribubus divisas in decem partes, ob curam reipublicæ habendam dictas Curias, constituit; quæ deinde ad suffragium dandum secundùm censum & ætatem curiatim evocabantur. *Centuriata* comitia erant, cùm centuriatim, seu per

res primò Judices, pertenui nobis argumento, indicioquè patefacta est: pòst aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine ullo errore pervenimus. Nam ut Hortensius Cos. designatus domum reducebatur è campo cum maxima frequentia, ac multitudine, fit obviam casu ei multitudini C. Curio, quem ego hominem honoris potiùs, quàm contumeliæ causâ nominatum volo. Etenim ea dicam, quæ ille, si commemorari noluisset, non tanto in conventu tam apertè palamquè dixisset. Quæ tamen à me pedetentim, cau-

Allegoria.

7.

Præmunitio.

per singulas centurias suffragatio fiebat, & quidem in Campo Martio extra urbem.

Primò & primùm hoc ferme differunt, quòd *primùm* ad ordinem rerum pertinet, *primò* ad tempus.

Pertenui argumento: Primò res veluti per rimam visa est, deinde apertâ totâ januâ: allegoria.

Hortens: Cos: Abbreviatio Romana, pro *Consul.* Coss: significat *Consules.*

Designatus: Consules,& Prætores etiamsi designati & electi essent, non statim inibant Magistratum,nisi in interregno, aut in locum mortui creati essent. Designabantur e. g. ad finem mensis Julii, & posteà 5. menses privati manebant; quo temporis spatio in designatos inquirebatur per competitores, aut alios, an essent rei ambitûs &c.

C. Curio: Pater ejus, qui Cæsaris partes civili bello defendens in Africa periit. De hoc dicturus rem non adeò honorificam, modestè priùs videtur veniam petere, eum honoris, non contumeliæ causâ appellando.

Pedetentim: Sensim, & paulatim; propriè sic dicimus, quando per loca lubrica incedentes tentamus, utrùm sit firmus incessus, suspenso pede. G4 *For-*

cautèquè dicentur, ut & amicitiæ nostræ, & dignitatis illius habita ratio esse intelligatur. Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Verrem, appellat hominem, & ei voce maxima gratulatur: ipsi Hortensio, qui Consul erat factus, propinquis, necessariisquè ejus, qui tum aderant, verbum nullum facit: cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc jubet sine cura esse. Renuntio, inquit, tibi, te hodiernis Comitiis esse absolutum. Quod cùm tam multi homines honestissimi audîssent, statim ad me defertur: imò verò, ut quisquè me vide-

Mimêsis, & Ethopopœia.

Fornicem Fabianum: Veteres fornicem, quem nos nunc dicimus arcum triumphalem, appellabant. Monumentum esse solebat rerum in bello præclarè gestarũ. Vicerat autem Fabius Allobroges, è quibus spolia ad columnas, quæ arcum sustinebant, affixerat. Fabiorum erat nobilissima gens, & patritia, ab Hercule deducens genus; cognomen, ut putant, à Faba, quia Fabam optimè ferebat. Primus hic à victis Allobrogibus dictus est Allobrox; ex hoc descendit Fabius ille Maximus, qui Dictator adversùs Hannibalem creatus, cunctabundâ quadam prudentiâ rem Romanam aliorum Imperatorum temeritate labefactatam restituit; inde Cunctator dictus, de quo ex Ennio Virgilius: *Tu Maximus ille es &c. Unus qui nobis cunctando restituis rem.*

In turba: Quæ Hortensium è campo domũ reducebat.

Renuntio: Propriè, refero & tibi significo, quid in his comitiis sit actum. Spera jam certam absolutionem, quia Patronus tuus Consul est factus. Est mimêsis, sive imitatio locutionis, quâ Curio gaudens Verri gratulatus est.

Quòd cum tam multi &c. Argumentum à testimonio, & communi rumore.

In

viderat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. Ridiculum iis, qui istius causam in testium fide, in criminum ratione, in judicum potestate, non in comitiis Consularibus positam arbitrabantur: indignum his, qui altiùs perspiciebant, & hanc gratulationem ad judicium corrumpendum spectare arbitrabantur. Etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi homines inter se, & mecum loquebantur: apertè jam, ac perspicuè nulla esse judicia; qui reus pridie jam ipse se condemnatum putabat, is, posteaquam defensor ejus Consul est factus, absolvitur. Quid igitur? quòd tota Sicilia, quòd omnes Siculi, omnes negotiatores, omnes publicæ, privatæquè litteræ Romæ sunt, nihilne id valebit? Nihil, invito Consule designato. Quid Judices? non crimina, non testes, non exi-

Distributio.

Compar. Similiter cadentia.

Prosopopœia. Sermocinatio.

Prolepsis. Repetitio. Interrogatio & Subjectio.

In testium fide: Elegantiùs, quàm per unum, & simplex substantivum, *in testibus, in criminibus, in judiciis*. Appone substantivis adjectivum, & illud ipsum dein adjectivũ verte in substantivum, & habebis dictionem gravem similem huic.

Qui altiùs perspiciebant: Rem interiùs, meliùsq; considerabant.

Apertè nulla esse judicia: Clarum esse, quòd judicia sint, tanquam non essent, adeoq; nulla.

Omnes Siculi, omnes negotiatores: Non enim Siculi soli, sed etiam Romani homines, qui in Sicilia negotiabantur, Verrem accusabant.

Non crimina, non testes: Servat tres suprà enumeratas par-

existimationem populi Romani sequentur? Non. Omnia in unius potestate, ac moderatione vertentur. Verè loquar, Judices, vehementer me hæc res commovebat. Optimus enim quisquè ità loquebatur: Iste quidem tibi eripietur: sed nos non tenebimus judicia diutiùs. Etenim quis poterit, Verre absoluto, de transferendis judiciis recusare? Erat omnibus molestum; nequè eos tam istius hominis perditi subita lætitia, quàm hominis amplissimi nova gratulatio commovebat. Cupiebam dissimulare, me id molestè ferre. Cupiebam animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare. Ecce autem illis ipsis

8. (margin)

Synonymia, sed expolita, & rem explicans.

partes, & pro majore contentione, & efficacia figuram repetitionis, & anaphoræ aliquoties in hoc contextu adhibet: *in testium fide, in criminum &c. quòd tota Sicilia, quòd Siculi &c. non crimina, non testes &c.* ergo ne judiciũ fiet non juxta crimina, non juxta testes, non juxta dignitatem populi Rom. qui ante hac laude justitiæ floruit?

In unius potestate: Hortensii scilicet, qui omnia moderabitur, gubernabit.

Non tenebimus judicia: In persona bonorum, & Senatorum loquitur; molliùs scilicet, quàm si populares fingeret dicentes. Sic ergo loquuntur Senatores: non tenebimus judicia, transferentur hæc à nobis &c.

Neq; eos: Senatores non tam movebat, & in dolorem dabat spes Verris, quia sperabat se absolvendum, quàm gratulatio tam insolita Curionis, quem adhuc semel honoris causâ, & cum titulo hominis amplissimi compellat.

Ecce autem: Cùm Metellus sorte destinatus esset, ut esset Quæsitor sive Judex in causis repetundarum, altera gratu-

ipsis diebus, cùm Praetores designati sortirentur, & M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis quaereret, nuntiatur mihi, tantam isti gratulationem esse factam, ut is quoquè domum pueros mitteret, qui uxori suae nuntiarent. Sanè ne haec quidem res mihi placebat: nequè tamen quid tantopere in hac sorte metuendum mihi esset, intelligebam. Unum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebam, fiscos complures cum pecunia

gratulatio facta est Verri, quòd aliter, & magnus ipsius Patronus, ac fautor haberet potestatem judicandi in iis judiciis, ad quæ pertinebat etiam causa Verris.

Cùm Prætores designati sortirentur: Præter urbis Prætorem, qui juri dicundo tantùm præerat, alii Prætores creati sunt,qui de quæstionibus capitalibus, legum præscripto, & imperio cognoscebant.*Designati* autem, antequam Magistratum inirent, *sortiri* inter se solebant,quis judicio de pecuniis repetundis, quis de ambitu, quis de veneficiis,quis aliis deniq; quæstionibus præfuturus esset &c. ergo Metello Verris amico sors obtigit, ut præsit judicio de repetundis.Non erat igitur Metellus urbis Prætor, sed Quæsitor.

Tantam isti gratulationem: Isti, nempe Verri; ut Verres propterea miserit ad conjugem suam nuntios, qui confirmatæ spei eam facerent certiorem.

In hac sorte: M.Metelli, cùm is non hoc annô,sed sequenti Quæsitor futurus esset de repetundis.

Unum illud: Describitur Verris consilium, quo Ciceronem Ædilis officio dejicere conatus est; & hoc Ciceronem aliquantùm reddidit solicitum,cùm simul accusaret, & peteret Ædilitatem, adeoq; in duplici arena deberet comparere.

Fiscos complures: Fisci, fiscinæ, Fiscellæ, spartea sunt uten-

cunia Siciliensi à quodam Senatore ad Equitem Romanum esse translatos: ex his quasi X. Fiscos ad Senatorem illum relictos esse comitiorum meorum nomine: divisores omnium tribuum noctu ad istum vocatos. Ex quibus quidam,

utensilia ad majoris summæ pecunias capiendas, sicut ad minoris summæ sunt crumenæ, marsupia, sacci &c. Itaq; Verres multos tales fiscos, pecuniâ Siciliensi plenos, prædam nimirum ex Siciliæ furtis, & rapinis collectam, transferri curavit ad Equitem quendam Romanum. Ita Fiscus hic accipitur in sensu proprio; translatum hoc dein nomen est ad significationem ærarii, vel pecuniæ publicæ, quia pecunia publica magna est, fiscus autem non exiguam aliquam, sed magnam pecuniam comprehendit; & ætate quidem Ciceronis, ærarii, & fisci nulla erat diversitas; postmodùm Ærarium dictum est pecunia populi, Fiscus Principis.

Comitiorum meorum nomine: Post Consularia, & Prætoria Comitia, erant Ædilitia, in quibus Cicero Ædilitatem petebat, ergo hæc sua vocabat Comitia, & ut suis his in Comitiis ædilitatem non obtineret Cicero, X. Fiscos apud Senatorem reliquit Verres, ut hæc pecunia serviret ad eos corrumpendos, qui Ciceroni adversarentur; reliqua pecunia tota pertinebat ad corrumpendum judicium.

Divisores omnium tribuum: Ad hunc Senatorem vocati sunt noctu Divisores, qui accipiant X. Fiscos illos, & deinde inter tribus dividãt, ut hac largitione corruptæ faveant Verri contra Ciceronem, qui ædilitatem petebat.

Divisores autem erant pro singulis tribubus illi, per quos, qui largitionem in populum facere volebant, dividebant pecuniam in singulos cives cujuslibet tribûs; & quandoquidem hoc genus hominum sæpè corruptionibus serviebat, ideò divisorum nomen contumeliosum esse cœpit, atq; adeò benè dicunt, qui discrimen faciunt inter

Di-

dam, qui se omnia meâ causâ debere arbitrabatur, eadem illa nocte ad me venit. Demonstrat, qua iste oratione usus esset: commemorâsse istum, quàm liberaliter eos tractâsset etiam anteà, cùm ipse Præturam petîsset, & proximis consularibus, Prætoriisquè Comitiis: deinde continuò esse pollicitum, quantam vellent, pecuniam, si me Ædilitate dejecissent. Hìc alios negâsse audere, alios respondisse, non putare id perfici posse: inventum tamen esse fortem amicum, ex eadem familia Q.

Mimèsis sive prosopopœia & introductio loquentis Verris ad divisores.

Divisores, & *Diribitores:* Erant *Diribitores*, qui in Comitiis tabellas pro sententiis populo per centurias distribuebant.

Quidam, qui se omnia meâ causâ &c. Aliquis mihi addictus, qui existimabat se amicitiæ causâ obligatum, ut mihi proderet rem illam secretò actam.

Demonstrat, qua iste Oratione usus esset: Ille mihi refert, quid locutus sit Verres ad Divisores; nimirum recordentur, quâm liberalis in ipsos jam antè fuerit, cùm Præturam urbanam petîsset; item cùm in Comitiis consularibus Hortensius, & Q. Metellus consules fierent, quàm rursus magnam in ipsos expenderit summam, etiam in Prætoriis Comitiis, cùm alter Metellus, Marcus nempe, suâ pecuniâ Prætor designaretur; se insuper nunc daturum: quantum vellent, modò Ciceronem Ædilitate dejicerent.

Negâsse audere: Dicebant aliqui, se non audere; alii non posse fieri. Unus promisit sub conditione maximæ summæ præstandæ.

Fortem amicum: Hoc est: audacem, qui negotium auderet suscipere; Q. Verres vocabatur.

Ver-

Q. Verrem Romilia, ex optima diviforum difciplina, Patris iftius difcipulum, atquè amicum, qui H. S. quin-
Ironia. gentis millibus depofitis, id fe perfecturum polliceretur: & fuiffe tamen nonnullos, qui fe unà facturos effe dicerent. Quæ cùm ita effent, fanè benevolo animo me, ut magnopere caverem, præmonebat. Solicitabar rebus maximis uno, atquè eo perexiguo tem-
9. pore. Urgebant Comitia: & his ipfis oppugnabar grandi pecuniâ. Inftabat ju-

Verrem Romilia: Subintellige, ex tribu Romilia; fic alibi L. Claudium Palatina, ex tribu Palatina. Tribus urbanæ, rufticæq; erant XXXV. fingulæ fub certis nominibꝰ. Quòdfi Civis aliquis Romanus oftendendus effet, fignificabatur aut à prænomine, aut à nomine, & cognòmine, aut à cognatione, aut à tribu, in qua cenfebatur, aut à curia, aut à cenfu, fi erat Senator, vel Eques Romanus.

Ex optima di-viforum difciplina: ironicè; nam quod fupra dixi, contumeliofum effe cœperat nomen Diviforum, quia fæpè corruptionibus ferviebant; etfi per fe effent tales largitiones interdum honeftæ, & permiffu legum fieri potuerint.

Patris iftius difcipulum, atq; amicum: Nempe à Verre didicerat nummos populo etiam contra leges dividere. Verris patrem, diviforem alibi vocat.

H.S. quingentis millibus: Coronatorum, feu ut alii Scutatorum millibus duodecim, & quingentis. Scutatus pecunia Italis ita dicta, ad duos florenos, & aliquid ampliùs fe extendit, uti & Coronatus.

Solicitabar rebus maximis: In uno & brevi tempore urgebant me negotia graviffima; fimul concurrebat tempus petendi ædilitatem, & accufandi Verrem, res utraquê graviffima. Obferva dictiones exquifitas; *Urgebant Comi-*

judicium: ei quoquè negotio fiſci Sicilienſes minabantur. Agere, quæ ad judicium pertinebant, liberè, Comitiorum metu deterrebar: petitioni toto animo ſervire propter judicium non licebat: minari deniquè diviſoribus ratio non erat, propterea, quòd eos intelligere videbam, me hoc judicio diſtrictum, atquè obligatum futurum. Atquè hoc ipſo tempore Siculis denuntiatum eſſe audio primùm ab Hortenſio, domum ad illum ut venirent: Siculos ſanè in eo liberos fuiſſe, qui quamobrem arceſſerentur, cùm intelligerent, non veniſſent. In-

Metaphora.
Dubitatio.
Subjectio.

Comitia: inſtabat judicium: fiſci minabantur: oppugnabar pecuniâ.

Ei negotio fiſci minabantur: Pecuniâ parabantur inſidiæ meis Comitiis, quibus ædilitatem petebam.

Agere, quæ ad judicium &c. Videbã non tam liberè agi poſſe ea, quæ pro judicio neceſſaria, vel propter occupationes Comitiorum, vel quia accuſatio libertatem, & minas exigit, petitio autem blandimenta, preces, cautelam, ne quis offendatur.

Minari Diviſoribus ratio non erat: Cur enim minarer corruptoribus, & diviſoribus? quid juvant minæ, ſi eos non poſſim accuſare, & in judicium trahere? at modò alio judicio eram diſtrictus, & occupatus; atq; hoc callidi homines intelligebant.

Diſtrictum atq; obligatum: Metaphoricè; impeditum nempe, diſtractum, & veluti aliis vinculis aliorum negotiorum obligatum.

Atq; hoc ipſo tempore &c. Audio Siculos fuiſſe citatos ad domum Hortenſii, ſed advertentes cauſam, cur citarentur, non veniſſe. Cicero per Hyperbaton trajicit verba ad meliorem numerum: pone ſimpliciter, & claritatem habebis, ſed non elegantiam tantam. Co-

Intereà Comitia nostra, quorum iste se, ut cæterorum hoc annô Comitiorum, dominum esse arbitrabatur, haberi cœpta sunt. Cursare iste homo potens cum filio blando, & gratioso circum tribus: paternos amicos, hoc est: divisores, appellare omnes, & convenire. Quod cùm esset intellectum, & animadversum, fecit animo libentissimo populus Rom: ut cujus divitiæ me de fide deducere non potuissent, ne ejusdem pecuniæ de honore dejicerent. Posteaquam illâ petitionis magnâ curâ liberatus sum, animo cœpi multò magis vacuo ac soluto nihil aliud, nisi de judicio age-

Synecdoche figura, infinitivi pro stylo narratorio.

Comitiorum se dominum &c. Criminosè in Verrem, tanquā per pecunias dominaretur in comitiis & in judiciis.

Cursare iste homo potens &c. Exprobrat Verri abjectum agendi modum, quôd, cùm tam potens alias esset, opus haberet lenociniis filii ad hominum benevolentiam sibi conciliandam, circumcursaret, tribus & tribuum divisores solicitaret, conveniret, pacti admoneret; sed tamen omnia frustrà; nam populus Romanus suis sententiis effecit, ut tamen Cicero fieret ædilis, adeoq; factum est, ut, quem pecuniæ non poterant corrumpere ad prævaricationem in judicio, eædem pecuniæ contra hunc nihil quoq; efficerent in petenda dignitate Ædilis.

Paternos amicos, divisores: Ab uno illo Q. Verre, patris discipulo transfert hoc nomen amicitiæ ad alios quoq; divisores.

De fide deducere: Frustrà nempe Ciceroni promissa fuerunt, & oblata prævaricationis præmia, uti ab initio Orationis dixit; pergit in simili modo loquendi: *de honore dejicere.*

Posteaquam petitionis magnâ curâ &c. Obtēto ædilitatis offi-

agere, & cogitare. Reperio, Judices, haec ab istis consilia inita, & constituta, ut quacunque opus esset ratione, res ita duceretur, ut apud M. Metellum Praetorem causa diceretur. In eo esse haec commoda: primùm M. Metellum, amicissimum: deinde Hortensium Consulem non solùm, sed etiam Q. Metellum: qui quàm isti sit amicus, attendite. Dedit enim praerogativam suae voluntatis ejusmodi, ut isti pro praerogativis eam reddidisse videatur. An me officio,& hac petitionis curâ depositâ impendi me totum judicio.

Traductio in nomine praerogativae sub duplici sensu acceptae.

Reperio Judices &c. Haec sunt Verris consilia,ut sublatis, quos pecuniâ non posset corrumpere, severis judicibus, exspectato nimirum tempore, quo hi ex officio decedant,apud M.Metellum causa dicatur, quem Praetorem homini perditissimo esse amicũ Cicero reprehendit.

M. Metellum: Ne error sit in nomine, sciendum tres fuisse Metellos; unum, nempe Q. Metellum, Consulem. M.Metellũ Quaesitorẽ in urbe de pecuniis repetundis,& Praetorem judicii. 3tium L.Metellum Siciliae Praetorem.

Praerogativam: Duplex hic sensus est praerogativae;primò significat *Praerogativa* priorem quandam judicii sui & voluntatis significationem,quòd ei nempe velit supra omnes alios favere;nam ita nunc passim accipitur *praerogativa*,pro praestantia, & eminentia. Secundò significat praerogativa, & propriè tribus illas, vel centurias, quae in Comitiis primo loco ad suffragium vocabantur, quarum sententiam pleriq; omnes sequebantur, ita, ut qui praerogativam habuerit, habuerit eminentiam suprâ caeteros competitores. Jam sensus Ciceronis hic est talis: Metellus vocando ad se Siculos,& eos minis deterrendo

me taciturum tantis de rebus existimavistis, & in tanto reipublicæ, existimationisq; meæ periculo cuiquam consulturum potiùs, quàm officio & dignitati meæ? Arcessit alter Consul designatus Siculos: veniunt nonnulli, propterea quòd L. Metellus esset Prætor in Sicilia. Cum iis ita loquitur: se Consulem esse, fratrem suum alterum Siciliam Provinciam obtinere, alterum esse quæsiturum de pecuniis repetundis, Verri ne noceri possit, multis rationibus esse provisum. Quid est, quæso, Metelle, judicium corrumpere, si hoc non est?

Stylus narrationis.

Prosopopœia.

Apostrophe.

10.

ab accusatione Verris, jam dedit *prævium suæ erga Verrem voluntatis significationem*, & hac voluit compensare, sive persolvere *prærogativas* illas tribus sibi in Comitiis addictas pro obtinendo Consulatu, quas nempe Verres suis pecuniis corruperat, & addixerat Metello, ut eum Consulem facerent. Et hoc quasi secretum prodit Cicero.

Cuiquam consulturum potiùs: Putâstis, me, ut consulerem vestris rationibus, vos adjuvarem, hæc taciturum, nec potiùs habiturum rationem existimationis meæ, officii, & reipublicæ?

Arcessit alter Consul: Hic rem ipsam, & secretum illud narrat clarè, quod superiùs insinuavit; hoc est: illud, in quo Metellus prærogativam reddere voluit pro prærogativis â Verre sibi addictis. Hinc probatur Metellus amic9; hinc ratio, cur Verres duci, & trahi judicium velit, dum hic ineat Consulatum; nam hactenus erat tantùm designatus Consul.

Quid est, quæso Metelle: Invectio ad Metellum Consulem designatum. Dicit, hoc utiq; esse judicium corrumpere: si accusatores ab intentione revocâris, si potestate deterreas, ne audeant suam causam prosequi.

Ti-

est? testes præsertim Siculos, timidos homines, & afflictos, non solùm auctoritate deterrere, sed etiam consulari metu, & duorum Prætorum potestate? Quid faceres pro homine innocente, & propinquo, cùm propter hominem perditissimum, atq; alienissimum de officio ac dignitate decedis, & committis, ùt, quod ille dictitat, alicui, qui te ignorat, verum esse videatur. Nam hoc Verrem dicere ajebant, te non fato, ut cæteros ex vestra familia, sed operâ suâ Consulem factum. Duo igitur Coss: &

Enthymema & à minore.
Antithesis.

Timidos homines & afflictos: Quia à suo Magistratu ita iniquè oppressi.

Auctoritate, metu Consulari, Prætorum potestate: Gravia hæc sunt ad terrendum.

Quid faceres: Ista facis pro homine pessimo, & alieno, ergo quæ non faceres pro amico & innocente?

De officio, & dignitate decedis: Agis contra rationes officii; ac dignitatis consularis, te ipsum, tuamq; auctoritatem ita prostituis.

Quod ille dictitat: Mox dicet, quid illud sit, quod crebriùs dixit Verres, nempe hunc Metellum non fato, sed suâ operâ factum esse consulē. Utrumq; in invidiā adducit.

Qui te ignorat: Qui te non novit.

Te non fatò, ut cæteros: Erant Metelli ex clarissima gente Cæcilia, quæ summa inter Romanos officia gesserat: In hos Metellos facetè, sed contumeliosè hunc versum dixerat Nævius Pöeta: *fatò Metelli Romæ fiunt Consules:* cui tunc Metellus Consul iratus, alio versu respondit. *Dabunt malum Metelli Nævio Pöetæ.* Et de hac parodia subtiliter Cicero dixit; te *non fato, ut cæteros, sed operâ Verris &c.*

Duo igitur Coss: Q. Hortensius, & Q. Metellus.

 Quæ-

Prosopopœia Verris & sociorum. & Quæsitor erunt ex illius voluntate. Non solùm effugiemus, inquit, hominem in quærendo nimirùm diligentem, nimiùm servientem populi existimationi, M. Glabrionem; accedet nobis etiam illud: Judex est M. Cæsonius, Collega nostri accusatoris, homo in rebus judicandis spectatus, & cognitus, quem minimè expediat esse in eo consilio, quod conemur aliquâ ratione corrumpere: propterea, quòd jam anteà, cùm Judex in Juniano consilio fuisset, turpissimum illud facinus non solùm graviter tulit, sed etiam in medium protulit. Hunc Judicem ex Kalendis Januariis non habebimus. Qu. Manlium & Qu. Cornificium, duos severissimos, atquè

Enumeratio judicum, qui mutandi.

Quæsitor: M. Metellus, Prætor, de pecuniis repetundis Quæstionem exercens; nam propriè Quæsitores dicuntur criminalium Quæstionum; ut Virgilius: *Quæsitor Minos urnam movet.*

Erunt ex illius voluntate: Annô sequenti habebit hos optatos, & sibi faventes Magistratus & Judices.

Nimiùm servientem populi Rom: existimationi: M. Glabrio, nimis, uti solemus loqui, addictus est bono, & dignitati Reipublicæ; non poterit ille facilè à justitiæ severitate deduci; hunc autem tunc non habebimus Prætorem.

Collega nostri accusatoris: Ædilis cum Tullio designatus, itaq; cùm inîerit Magistratum, ædilitio districtus munere judex esse non poterit.

Judex in Juniano consilio: Junius erat Judex Quæstionis, cùm Oppianicus damnaretur: cùm Judices tum multi essent corrupti, Cæsonius Judex culpâ vacavit, atq; etiam corruptos indicavit.

Ex Kalendis Januariis: Post Kalendas; ita *ex ea die*, post il-

atque integerrimos judices, quòd tribuni plebis tum erunt, judices non habebimus. P. Sulpitius, Judex triſtis, & integer Magiſtratum ineat neceſſe eſt Nonis Decembribus. M. Creperejus ex acerrima illa Equeſtri familia, & diſciplina; L. Caſſius ex familia tum ad cæteras res, tum ad judicandum ſeveriſ-

illam diem; illo enim tempore inibit Magiſtratum, & Ædilis erit: non autem licuit, & Magiſtratûs, & Judicis partes uno tempore ſuſtinere. De Kalendis notus ille verſus eſt: *Principium menſis cujusq; vocato Kalendas.* Dies ultimus prioris menſis vocatur pridie kalendas inſequentis menſis, & ſic in priore menſe retroducendo per minorem numerum uſq; ad finem Iduum; 3tio Kalendas, eſt penultimus dies prioris menſis, 4to Kal. antepenultimus &c.

Triſtis, & integer: Triſtis ad laudem interdum ſumitur, non ſemper ad acerbitatem. Ergo hic idem, ac ſeverus, & integer: ſicut Virgilius, *triſtisq; ſenectus*, ſevera; & Terentius, *triſtis ſeveritas ineſt in vultu, atq; in verbis fides.*

Nonis Decembribus: Nonæ ſunt illi dies, qui Kalendas, hoc eſt: primum diem menſis ſequuntur. Sex Nonæ ſunt in Martio, Majo, Julio, Octobri; reliqui menſes quatuor tantùm habent Nonas.

Majus ſex Nonas, October, Julius & Mars,
Quatuor at reliqui. Tenet Idus quilibet octo,
Inde dies alios omnes dic eſſe Kalendas,
Quas retro numerans dices à menſe ſequenti.

Ex acerrima illa Equeſtri: Equeſtri loco natum, nam nunc Senatorem eſſe Creperejũ ex eo liquet, quia Judex eſt.

L. Caſſius: Ex illa familia Caſſina, quæ ad judicandum ſeveriſſima exiſtimata eſt. Caſſii erat hoc axioma: *Cui Bono?* ut nempe quæratur, an ei prodeſſe potuerit, de quo dubitatur, an fecerit. Hujus tribunal, ſcopulus

rissima: Cn. Tremellius homo summâ religione, & diligentiâ: tres hi homines veteres, tribuni militares sunt designati, ex kal. Januar. non judicabunt. Subsortiemur etiam in M. Metelli locum, quoniam is huic Quæstioni præfuturus est. Ita secundùm kalendas Januarias, & Prætore, & propè toto consiliô mutatô, magnas accusatoris minas, magnamque judicii exspectationem ad nostrum arbitrium, libidinemque eludemus. Nonæ sunt hodie sex-

Enumeratio dierum & tēporis usq; ad annū sequentem.

reorum dictum est teste Valer: Max.

Summâ religione & diligentiâ: Attende in describendis judicibus, & laudandis varietatem dictionis, item quomodo ex ore adversarii (nam Verres introducitur loquens) singulos laudet, ostendendo, quòd sibi displiceant ob virtutem.

Homines veteres: Antiquæ nobilitatis, & severitatis.

Subsortiemur: M. Metellus, qui nùnc in numero Judicum est, kalendis Januariis fiet Prætor,& Quæsitor,hoc est: præses judicii, uti jam aliquoties dictum est, ergo tum illi substituendus alius,qui fiat judex,& hæc substitutio in locum alicujus, vel rejecti vel capessentis Magistratum, dicebatur *subsortitio.*

Secundùm Kalendas: Post Kalendas.

Ad nostrum arbitrium, libidinemq;: ridebimus,& eludemus, effugiemus pro nostra voluntate Ciceronem, & omnes, qui exspectationem habent tantam hujus judicii.

Nonæ sunt hodie Sextiles: Hìc jam ex sua persona loquitur Cicero,finitâ prosopopœiâ Verris. Quintus hodie dies Augusti est;nondum autem tum dicebatur mensis Augustus, sed Sextilis; neq; Julius, sed Quintilis. Hæc nomina postmodùm ab Imperatoribus sumpta. Romulus Martium primum anni mensem constituit, quintus ergo

ab

ſextiles. Horâ nonâ convenire cœpiſtis. Hunc diem jam ne numerant quidem. Decem dies ſunt ante Ludos votivos, quos Cn. Pompejus facturus eſt. Hi ludi dies quindecim auferent. Deinde continuò Romani conſequentur. Ita propè XL. diebus interpoſitis, tum denique ſe ad ea, quæ à nobis dicta erunt, reſponſuros

Loquitur Cicero.

ab hoc Quintilis, qui nobis Julius: & ſextus, qui Auguſtus nunc eſt, Sextilis dictus.

Horâ nonâ: Non noſtro numerandi modo, ſed ab ortu ſolis. Horâ 10mâ, quo tempore ſol occidebat, Præco ſupremam eſſe Prætorem admonebat, & ſolvebatur judicium; itaq; dies hæc in numerum quodammodò non ampliùs venit.

Decem dies ſunt: Incipit jam numeratio dierum uſq; ad Januarium, quo mutabatur Magiſtratus; quàm exiguum interim tempus habeat pro judicio, ſi velit more antiquo accuſare, explicat, & quàm ducere adverſarii rem conentur uſq; ad Januarium.

Ludos votivos: Ludi apud Romanos erant publicæ celebritates, quæ vel placandæ Deûm iræ, vel pro ſalute populi, vel gratiæ populi demerendæ causâ ſunt editæ. Finis eorum erat tum religio quædam, quâ antiqui opinabantur, ſeſe Diis rem gratam facturos: tum populi voluptas, cui & Reges, & Reſpublica, & Imperatores maximè ſtudebant. Hos ludos Pompejus voverat, cùm Imperator belli contra Sertorium proficiſceretur, ideo *votivi.*

Romani conſequentur: Romani ludi ſub regibus inſtituti ſunt, magniq; dicti, quia magnis impenſis dati ſunt, tunc enim primò ludis impenſa ſunt ducenta millia nummûm, hoc eſt: Seſtertiûm; de qua ſumma dictum alibi. Alii ideò magnos ludos putant dictos, quia Diis magnis, id eſt: Laribus urbis Romanæ inſtituti ſunt, & hi iidem ſunt ac Circenſes, de quibus Virgilius: *Magnis Circenſibus actis.*

Polysyndeton. ros esse arbitrantur; deinde se ducturos, & dicendo, & accusando, facilè ad ludos Victoriæ: cum his Plebejos esse conjunctos: secundùm quos aut nulli, aut pauci dies ad agendum futuri sunt. Ita defessa, ac refrigerata accusatione rem integram ad M. Metellum Prætorem esse venturam. *Metaphora.* Quem ego hominem, si ejus fidei diffisus essem, judicem *Metonymia.* non

Deinde se ducturos: Dilaturos, moram facturos.

Ad Ludos Victoriæ: Ita dicebantur ludi à Sylla instituti, cùm bello civili victor evasisset. Ludi hi, & priores Romani erant annui; Ludi votivi Pompeji non item.

Cum his Plebejos: Quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt.

Secundùm quos: Post hos, Calendarium istorum ludorum pro majore claritate hoc esse poterit, & simul computatio temporis pro judicio.

1. Comitia Consularia habebantur 27. Julii.
2. Oratio secunda hæc in Verrem habita est Nonis Sextilibus, id est: quinto Augusti.
3. Ludi votivi commissi sunt 16. Augusti, qui durârunt per dies 15.
4. Ludi Romani 4. Septembris.
5. Ludi Victoriæ 26. Septembr.
6. Ludi Plebeji quinto Octobr.
7. Tribuni inibant Magistratus 5. Dec.
8. Consules inibant Kalendis Jan.

Ludorum autem diebus judicia in urbe non exercebantur.

Defessa, ac refrigerata accusatione: Intepescet primus fervor, uti solet fieri, eorum, qui reo indignantur, longitudine temporis, & diuturnâ morâ fatigabuntur homines, calor accusationis remittet, extingvetur.

Quem ego hominem: M. Metellum scilicet: in cujus locum subsortiendum judicem, ex persona Verris, suprà dixerat, qui Prætor futurus sit ex kal. Jan. nunc autem in Judicum numero est. *Nunc*

non retinuissem. Nunc tamen eo animo sum, ut eo judice, quàm Prætore, hanc rem transigi malim: & jurato suam, quàm injurato aliorum tabellas committere. Nunc ego, Judices, jam vos consulo, quid mihi faciendum putetis? id enim consilii mihi professò taciti dabitis, quod egomet mihi necessariò capiendum intelligo. Si utar ad dicendum meo legitimo tempore, mei laboris, industriæ, diligentiæqué capiam fructum: & ex accusatione perficiam, ut nemo unquam post hominum memoriam, paratior, vigilantior, compositior ad judicium venisse videatur. Sed in hac laude industriæ meæ reus ne elabatur, summum periculum est. Quid

Antitheta. Relata.

II. *Cõmunicatio, seu deliberatio cum Judicibus. Dissolutio.*

Relata ad superiora.

Interrogatio.

Nunc tamen: Malo tamen ipsum habere judicem, quàm Prætorem judicii; quando enim judex est, tabellam judiciariam pro danda sententia juratus accipiet: cûm Prætor fuerit, & non jurabit, quia non est moris, & in potestate habebit tabellas omnium judicum, quas & corrumpere poterit.

Nunc ego: Vos ipsi nunc dicite, utrûm perpetua, id est: continua debeam uti oratione, an breviore agendi módo, ut ad singula statim testes producam.

Legitimo tempore: Tempore ad accusandum per leges constituto. Si utar hoc tempore, & accusationem juxta pristinum morem instituam, ego quidem rem ita agam, ut omnes me laudaturi sint, propter meam industriam, peritiam, & eloquentiam, sed periculum est, ne elabatur reus, dum ego ita accusationem adorno.

Compositior: Instructior, magis præparatus, & meditatus ad hanc causam.

Ne elabatur: Evadat, effugiat; ad alios nempe Judices

Quid est igitur, quod fieri possit? non obscurum, opinor, nequé absconditum. Fructum istum laudis, qui ex perpetua oratione percepi potuit, in alia tempora reservemus: nunc hominem tabulis: testibus, privatis publicisqué litteris, auctoritatibusqué accusemus. Res omnis mihi tecum erit, Hortensi. Dicam apertè, si te mecum dicendo, ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem, ego quoqué in accusando, atquè in explicandis criminibus operam consumerem. Nunc, quoniam pugnare contra me instituisti, non tam ex tua natura, quàm ex istius tempore, & causa malitiosè, necesse est istius modi rationi aliquo consilio obsistere.

Apostrophe ad Hortensium.

Complexio.

ces transeat, ubi ei spes victoriæ affulget.

Obscurum, absconditum: Quod difficilè agnoscitur, *Obscurum est.* Quod prorsus latet,& ignoratur, *absconditum*, Poteritis, inquit, facilè divinare.

*Fructum laudis reservemus:*Alio tempore erit occasio eloquentiæ demonstrandæ.

Tabulis testibus &c. Consilium suum explicat, quòd nempe, omissâ oratione continuâ, statim producturus sit tabulas, testes &c.

Res omnis mihi tecum erit: Hoc quale sit, interpretatur infrà pluribus verbis.

*Si te mecum dicendo &c.*Si certamen inter nos esset, quis per eloquentiam vinceret,& causam obtineret,& tu aliud consilium non haberes, certarem tecum arte eloquentiæ accusando, probando, amplificando crimina; sed quia malitiosè aliud moliris,non tam tua natura id svadente, quàm ut servias Verri, aliud & ego consilium tuo consilio opponere debeo.

Ex

ftere. Tua ratio eft, ut fecundùm binos ludos mihi refpondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem. Ita fiet, ut tua ifta ratio exiftimetur aftuta: meum hoc confilium neceffarium. Verùm illud, quod inftitueram dicere, mihi rem tecum effe, hujusmodi eft. Ego cùm hanc caufam Siculorum rogatu recepiffem, idqué mihi amplum, & præclarum exiftimâffem, eos velle meæ fidei, diligentiæqué periculum facere, qui innocentiæ, ab-

Relata.

12.

Periodus gravis.

Ex iftius tempore & caufa: Tempus hîc accipitur pro conditione tẽporis,& neceffitate:prout res Verris poftulăt.

Secundûm binos ludos: Votivos, & Romanos. Secundùm, id eft: poft.

Comperendinẽ: Comperendinare eft, causâ utrinq;dictâ, jubere, ut perendie,hoc eft: poft unum diem interjectum revertantur actor,& defenfor.Prim9 caufam agebat accufator,dein refpõdebat defenfor, rurfum defenfori accufator refpõdebat; hoc ergo fe facturũ promittit adhuc ante primos ludos;ex hac dilatione caufæ in alteram, vel 3tiã diem verbũ comperendinari acceptũ eft pro *rem de die in diem differre, procraftinare.*

Mihi rem tecũ &c. Ut fuprà, *Res omnis mihi tecum:* non effet operæ pretium hominem omnium opinione jam damnatum accufare,nifi accufandus effet contra te Hortenfium defenforem,cuj9 nimia eft cupiditas,& dominat9 in judiciis; profitebor igitur, etiam te defendente, tueri me poffe dignitatem reipublicæ,& judiciorum æquitatem.

Idq; mihi amplum, & præclarum: Fore ad laudem & gloriam meam.

Fidei,diligentiæq; periculum: Volebant experimentũ fumere in hac accufatione,nũ fidẽ ipfis datam effem fervaturus,atq; etiam nunc diligentiam adhibiturus pro ipfis, quos

A suo in rempub: studio. abstinentiæqué fecissem: tum suscepto negotio, majus mihi quiddam proposui, in quo meam in rempublicam voluntatem populus Romanus perspicere posset. Nam illud mihi nequaquam dignum industriâ, conatuqué meô videbatur, istum à me in judicium jam omnium judicio condemnatum vocari, nisi ista tua intolerabilis potentia, & ea cupiditas, quâ per hosce annos in quibusdam judiciis usus es, etiam in istius hominis desperati causa interponeretur. Nunc verò, quoniam hæc te omnis dominatio, regnumqué judiciorum tantòpere delectat: & sunt homines, *Polysyndeta.* quos libidinis, infamiæqué suæ nequé pudeat, nequé tædeat, qui quasi de industria in odium, offensionemqué popu-

pu-

quos priùs integerrimè gubernâssem in Sicilia.

Nequaquam dignum industriâ: Nimis humile mihi videbatur, accusare velle hominem jam damnatum, nisi Defensor esset tam potens.

Nunc verò: Gravis comminatio in Hortensium,& eos Judices, qui religionem, & fidem suam pecuniâ vendebant; Quoniam Hortensius tantùm pro lubitu,& libidine judicia omnia regere, & dirigere vult, & quoniam nonnulli sunt ita corrupti &c. ego prædico, & denuntio ipsis, non passurum me talia, protracturum in lucem &c.

Et sunt homines: Sunt tales judices,qui de sua infamia, deq; odio & offensione populi Romani minimùm laborantes, religionem, fidem, veritatem pecuniâ venderent.

De industria: Consultò quodammodo, & voluntariè populi Romani offensam inire volunt.

Hoc

puli Romani irruere videantur: hoc me profiteor suscepisse, magnum fortasse onus & mihi periculosum, verumtamen dignum, in quo omnes nervos ætatis, industriæque meæ contenderem: quoniam totus ordo paucorum improbitate, & audaciâ premitur, & urgetur infamiâ judiciorum, profiteor huic generi hominum me inimicum, accusatorem odiosum, assiduum, acerbum adversarium. Hoc mihi sumo, hoc mihi deposco, quod agam in Magistratu, quod agam ex eo loco, ex quo me populus Romanus ex kalendis Januar: secum agere de republica, ac de hominibus improbis voluit. Hoc munus ædilitatis meæ populo Romano amplissimum,

Cōduplicatio.
Dissolutio.
Synonyma.

Hoc me profiteor &c. Profiteor huic generi: Conduplicatio vehemens ad comminandū. Quando quidem propter paucos totus ordo Senatorius patitur,& laborat infamiâ, ego ero, qui talibus resistam.

Paucorum improbitate,& audaciâ: Propter aliquos improbos, & audaces,& impudentes, patitur,premitur, urgetur infamiâ totus Ordo.

Hoc mihi sumo,hoc deposco: Conduplicatio Synonymica, ut solemus in vehementi affectu.

In Magistratu: In ædilitate, quam proximis Comitiis Æedilitiis adeptus est.

Ex eo loco: Ex rostris, ex quo loco publicè loqui solebant ad populum; nemini autem licebat ex eo loco agere cum populo,nisi Magistratui. Porrò rostra vocabant Romani templum illud in foro antè Curiam Hostiliam, ubi cathedra erat in publicum porrecta, & rostris, tanquam signis spoliatarum hostilium navium adornata.

Hoc munus Ædilitatis; Promitto civibus, me ita fun-

ctu-

mum, pulcherrimumq; polliceor. Moneo, prædico, antè denuntio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi judicii solent esse, quiquê ad hanc rem, aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc judicio manus, animosqué ab hoc scelere nefario. Erit tum Consul Hortensius cum summo

Iterum Synonymia gravis.

13\. imperio, & potestate: ego autem Ædilis, hoc est: paulò ampliùs, quàm privatus; tamen hæc hujusmodi res est, quam me acturum esse polliceor, ita populo gratam atque jucundam, ut eam ... pu-

cturum hoc officiô, ut gratiam ab eis sim initurus.

Deponere &c. qui quocunq; modo erunt corrupti, vel corruptores, vel socii, & arbitri. Qui vel dant pecunias, vel promittunt, & in se recipiunt, se daturos, qui vel verbis promittunt, vel qui acceptant &c.

Sequestres: Qui aliorum conducendorum, & corrumpendorum operam, & negotium in se suscipiunt.

Interpretes: Qui ab uno ad alium rem referunt.

Abstineant manus: Omittant attentare, machinari aliquid iniquum omnes illi, qui vel suam impudentiam hic vellent exerere, vel uti potentiâ suâ in malum.

Consul cum summo imperio: Consulum summum imperium, & planè regia potestas erat in plurimas provincias, regna. Itaq; duodecim iis fasces item ut regibus præferebantur; In hoc tamen discrepabant à regibus, quòd hi perpetui; Consules tantùm annui; Rex unus, Consules duo, Rex non rogato populo, Consul jussu tantùm, & consensu populi posset in gravioribus negotiis agere.

Ædilis, hoc est: paulò ampliùs, quàm privatus: Ædilitas primus erat Magistratus Curulis. Curulis autem Magistratus erat eorum, quibus licitũ, & consvetum non pedi-

pulo Romano grata, atqué jucunda, ut ipse Cos: in hac causa præ me minùs etiam, si fieri possit, quàm privatus esse videatur. Omnia non modò commemorabuntur, sed etiam, expositis certis rebus, agentur, quæ inter decem annos, posteaquam judicia ad Senatum translata sunt, in rebus judicandis nefariè, flagitiosèqué facta sunt. Cognoscet ex me populus Romanus, quid sit, *Repetitio.*

dibus, sed curru venire in curiam; & erat in his curribus sella ex ebore, supra quam sedebant. Quamvis autem Ædilibus iste gradus honoris competeret, erant tamen adhuc in infima Magistratûs majoris conditione; hoc ipso autem, quòd Magistratum gererent, & negotia publica, distincti erant ab hominibus privatis: itaq; dicit Cicero, se in hoc officio aliquantò plus dignitatis habiturum, quàm privatus; longè tamen minùs, quàm Consul.

Hujusmodi res est: Ita tamen agam hanc rem, ut multis partibꝰ meliùs Reipublicæ, quàm ipse Consul, cujꝰ tamen id munus est, consulam, atq; prospiciam, & sic mecum comparatus Hortensius, minùs erit quàm privatus, minùs bene videbitur agere negotia publica, quàm, qui solùm agit privata.

Omnia non modò commemorabuntur: Non tantùm simpliciter rem exponam, sed *agam*, hoc est: conficiam, coarguam, convincam, ita agam, ut populus Romanus rei veritate perspecta debita judicia, & suffragia ferat.

Inter decem annos: id est: *intra.* Tantum ferè temporis effluxit, quo penes Senatores erant judicia, Victore Syllâ ab Ordine Equestri ea transferente ad Senatorium.

Cognoscet ex me: Ego proferam in publicum, quæ corruptelæ fuerint per decem annos, judicantibus Senatoribus, & quàm nullæ tales fuerint judicantibus Equitibus per longum illud tempus, quo judicârunt, imò ne suspicio quidem.

Nul-

Non corrupti Judices Equites.

sit, quamobrem cùm Equester Ordo judicaret, annos propè quinquaginta continuos, nullo judice Equite Romanô judicante, ne tenuissima quidem suspicio acceptæ pecuniæ ob rem judicandam constituta sit; quid sit, quòd judiciis ad Senatorium Ordinem translatis, sublataqué populi Romani in unumquemqué nostrûm potestate, Q. Calidius damnatus dixerit, minoris H. S. tricies prætorium hominem honestè non posse damnari: quid sit, quòd, P.

Exempla, corruptos esse Senatores Judices.

Nullo judice Equite Rom: judicante: Dicam ego,quare illo tempore, quo judicia exercebantur ab ordine Equestri,per annos ferè quinquaginta, nullus judex ex illo ordine, sedens in judicio, & judicium,sive sententiam ferens, vel modicam præbuerit suspicionem acceptæ pecuniæ.Cōduplicatur judex judicans.Eques,Equester ordo, studiosè,& ad invidiam in corruptos Senatores excitandā.

Sublataq; populi R. potestate: Populus anteà habebat potestatem in judices, ita, ut damnatis daretur provocatio ad populum,& populus causam jam decisam recognosceret;hæc autem potestas tum erat sublata,cùm Senatores judicarent, rursus cum tempore restituta.

Q.Calidius damnatus dixerit: Q. Calidius accusatus ob Præturam Hispaniensem, & à judicibus Senatoribus pecuniâ corruptis condemnatus exclamavit: saltem idoneam,& majorem mercedem pro meo capite pacisci debueratis,& non adeò parvum pretium pro homine prætorio damnando accipere.

H.S. tricies: Tricies centum millia sestertiūm nummûm, quæ summa,cùm e.g.XVI. judices essent corrumpendi, si distribueretur in singulos judices, pervenirent ad singulos circiter centum nonaginta sestertiūm nummûm millia. Tot saltem debebatis petere,inquiebat Calidius.

Præ-

P. Septimio Senatore damnato, Q. Hortensio Prætore, de pecuniis repetundis lis æstimata sit eo nomine, quòd ille ob rem judicandam pecuniam accepisset: quòd in Cajo Herennio, quòd in C. Popilio, Senatoribus, qui ambo peculatûs damnati sunt: quòd in M. Attilio, qui de Majestate damnatus est, hoc planum factum est, eos pecuniam ob rem judicandam accepisse. Quòd inventi sunt Senatores, qui C. Verre Prætore urbanô sortiente, exirent in eum

Repetitio.

Prætorium: Qui Præturam gessit, sicut Consularis, qui Consulatum.

Lis æstimata sit: Post damnationem de repetundis litem judices æstimabant, id est: certam à reo pecuniam exigebant, quæ ad resarciendam jacturam iis redderetur, qui erant læsi. Hic ergo Septimius de repetundis damnatus, etiam ideò multatus est, quia in judiciis pecuniâ accepit, & se corrumpi est passus, atq; hoc teste ipso Hortensiô verum est, quoniam ille tum Prætor erat.

Qui ambo peculatûs damnati: Quid hoc, inquiet quispiam ad demonstrandum corruptum judicium, si hi rei damnati sunt? ℞. Dum condemnarentur, cætera inter scelera planum factum est, eos etiam pecunias accepisse, cùm judicarent. De peculatu alibi.

De Majestate damnatus: Læsæ Majestatis. Magistratûs nempe Romani violati reus. Majestatis crimen dicitur etiam perduellio, cùm adversùs rempublicam, aut patriam, aut principem, qui pater est patriæ, quis quid molitur, ex quo publicus status interire, aut labefactari videatur.

Verre Præt: urb: sortiente: Cùm Verres Prætor esset in urbe, & sorte judices daret, educti sunt tales, qui auderent in *eum reum exire*, contra illũ ferre sententiam, cujus

Repetitio. eum reum, quem incognitâ causâ condemnarent: quòd inventus est Senator, qui cùm judex esset, in eodem judicio, & ab reo pecuniam acciperet, quam judicibus divideret, & ab accusatore, ut reum damnaret. Jam verò quomodo illam labem, ignominiam, calamitatemq; totius Ordinis conque

Amplificatio per definitiones, Interrogationem, incisa. rar? hoc factum esse in hac civitate, cùm Senatorius Ordo judicaret, ut discoloribus signis juratorum hominum sententiæ notarentur? Hæc omnia me diligenter, severèquè acturum esse polliceor. Quo me tandem animo fore pu-

14. *A minore ad majus.* tatis, si quid in hoc ipso judicio intellexero, simili aliquâ ratione esse violatum,

causam non cognovêre, quē proin indictâ causâ condemnarent. Hi, judices nempe, ut alibi hoc ipsum explicat, pecunias accepêre, non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem.

Inventus est Senator: C. Ælium Stalenum significari colligitur ex oratione pro Cluentio.

Jam verò: Transitioni servit.

Discoloribus signis: Quantum hoc scelus est, quòd Prætores ipsi, ut Hortensius, distribuerint judicibus Senatoribus tabellas, in quibus sententiæ darentur, diversi coloris cerâ illitas, ut signum haberetur, num corruptioni serviant: num pactis stent? Et hoc accipiunt Senatores jurati; nam jurare debuerant, se officio functuros juxta æquitatem. Et hoc Romæ? De ceratis tabellis jam priùs.

Hæc omnia: Hæc ego in hoc judicio certò proferam; petam severè plecti talia; quantò magis eas corruptelas proferam, si quæ in hoc ipso judicio, in hac causa Verrina irrepant, maximè (observa transitionem) cùm sæpè di-

xe-

tum, atqué commiſſum? cùm præſertim planum facere multis teſtibus poſſim, C. Verrem in Sicilia multis audientibus ſæpè dixiſſe, ſe habere hominem potentem, cujus fiduciâ provinciam ſpoliaret: nequè ſibi ſoli pecuniam quærere, ſed ita triennium illud Præturæ Sicilienſis diſtributum habere, ut ſecum præclarè agi diceret, ſi unius anni quæſtum in rem ſuam converteret, alterum Patronis, & defenſoribus ſuis traderet, tertium illum uberrimum, quæſtuoſiſſimumqué annum totum judicibus reſervaret. Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M. Glabrionem nuper cùm in rejiciendis judicibus commemorâſſem, intellexi ve-

Nēpe Hortenſium.

Mēbratim Similiter deſin. & cadentia.

xerit Verres, ſe fiduciâ Patroni ſui Hortenſii tam opimas prædas agere; etſi ſciret ſe accuſandum, fore hunc ſatis firmum ſui defenſorem.

Secum præclarè: Bene ſibi, & commodè futurũm, ſi unius anni furta pro ſe poſſit retinere.

Unius anni quæſtum: Lucrum nummariũ,quod uno anno per nefas faceret,ſi ſibi ſervare poſſit, ſe contentum fore.

Ex quó mihi venit in mentem: Incidit mihi id, quod nuper cùm dicerem, vidi propter eà populum Romanum magnoperè commoveri: nempe Socios noſtros deſideraturos,ut lex de repetundis omnino tollatur. Si enim nulla datur talis lex, tantum furabuntur Prætores,quod ſibi ſufficiat.Si detur lex,& tali modô judicia adminiſtrentur, tantum inſuper furabuntur, quantum etiam corrumpendis patronis & judicib9 ſufficit; ſic autem optabilius erit Sociis,nõ dari legem.Acutè & invidiosè in malos judices.

Apud M.Glabrionem: Prætorem præſentis anni quiq;

 haic

vehementer populum Romanum commoveri: me arbitrari, fore; ut nationes exterae legatos ad populum Romanum mitterent, ut lex de pecuniis repetundis, judiciumqué tolleretur. Si enim judicia nulla sint, tantum unumquemqué ablaturum putant, quantum sibi ac liberis suis satìs esse arbitrarentur. Nunc, quòd ejusmodi judicia sint, tantum unumquemqué auferre, quantum sibi, Patronis, Advocatis, Praetoribus, judicibus satìs futurum sit. Hoc profectò infinitum esse. Se avarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimae victoriae non posse. O! commemorandà judicia, praeclaramquê existimationem nostri Ordinis, cùm Socii populi Romani judicia de pecuniis repetundis fieri nolunt, quae à majoribus nostris Sociorum causâ comparata sunt. An iste unquam de se bonam

In causis & insequentibus.

Incisa. Dissolutio.

Exclamatio cum indignatione.

huic judicio modò praeest, apud quem sortitio,& rejectio judicum fiebat.

Patronis, Advocatis: Moris erat in judiciis tum privatis, tum publicis, amicos, omnes advocare, quorũ vel auctoritate, vel gratiâ moveri posse judices existimabätur. Hos, *Advocatos* nominabant, qui verò ipsi orabant, causamq; dicebant, *Patronos*: sed nunc promiscuè vulgus appellat Patronos,& Advocatos, qui assistunt alicui in causa vel judicio.

Hoc profectò infinitum esse: Et sic non fieri finem furandi,& rapiendi.

O! commemoranda judicia: Rei tam indignae meritò subjicitur haec exclamatio; haec nempe res erat illa, quam cùm di-

nam spem habuisset, nisi de vobis ma- *Contraria.*
lam opinionem animò imbibisset? *Metaphora.*
Quò majore etiam, si fieri potest, apud
vos odio esse debet, quàm est apud po-
pulum Romanum, cùm in avaritia, *Incisa.*
scelere, perjurio vos sui similes esse ar- *Dissoluta.* 15.
bitretur. Cui loco, per Deos immor- *Invocatio.*
tales, judices consulite, ac providete.
Moneo, prædicoqué id, quod intelli-
go, tempus opportunissimum vobis hoc
divinitùs datum esse, ut odiô, invidiâ,
infamiâ, turpitudine totum Ordinem
liberetis. Nulla in judiciis severitas, *Dissolutio.*
nulla religio, nulla deniqué jam exi-
stimantur esse judicia. Itaqué à populo *Repetitio.*
Romano contemnimur, despicimur, *Incisim.*
gravi, diuturnaqué jam flagramus infa-
miâ. Nequé enim ullam aliam ob cau- *Metaphora.*
sam

diceret Cicero, populo Rom. ita commovebatur: ut suprà.

Quò majore: Atq; ideò vos Judices majore odiô, quàm populus ipse (si tamen odio hujus maximo majus esse potest) persequi deberetis Verrem, & ejus asseclas, quòd tam malè de vobis sentiant, & tam iniqua sperent.

In avaritia: In capienda contra leges pecunia.

In scelere: Dum sceleribus favetis vos, scelus ipsi committeretis.

Perjurio: Violandis legibus, in quas jurâstis; sicut Verres, sicut Hortensius violârunt.

Cui loco: Locus pro res: cui rei, tam malæ nimirum de vobis exîstimationi consulite. Habetis occasionem optimam, & divinitùs concessam, ut Senatorium Ordinem à tali infamia, & invidia absolvatis.

Nulla religio: Quia pejeratur.

Flagramus infamia: translatè usurpatur: flagrare amore, odiô, irâ, invidiâ &c.

ſam populus Rom. tribunitiam poteſtatem tanto ſtudio requiſivit; quam cùm poſcebat, verbo illam poſcere videbatur, re verâ judicia poſcebat. Nequé hoc Q. Catulum, hominem ſapientiſſimum, atqué ampliſſimum fugit, qui Cn. Pompejo, viro fortiſſimo, & clariſſimo, de tribunitia poteſtate referente, cùm eſſet ſententiam rogatus, hoc initio eſt ſumma cum auctoritate uſus: Patres Conſcriptos judicia malè, & flagitiosè tueri. Quòdſi in rebus judicandis populi Romani exiſtimationi ſatisfacere voluiſſent, non tantopere homines

Ab exemplis.

Proſopopœia & indirecta Oratio Pompeji.

Tribunitiam poteſtatem: Cûm fierent judicia, permittebatur à legibus provocatio ad tribunos plebis, qui nomine populi rem recognoſcebant; habebant ergo tribuni plebis magnam poteſtatem in judices: hanc poteſtatem abrogavit Sulla, qui erat plebi infenſus, quòd hæc pro Marianis partibus contra ipſum ſteterat. Nunc verò per tres jam annos populus flagitabat, ut Tribunis ſuis hæc iterum poteſtas reſtitueretur, ideò, quia videbant malè judicia fieri. Reſtituit C. Aurelius Cotta, & C. Pompejus.

Quam cùm poſcebat: Verbis petebat poteſtatem hanc tribunorum, re ipsâ petiit meliora judicia.

De tribunitia poteſtate referente: Cûm hoc in Senatu ad deliberandum proponeret Q. Catulus, dicens ſententiam ſic incepit: malè adminiſtrari judicia à Senatoribus: Si Senatores ſatisfacerent dignitati officii, & exiſtimationi populi, populus non ita deſideraret poteſtatem priſtinam reddi tribunis.

Patres Conſcriptos: Oratio indirecta, qua uſus Q. Catulus. *Patres* vocabantur Senatores, vel curæ ſimilitudine, quam ſicuti Patres de filiis, ita hi de ſubditis gerebant; vel propter ætatem. *Conſcripti* dicebantur, quia primò qui-

mines tribunitiam potestatem desideraturos. Ipse denique Cn. Pompejus, cùm primùm concionem ad urbem Cos. designatus habuit: ubi id, quod maximè exspectari videbatur, ostendit, se tribunitiam potestatem restituturum: factus est in eo strepitus, & grata concionis admurmuratio. Idem in eadem concione cùm dixisset, populatas, vexatasq; esse provincias: judicia autem turpia, & flagitiosa fieri: ei rei se providere, ac consulere velle: tum verò non strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significavit voluntatem.

quidem tantummodò senes, & majores natu acciti sunt ad regendam rempublicam, crescente dein populo adlecti sunt etiam alii non seniores tantùm, & ex prima nobilitate, sed equestris ordinis, vel ob alia merita: hi dicti *conscripti:* sive adlecti: deniq; quodcunq; variis temporibus reliquo ordini adlecti, inserti, & adscripti sunt, vocati sunt Conscripti.

Concionem ad urbem: Pompejus Imperator revertebatur ex Hispania, victo Sertorio; moris autem erat, ut Imperatores in urbem nondum introirent reduces è provincia, nisi vel triumphũ ducerent, vel priùs imperium ponerent. *Ad urbem* igitur, & extra manebant, ut modò Pompejus, qui cùm triumphum exspectaret (quem posteà adeptus est, ut patet ex Orat. pro Lege Manil.) designatus Consul extra urbem concionem habuit, & de restituenda tribunitia potestate populo spem fecit.

Factus est in eo strepitus: Populus cùm quid, quod sibi placeret, in concione audisset, teneri non poterat, quin submissa voce alius alii bene & præclarè dictum insusurraret.

Suam significavit voluntatem: Effusa acclamatione po-

16. *Metaphora.* tem. Nunc autem homines in speculis sunt, observant, quemadmodum sese unusquisqué vestrûm gerat in retinenda religione, conservandisqué legibus. Vident adhuc post legem tribunitiam unum Senatorem vel tenuissimum esse damnatum. Quod tametsi non reprehendunt, tamen magnopere, quod laudent, non habent. *Sententia.* Nulla est enim laus ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere. Hoc est judicium, in quo *Commutatio.* vos de reo, populus Romanus de vobis judicabit. In hoc homine statuetur, pos- *Synæciosis.* sitne, Senatoribus judicantibus, homo nocentissimus, pecuniosissimusq; damnari. Deinde est hujusmodi reus, in quo homine nihil sit, præter summa peccata, maximamqué pecuniam: ut si libera-

pulus manifestavit, quàm hoc sit juxta suam voluntatem, quàm sibi gratum.

In speculis sunt: Specula est locus editus, & eminens, unde aliquid eminus videri, & prospici potest, vel ubi ponuntur excubiæ: ergo ordo equester, populus, & alii nunc speculantur, excubant, quomodo vos sitis acturi juxta juramenta vestra, juxta leges.

Vident adhuc: Hactenus, & ab eo tempore, quo lex illa sublata est de potestate tribunitia, unus tantùm ex Senatoribus, potentibus nempe viris, adductis in judicium condemnatus est, sed is pauper, qui unde judices corrumperet, non habebat.

Quod tametsi non reprehendunt: Potuit enim dici, quid ergo? noxius si pauper sit, non est damnandus? itaq; hoc quidem benefactum; sed hic non potuit elucere judicum integritas, & immunitas à corruptione, quia corruptioni

ratus sit, nulla alia suspicio, nisi ea, quæ turpissima est, residere possit. Non gratiâ, non cognatione, non aliis rectè factis, non denique aliquo mediocri vitio, tot tantaque ejus vitia sublevata esse existimabuntur. Postremò ego causam sic agam, judices: ejusmodi res ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut nemo à vobis, istum ut absolvatis, per gratiam conetur contendere. Habeo autem certam viam, atque rationem, qua

Repetitio cum dissolutione.

Synonymia, Repetitio ad urgendũ. Incisa.

non est loco, ubi nõ sunt pecuniæ. At in hac causa potest elucere integritas Senatorum.

Nulla alia suspicio nisi turpissima: nempe absolutum esse ob pecuniam.

Non gratiâ: Hoc est: quàm meritis suis apud Rempublicam comparavit; auctoritate, & favore, ut propterea scelera aliqua condonari possint propter rectè facta plurima.

Non cognatione: Tanquam propterea absolveretur, quia honesto quodam vinculo, cognationis nempe, ei addicti erant judices, quod etsi iniquum, non ita turpe tamen, & ignominiosum foret senatui, quàm accipere pecunias.

Non mediocri aliquo vitio: Tale mediocre vitium esset, si judices eum absolverent vel propter gratiam, vel propter cognationem, vel propter alia rectè facta: itaq; hoc de tribus præcedentibus tanquam genus vitii, singulis speciebus correspondens intelligendum; sed omnino si absolvetur, absolvetur cũ maximo vitio corrupti judicii.

Ejus vitia sublevata: Causa ejus tam mala, adjuta, & absoluta.

Per gratiam conetur: Nemo audebit petere gratiam pro ipso, cùm objici videat ejusmodi res.

Habeo autem certam viam: comminatio ad terrendos adversarios, corruptores, & corruptos.

Inve-

qua omnes illorum conatus investigare & consequi possim. Ita res à me agetur, ut in eorum consiliis omnibus non modò aures hominum, sed etiam oculi populi Romani interesse videantur. Vos aliquot jam per annos conceptam huic Ordini turpitudinem, atqué infamiam delere, ac tollere potestis. Constat inter omnes, post hæc constituta judicia, quibus nunc utimur, nullum hoc splendore, atqué hac dignitate consilium fuisse. Hîc siquid erit offensum, omnes homines non jam ex eodem Ordine alios magìs idoneos, quod fieri non potest, sed alium omninò Ordinem ad res judicandas quærendum arbitrabuntur.

Adhortatio ad judices.

Investigare: Verbum à venatoribus per Metaphoram tractum, qui per vestigia feras quærendo inveniunt: significat quærendo invenire, ut apud Terentium: *Nihil tam difficile, quin quærendo investigari possit.*

Ut non modò aures: Ut non tantùm audiant, sed quodammodò videant omnia, quæ à me agentur, & describentur.

Post hæc constituta judicia: à tempore, per hos X. nimirum annos, quibus Senatoria judicia Syllæ legibus constituta sunt.

Nullum hoc splendore: Nullum ita splendidum, & tantæ dignitatis. Eleganter Cicero adhibet ablativos in substantivis laudum locô genitivi.

Quod fieri non potest: Hic à judicibus benevolentiam captat: cùm verô subjungit.

Sed alium omninò ordinem: metum injicit mutandorum judiciorum. Ita duabus causis impellit eos ad severè judicandum.

Qua-

tur. Quapropter primùm ab Diis Immortalibus, quod ſperare mihi videor, hoc idem, judices, peto, ut in hoc judicio nemo improbus, præter eum, qui jam pridem inventus eſt, reperiatur: deinde, ſi plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc populo Romano, judices, confirmo, vitam Mehercule mihi priùs, quàm vim, perſeverantiamqué ad illorum improbitatem perſequendam defuturam. Verùm, quod ego laboribus, periculis, inimicitiisqué meis tum, cùm admiſſum erit dedecus, ſeverè me perſecuturum eſſe polliceor; id ne accidat, tu tuâ ſapientiâ, auctoritate, diligentiâ, M. Glabrio, potes providere. Suſcipe cauſam judiciorum: ſuſcipe cauſam ſeveritatis, integritatis, fidei, religionis; ſuſcipe cauſam ſenatûs,

PERORATIO. *Obteſtatio & Apoſtrophe ad Deos.*

Geminatio.

Periodus bimembris cum inciſis, Diſſolutio.

Membratim Repetitio.

Quapropter primùm: Incipit peroratio, in qua Cicero promiſsâ ſeveritate, & conſtantiâ in Verrem, aut in alios cives improbos, hortatur M. Glabrionem Prætorem ad ſeveritatem, integritatem, fidem religionem, adjunctâ majorũ ipſius laude, deinde ſuum officiũ ſignificat, ſe non paſſurum diutiûs hoc judiciũ differri. 2. Se novo genere ob dictas per totã orationẽ cauſas uſurum, & teſtes in hac accuſatione ſtatim ad ſingula crimina accomodaturum.

Mehercule: Adverbium jurandi: Ita me Hercules, ſubaudiatur: juvet.

Potes providere: Ne quis eorum, qui tibi in conſilio adſunt, corrumpatur.

Suſcipe: Adhortatio gravis; age, quod agis, & cogita te ſuſcipere ſimul cum hac cauſa cauſam judiciorum, juſtitiæ, fidei, Senatûs &c.

Ut

Ab adjunctis. *Traductio.* tûs, ut is hoc judicio probatus cum populo Romano, & in laude, & in gratia esse possit. Cogita, qui sis, quo loco sis, quid dare populo Romano, quid reddere majoribus tuis debeas: fac, tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem, qua lege populus Romanus de pecuniis repetundis, optimis judiciis, severissimisquè judicibus usus est. Circumstant te summæ auctoritates, quæ te oblivisci laudis domesticæ non sinant: quæ te dies, noctesquè commoneant,

Ut is hoc judicio probatus: Ut, velut apparet in igne, quod aurum sit bonum: ita in hoc judicio Senatus appareat probus, & integer.

Cum populo Romano, & in laude, & in gratia: Qui Senatus nunc est in infamia, & in odio, quia judicia malè, & flagitiosè administrantur, ut denuò laudetur, in gratia, & auctoritate sit apud populum, tu effice.

Cogita, qui sis: Nēpe Prætor quòd sis; adducit ei argumēta ab adjūctis optima, maximaq; ut in fide, & justitia cōservet.

Quo loco sis: Summa dignitate; *locum* pro dignitate usurpat alibi quoquè.

Quid dare pupulo Romano: Qui tibi Præturā mandavit.

Quid reddere majoribus tuis: Quam ab iis laudem accepisti, eandem redde.

Paterna legis Aciliæ: M. Acilius Glabrio pater hujus Glabrionis legē tulit de pecuniis repetundis severissimā, ut qua ne comperēdinari quidē liceret reū; ea lex à nomine Acilii Acilia dicta est, sicut cæteræ leges ab aliis nomē acceperūt: Lex Julia, à Julio Cæsare, Porcia, à Porcio Catone &c.

Usus est: Propter hanc legem populus expertus est magna severitate hæc judicia exerceri.

Circumstant te summæ authoritates: Habes majores, & cōsangvineos in summa authoritate constitutos, à quibus ne degeneres, cave; habes Patrem, avum, socerum: huic enume-

neant, fortiſſimum tibi patrem, ſapientiſſimum avum, graviſſimum ſocerum fuiſſe. Quare ſi Glabrionis patris vim, & acrimoniam cæperis ad reſiſtendum hominibus audaciſſimis: Si avi Scævolæ prudentiam ad proſpiciendas inſidias, quæ tuæ, atqué horum famæ comparantur: Si ſoceri Scauri conſtantiam, ut ne quis te devera, & certa poſſit ſententia dimovere: intelliget populus Romanus, integerrimo, atqué honeſtiſſimo Prætore, delectoq; Conſilio, nocenti reo magnitudinem pecuniæ plus habuiſſe momenti ad ſuſpicionem criminis, quâm ad rationem ſalutis. Mihi certum eſt non 18.

Diſtributio partium, & ratio cuilibet ſubjecta.

Periodus bimembris amplificata.

Similiter cadens.

commerationi ſubjungit dein laudem cujuslibet propriam adjunctis eorum nominibus.

Fortiſſimum Patrem: M. Acilium Glabrionem, cujus fortitudo conſiſtebat in vi, & acrimonia reſiſtendi hominibus audacibus.

Sapientiſſimum avum: Scævolam avum maternum: nam Glabrio gentis Aciliæ; Scævola Mutiæ fuit; hinc Mutii Scævolæ. Iſte Scævola fuit Juris conſultiſſimꝰ, de quo alibi Cicero dicit, ejus domum fuiſſe totius oraculum civitatis.

Graviſſimum ſocerum: Scaurum nempe, alibi quoque à conſtantia laudatum, quæ virum gravem facit, non levem, non facilè à ſententia dimovendum.

Delectoq; conſilio: Id eſt: lectiſſimis, & maximè eximiis judicibus.

Magnitudinem pecuniæ: Patebit, quôd ſub tali Prætore, talibus judicibus, magna rei pecunia plûs eum inducat in ſuſpicionem, quòd verè ſcelerum reus, ac nocens ſit, quòd multùm rapuerit, quàm ut inde juvetur, & ſalutem obtineat,

Non

Synonymia cum varietate dictionis.

committere, ut in hac causa Prætor nobis, consiliumq; mutetur; non patiar rem in id tempus adduci, ut Siculi, quos adhuc servi designatorum Coss: non moverunt, cùm eos novo exemplo universos arcesserent, eos tum lictores Consulum vocent: ut homines miseri, anteà Socii, atqué amici populi Romani, nunc servi ac supplices, non modò jus suum, fortunasqué omnes eorum imperio amittant; verùm etiam deplorandi juris sui potestatem non habeant. Non sinam professò, causâ à me peroratâ, XL. diebus interpositis, tum

Ad miserationem.

Non committere: Variè significat hoc verbum, sed hìc idem, quod *permittere.*

Quos adhuc servi: Qui hactenus non fuerunt territi à servis Consulum missis. Mentionem facit illius rei, quam de Metello suprà monstraverat, quòd Siculos domum arcessitos terrere voluerit.

Lictores Consulum: Varii erant Ministri Consulum, & Magistratuum Romanorum, qui omnes apparitores dicebantur, quia apparere, & præstò esse debebant Magistratuũ imperio: erant nẽpe scribæ, præcones, lictores, servi publici, carnifices. Lictores, de quibꝯ hic, putantur inde dicti, quòd ligarent, & vincerent reos. Isti præferebant Cõsulibꝯ fasces, sive secures, quibus fasciculi Virgarum erant alligati; isti submovebant populum. Cùm ergo Servi publici illi essent, qui non Consulibus tantùm, sed omnibus Magistratibus apparuerunt, hi à Consulibus missi non habebant singularem authoritatem, majorem autem lictores: adeòq;, inquit Cicero, non permittam, ut qui terreri se passi non sunt à servis, porro terreantur à lictoribus Consulum, eorumq; authoritate omnia sua amittant.

XL. diebus interpositis: A nonis Sextilibus, quo die agi cœpta est Causa, ad ultimum diem ludorum Romanorum, ut

tum nobis deniqué respondeant, cûm accusatio nostra in oblivionem diuturnitate adducta sit: non committam, ut tum res judicetur, cùm hæc frequentia totius Italiæ Româ discesserit: quæ convenit uno tempore undiqué Comitiorum, judiciorum, censendiqué causâ. Hujus judicii, & laudis fructum, & ostensionis periculum vestrum: laborem, solicitudinemqué nostram: scientiam, quid agatur, memoriamqué, quid à quoqué dictum sit, omnium puto esse oportere. Faciam hoc non novum, sed ab iis, qui nunc Principes nostræ civitatis sunt, antê factum, ut testibus utar statim; illud à me novum, judi-

Incisa.

Zeugma.

Contraposita.

ut suprà, quòd si ergo committeret Cicero, ut post 40. dies, quàm causam ipse perorâsset, à patronis rei primùm responderetur, hoc spatio, & hac diuturnitate dierum, accusatio in oblivionem adducta fuisset.

Cùm hæc frequentia: Plebi rusticæ, & civibus Romanis undequaq; convenientibus hoc tempore comitiorum, ludorum &c. voluit Cicero notum esse exitum judicii.

Censendiq; causâ: Convenire debebant Romæ omnes illi, qui ad civitatẽ Romanam pertinebant, saltem quintô annô, ut facultates eorũ æstimarẽtur, & redigerentur in cẽsus: quòd idem etiam dicitur: *profiteri de suis bonis apud Censores.*

Hujus judicii, & laudis: &c. vos Judices habebitis ab hoc jùdicio laudem, si bene: offensionem, si malè agatis; ego habeo laborem, & solicitudinem: cæteri omnes debent scire, meminisse, intelligere, quid à singulis fiat.

Qui nunc Principes nostræ civitatis: Viri alii, Consulares, ut L. Licinius, M. Licinius id ipsum jam olim egerunt,

judices, cognoſcetis, quòd ita teſtes conſtituam, ut crimen totum explicem: ubi id interrogando, argumentis, atqué oratione firmavero, tum teſtes ad crimen accomodem; nihil inter illam uſitatam accuſationem, atqué hanc novam interſit, niſi quòd in illa tunc, cùm omnia dicta ſunt, teſtes dantur: hîc in ſingulas res dabuntur: ut illis quoqué eadem interrogandi facultas, argumentandi, dicendiqué ſit. Si quis erit, qui perpetuam orationem, accuſationemq; deſideret, altera actione audiet. Nunc id, quod facimus, ea ratione facimus, ut malitiæ illorū

Geminatio.

con-

runt, & teſtibus ad ſingula crimina in accuſando L. Cotta ſtatim uſi ſunt.

Ut crimen totum explicem: Senſus hic videtur eſſe; ita teſtes conſtituam, ut, cùm eos interrogabo, omnes cujusq; criminis partes explicem: ut, ubi crimen totum interrogatione, argumentis, oratione firmavero, tum eosdem teſtes ad crimen accommodem, & Hortenſio defenſori interrogandos tradam: ut pòſt interrogationem ipſe quoq; argumentandi, ac dicendi facultatem habeat.

Ut illis quoq;: Qui Verrem defendent, eadem ſit, quæ mihi, facultas argumentandi, ſed ſtatim, & ut dicitur, ſtante pede.

Altera actione audiet: In judicio repetundarū Lege Glaucia jubebatur, ut bis ageretur cauſa, hoc ordine: actione prima primus accuſatori ad dicendum locus dabatur: tū defenſor reſpondebat. Actione verò altera prior locus erat defenſoris, poſterior accuſatoris. Cùm igitur ait: *actione altera*, ſuam poſteriorem accuſationem, dictâ jam bis à defenſore cauſâ ſignificat.

Occur-

consilio nostro occurramus, necessariò fieri intelligat. Hæc primæ actionis erit accusatio. Dicimus, C. Verrem, cùm multa libidinosè, multa crudeliter in cives Romanos, atqué in socios, multa in Deos, hominesqué nefarié fecerit, tum præthereà quadringenties sestertiûm ex Sicilia contra leges abstulisse. Hoc testibus, hoc tabulis, privatis, publicisqué auctoritatibus ita vobis planum faciemus, ut hoc statuatis, etiam si spacium ad dicendum nostro commodo, vacuosqué dies habuissemus, tamen oratione longâ nihil opus fuisse.

Capita accusationis:

Repetitio.

*Occurramus, necessario &c.*Cape hunc sensum: qui perpetuam orationem desiderat, intelligat,id,quod facimus, necessariò fieri, ut malo eorum consilio meliore occurramus.

Cùm multa libidinosè: à specie cœpit,& subjunxit genus, dicendo posteà: *in Deos, atq; homines*, quia hic augere, & ascendere vult.

*Quadringenties Sestertiûm:*Cicero in Divin:dixerat *sestertiûm millies abs te* repetit Sicilia: ergo alia,& minor hic summa ponitur, vel ideo, quòd in Divinatione per auxesin, & nondum juxta solidas rationes accusationis locutus sit, vel quòd tum simul computaverit etiam id, quod Sicilia repetere ab eo poterat in duplo,vel quadruplo propter enormia alia damna, & propter leges, quæ tum insuper condemnabant ad mulctam. Hæc summa conficit decies centena millia aureorum gallicorum,nam *quadringenties centena millia sestertiûm* legendum est.

Vacuosq; dies: Qui ludis non occupabuntur.

ACTIO PRIMA

EVENTUS.

Non hic finitur prima actio; inducti enim sunt à Cicerone testes, & cætera ad singula crimina probanda, quæ quidem in oratione conscribere nullius fuit elegantiæ. Hoc agendi modo, tantisq; rebus stupefactus Hortensius, defensionem omisisse dicitur: Verres autem in exilium abiisse. Cicero metuens, ne tantum negotium pœnè tacitum præteriret, finxit Verrem comperendinationi præstò fuisse, iterum defensum, iterum accusatum, ut quemadmodum victoriæ consuluerat brevitate dicendi, ita laudem eloquentiæ tanquam repetitâ accusatione consequeretur. Hac de causa reliquos accusationum libros conscripsit.

Analysis Ethica & Politica.

De avaritia & pecuniæ studio. *Nihil est tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ possit. Item, ingentes divitiæ judiciorum religionem, veritatemq; perfringunt. Nemo pecuniosus, quãvis sit nocens, facilè damnari solet. Magnum in pecunia præsidium est.*

Dissimulatio. *Vir prudens solet animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare.*

In Cicerone exemplum est innocentiæ, integritatis, & abstinentiæ; quia divitiis, & pecuniis se à Verre corrumpi passus non est.

In Verre contrarium est exemplum hominis flagitiosi, depeculatoris, qui ex Sicilia provincia per furta, & rapinas corrasit decies centena millia coronatorum, hoc est: decem tonnas auri.

Nulla laus est, ibi esse integrum, ubi nemo, qui aut possit, aut conetur corrumpere.

In Politico, & eo, qui in Magistratu versatur, debet esse vis, & acrimonia ad resistendum audaciæ: prudentia ad prospiciendas insidias: & constantia, ne de vera & certa sententia possit deduci.

VER-

VERRINA IV.

Sive

ACCUSATIONIS IN C. VERREM LIBER II.

De Jurisdictione Siciliensi.

ARGUMENTUM.

INter libros accusationis Verrinæ conscriptos à Cicerone, eminent hic secundus de Jurisdictione Siciliensi, qui & ad accusationem hanc potissimùm spectat. Quæ res in Libro primo expositæ sunt, magis adjuvant accusationem, quàm ipsæ sint principales; exponuntur enim anteacta, id est: ea crimina, quæ Verres ante Præturam Siciliensem in Questura, in Legatione, & Prætura urbana commisit. Ad id jam venit, unde tota ducta est causa, ad crimina Præturæ Siciliensis, quæ per personas læ-

ſas, & res malè actas demonſtrat. Partes ſingulæ, quæ permultæ ſunt, patebunt legenti, atq; hîc enumerari non poſſunt.

Quæſtio eſt in genere Judiciali, an C. Verri Siciliæ Prætori tam criminoſo ſit parcendum?

Diviſio Orationis.

EXORDIUM. REddit Judices benevolos,& attentos; ſuam enim probat diligentiam, ac fidem erga Siculos; oſtendit ſimul ſe civium Romanorum cauſam ſuſcepiſſe,& Ordinis Senatorii, utpote cujus maximè interſit, firmum accuſatorem contra talem reum exire. Adhibet præteritionem aliorum criminum; digreditur in laudem Siciliæ.

PROPOSITIO. Verri Siciliæ Prætori non parcendum; quia ipſe dum eſſet Prætor, nulli homini, aut rei pepercit: ſed omnium communis hoſtis, prædoq; fuit.

NARRATIO & CONFIRMATIO. Narrationis, & Confirmationis 4. partes ſunt, quibus probatur Verrem nemini temperâſſe, vel pepercisse. 1. De rebus cognitis, & judicatis, judiciisq; datis ob pecuniam; & de rerum capitalium Quæſtionibus. 2. De vendita jurisdictione, & venditione honorum. 3. De ſtatuis. 4. De Publicanorum cum Verre in furtis colluſione.

PERORATIO. Fit per Apoſtropham, & Digreſſionem ad Hortenſium, ut deſiſtat reum tam ſceleratum defendere; non enim habiturum inde gloriam, ut olim Craſſi, & Antonii celebres Oratores; ſed dedecus & infamiam.

ORA-

ORATIO.

Multa mihi necessariò, judices, prætermittenda sunt, ut possim aliquando de iis rebus, quae meae fidei commissae sunt, dicere. Recepi enim causam Siciliae; ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Ego tamen hoc onere susceptô, & receptâ causâ Siciliensi, amplexus animô sum aliquantò amplius. Suscepi enim causam totius Ordinis, suscepi causam populi Romani, quòd putabam tum deniqué rectè judicari posse, si non modò reus improbus adduceretur, sed etiam dili-

I. *Præteritio.*

Conduplicatio.

Multa mihi: In hoc exordio statim ad rem accedit, tanquam in causa nota, & quia in hac ipsa causa jam aliæ orationes præcesserunt; colligit tamen benevolentiam à sua fide, à diligentia, ab eo, quòd hæc causa conjuncta sit cum judicibus ex ordine Senatorio, & cum populo propter infamiam judiciorum, & quia populus aliàs jure desiderat, judicia ad alios transferri. Digreditur dein in laudem Siciliæ, ut apud Judices Siculi plùs auctoritatis habeant in sua causa, & ipse Orator plus attentionis, & benevolentiæ in reliqua contentione.

Amplexus animô sum: Ad majora erexi animum, ita, ut non solùm velim agere causam Siciliæ, sed totius Ordinis, & populi Romani.

Totius Ordinis: Senatorii.

Tum deniq;: quasi factum anteà non esset, ut diligens, ac firmus accusator ad judicium veniret; defuêre enim idonei accusatores, cùm accusarent adolescentes, & quadruplatores.

Relata. diligens, & firmus accusator ad judicium veniret. Quò mihi maturiùs ad *Polysyndeton.* Siciliæ causam veniendum est, relictis *Adjunctio.* cæteris ejus furtis, ac flagitiis, ut & viribus quàm integerrimis agere, & ad dicendum temporis satis habere pos- *Incisa.* sim. Atquè adeò, antequàm de incommo- *Similiter cadentia.* dis Siciliæ dico, pauca mihi videntur esse de provinciæ dignitate, vetustate, utilitate dicenda. Nam cùm omnium So-

Diligens: Qui causam diligenter ageret, crimina quæq; pro sua fide ita persequeretur, ne reum elabi nocentem sineret.

Firmus: Qui solidè rem agat; corrumpi non possit.

Quò mihi maturius: Quo eleganter ponitur absolutè cum comparativis: *quò nobis gratior tua liberalitas: quò mihi indignius videtur:* significat & *ideò.*

Quàm integerrimis: Quàm eleganter ponitur cum superlativis; *quàm celerrimè mihi librarius mittatur.*

Temporis satis: viginti dies accusatori dabantur ad agendum; plus temporis ad inquirendum; interdum brevius tempus præfiniebatur.

Antequam: ad majorem Siciliæ commiserationem est, si quàm florens, & laude digna fuerit provincia Sicilia, ostendatur priùs, antequam de illius calamitate dicatur, ut ex utriusq; statûs comparatione acerbior calamitas magisq; luctuosa videatur.

Dignitate, vetustate, utilitate: Hi loci sunt, unde laus duci debet, quos ordine, & eleganter tractat. Narrationem istam, ut numerosè scriptam laudat ipse Cicero in Oratore his verbis: *adhibenda est:* inquit, *numerosa oratio, si aut laudandum aliquid est ornatiùs, ut nos in accusationis secundo, de Siciliæ laude diximus, &c.*

Nam cùm: tum: Observandæ particulæ, & modus laudandi per comparationem.

Se

Sociorum, provinciarumque rationem diligenter habere debetis, tum præcipuè Siciliæ, Judices, plurimis, justissimisque de causis. Primùm: quòd omnium nationum exterarum Princeps Sicilia, se ad amicitiam, fidemque populi Romani applicuit, prima omnium id, quod ornamentum imperii est, provincia est appallata: prima docuit majores nostros, quàm præclarum esset exteris gentibus imperare: sola fuit ea fide, benevolentiâque erga populum Ro-

Siciliæ Laus à vetustate.

Se ad amicitiam: Populus Romanus post totam Italiam subjugatam, & in suam fidem susceptam, omnium primò inter exteros, Siculos quoq; in fidem recepit: nam cùm horum provincia obtineretur à Pœnis, Siculi auxilium Romanorum contra eos implorârunt; Romani C. Lutatio consule & Imperatore cum classe CCC. navium in Siciliam transvecti, commisso prælio Pœnos vicerunt, & teste Orosio, Punicarum navium ceperunt LXIII. demerserunt CXXV. Millia hominum in captivitatem abstraxerunt XXII. Tredecim millia occiderunt. Excesserunt dein Pœni omnes è Sicilia & paulò pôst populi Romani provincia facta est Sicilia, & à Prætoribus administrata, quorum primus fuit, teste Panvinio, C. Flaminius, creatus annô Urbis DXXVII.

Provincia est appellata: Provinciæ nomen tribus modis accipitur: 1mò pro regione, quam aut armis devictam, aut quocunq; modo in potestatem adductam populus Romanus Magistratui suo administrandam subjecit, ita, ut dein regio illa jus provinciale Romanorum consequeretur. 2dò accipitur sæpè pro quacunq; regione, in qua bellum Romanus Imperator administrârit. 3tiò pro quacunq; publici muneris procuratione; hic accipitur primò sensu.

à fide & constantia. Romanum, ut civitates ejus Insulæ, quæ semel in amicitiam nostram venissent, nunquam posteà deficerent: pleræqué autem, & maximè illustres in amicitia perpetuò manerent. Itaqué *Metaphora. Polysyndeton.* majoribus nostris in Africam ex hac provincia gradus imperii factus est. *Definitio.* Nequé enim tam facilè opes Carthaginis tantæ concidissent, nisi illud & rei frumentariæ subsidium, & receptacu-
2. lum classibus nostris pateret. Quare P. Africanus Carthagine deletâ, Siculorum urbes signis, monumentisqué pulcherrimis

Ejus Insulæ: Insula enim est in Tyrrheno mari, Sicania à Thucydide dicta, frumenti adeò ferax, ut non immeritò olim Romani imperii horreum fuerit appellata; dicitur & Trinacria.

Majoribus nostris in Africam: Pulsis ex Sicilia Pœnis, pacatâq; provinciâ populus Romanus duce Attilio Regulo, primùm in Africam belli terrorem convertit, & paucis diebus Clypeam civitatem maritimam, itemq; ampliùs CCC. Castella subjugavit, posteà Carthaginenses ipsi, qui Africam ferè totam obtinebant, subacti. Adjunctæ cum tempore Romanis provinciæ plurimæ, Achaja, Asia, Cilicia, Corsica, & Sardinia, Creta, Cyprus, Gallia Comata, Gallia Narbonensis, Hispania citerior, & ulterior, Illyricum, Lycia, Macedonia, Mauticania, Numidia, Syria &c. Ex his omnibus tamen provinciis prima fuit Sicilia. Vide Romanorum potentiam.

Neq; enim tam facilè: Sicilia multùm juvit ad Africam expugnandam, quia & fuit horreum, unde frumentū accipi poterat, & receptaculum nostrarum classium. *Pateret* pro *patuisset.*

P. Africanus: Magnus, qui vicit Annibalem, & primus nomine victæ à se gentis Africanus appellatus; *hujus deinde exemplò*, ut ait Livius: *nequaquam victoriâ pares insignes*

rimis exornavit: ut, quos victoria populi Romani maximè lætari arbitrabatur, apud eos monumenta victoriæ plurima collocaret. Deniqué ille ipse M. Marcellus, cujus in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidemqué cæteri Siculi perspexerunt, non solùm Sociis in eo bello consuluit, verùm etiam superatis hostibus temperavit. Urbem pulcherrimam Syracusas, quæ cùm manu munitissima esset, tum loci naturâ, terrâ, ac mari claudebatur, cùm vi, consiliôqué cepisset, non solùm incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam, ut esset idem monumentum victoriæ, mansvetudinis, continentiæ; cùm homines viderent, & quid expugnâsset, & quibus pepercisset, & quæ

Relata. Similiter cadens. Adjunctio. Dignitas Siciliæ ab æstimatione M. Marcelli.

Dissolutio. Polysyndeton. Similiter cadens & des.

signes imaginum titulos, claraq; cognomina familiæ fecêre. h.e. alii quoq; Victores, non quidem tanti, se & familiam suam à devictis populis compellârunt.

Exornavit: Restituens ea, quæ olim Victores Pœni abstulerant, fusiùs de hac re ipse Cicero L. IV. de signis.

M. Marcellus: Hic Imperator cùm esset, vicit, cepitq; Syracusas, & victis pepercit.

Temperavit: Vetusta locutio, pro *ab hostibus tẽperavit:* vel hostibus pepercit.

Syracusas: Hanc urbẽ fusê describit Cicero in Lib: V. N. 10. accusationum Verrinarum.

Cum vi cõsiliõq; cepisset: Captæ sũt à M. Marcello Syracusæ noctu, operâ, & consilio transfugæ cujusdã, à quo illi nũtiatũ est, Diem festũ Dianæ in urbe per triduum agi, & quòd alia in obsidione deessent, vino largiùs epulas celebrari. *Livi 9.*

Ornatam: Signis, monumentisq; pulcherrimis.

Tan-

Traductio. quæ reliquisset. Tantum ille honorem Siciliæ habendum putavit, ut ne hostium quidem urbem ex Sociorum insula tollendam arbitraretur. Itaqué ad omnes res Siciliâ provinciâ semper usi sumus, ut quidqud ex sese posset efferre, id non apud eos nasci, sed domi nostræ conditum jam putaremus. Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultrò pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Itaqué ille M. Cato Sapiens cellam penariam reipublicæ nostræ, nutricem ple-

Laus ab utilitate.

Repetitio.

Definitiones.

Tantū ille honorē: Conclusio amplificationis,& argumēti. M. Marcellus pepercit Syracusis,ornavit Syracusas,urbem tunc hostilem;ergo hoc ex æstimatione Siciliæ.

Itaq; ad omnes: Nunc de Insulæ utilitate, quæ erat extrema, in partitione posita,commemorat.

Ex sese posset efferre: Tanta est Siculorum liberalitas, ut, quod apud se natum est,id non sit ab iis petendum; continuò enim ad nos advehunt, atq; adeò ea omnia apud nos condita sunt, atq; asservata.

Quando illa frumentum: Omne genꝰ pensitationis ab ipsis habemus, *canonis,oblationis,indictionis.Canon* frumentarius est frumentum,quod per modum decimæ,vel alterius obligationis penditur: *quod debetur. Oblatio,* est donum gratuitum, ultrò *pollicita indictio* est tributum extraordinarium,certis de causis impositum, *quod inperaretur*, unde *indictio Romana:*

M. Cato sapiens: De quo in superiore Oratione multa.

Cellam penariam: in qua penus, sive esculenta, & poculenta ad usum asservantur;in eundem modum suprà diximus, Siciliam horreum Romanorum fuisse compellatam.

Ita-

plebis Romanæ Siciliam nominavit. Nos verò experti sumus, Italico maximo, difficillimoqué bello, Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo majorum vetere, ac referto fuisse. Nam sine ullo sumptu nostro, coriis, tunicis, frumentoqué suppeditato, maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit. Quid illa, quæ forsitan ne sentimus quidem, judices, quanta sunt? quòd multis locupletioribus civibus utimur? quòd ha-

Dissolutio. Incisa.

3.

Repetitio.

Italico maximo &c. Causam hujus fuisse belli scribunt Appianus, Livius,& alii non imperatam à S.P.Q.R. civitatem, seu jus civium R. cujus magno studio Italici omnes tenebantur,ob eamq; causam defecisse omne Latiũ, Picenũ,Etruriam,Campaniã,& omnẽ propè Italiã, bellũq; sibi calamitosum, & exitiale populo Romano intulisse.

Sed pro ærario: Non modò commeatum, sed etiam pecuniam suppeditâsse.

Majorum vetere ac referto: Intelligit ærarium illud, quod ex tributis, vectigalibus, ac præda bellica colligebatur,unde pecunia, poscentibus reipublicæ rationibus quotidie promebatur: quò cùm intulisset L. Paulus devictâ Macedoniâ ter millies, id est: Scutatorum tricies centena millia, magna tamen,hæc dicente Cicerone,ejus ærarii fuit inopia, credo propter maximos bellorum sumptus.

Coriis: Quæ adhibebantur ad tabernacula, ad clypeos, ad vestes.

Quid illa: Formula transitionis.

Ne sentimus quidem: Sunt aliqua commoda, quæ non tam apertè sentimus, & intelligimus, nisi in effectu, & per consequentia.

Locupletioribus civibus: Quòd habemus cives valdè multos divites,quandoquidẽ mercatores in provincia fructuo-

habent propinquam, fidelem, fructuosamqué provinciam, quò facilè excurrant? ubi libenter negotium gerant? quos illa partim mercibus suppeditandis cum quæstu, compendioqué dimittit: partim retinet, ut arare, ut pascere, ut negotiari libeat, ut deniqué sedes ac domicilium collocare. Quod commodum non mediocre populi Romani est: tantum civium numerum, tam propè ab domo, tam bonis, fructuosisquê rebus detineri. Et quoniam quasi quædam prædia populi Romani sunt vectigalia nostra, atqué provinciæ, quemadmodum propinquis vos vestris prædiis

Polysyndeta. Similiter cadens. Incisa. Ab adjunctis.

Geminatio.

Adjunctio.

Similitudo.

ctuosa, & propinqua tam utiliter negotiantur.

Quò facilè excurrant: mercatores nempe, quos illa suppeditatis mercibus cum quæstu compendioq; dimittit, cum magno lucro.

Negotium gerant: Negotiatores, id est: decumani, aratores, pecuarii, cæteriq; publicani, ac vectigalium redemptores, qui in ea provincia sedes, ac domicilium collocant.

Tam propè ab domo: Tam propè domum: ita usurpatur propè cum ablativo, pro *non procul*, ut alibi Cicero: *tam propè ab Sicilia.*

Et quoniam: Sicut quilibet privatus magnopere delectatur vicinis suis prædiis, & villis, tanquam valdè commodis: ita delectamur vicinâ Siciliâ, quæ populo Romano est per modum prædiorum, & tanquam suburbanum.

Vectigalia: Inter vectigalia, & tributa Romanis pendi solita hoc est discrimen, quòd tributum esset pecunia populo imperata, quæ tributim à singulis pro portione censûs exigebatur. Vectigal ea pecunia, quæ alio quocunq; nomine exigebatur, ut pro mercibus, rebus emptis, venditis, &c.

S ubur-

diis maximè delectamini: sic populo Romano jucunda suburbanitas est hujusce provinciæ. Jam verò hominum ipsorum, judices, ea patientia, virtus, frugalitasque est, ut proximè ad nostram disciplinam illam veterem, non ad hanc, quæ nunc increbuit, videatur accedere. Nihil cæterorum simile Græcorum, nulla desidia, nulla luxuria: contrà summus labor in publicis, privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia. Sic porrò nostros homines diligunt, ut his solis neque publicanus, neque negotiator odio sit. Magistratuum autem nostrorum injurias ita multorum tulerunt, ut nunquam ante

Laus Siciliæ ab incolis, & incolarum laus à virtutibus.

Contraria.
Relata.
Traductio.
Incisa.

Suburbanitas: Metaphoricê, propter eâ, quia sicuti suburbanũ est prædium urbi vicinũ, ita Sicilia Romæ vicina.

Jam verò: hactenus insulæ laus fuit: sequitur laus incolarum, eaq; triplex, à disciplina, ab amore erga Rom: & à tolerantia injuriarum, quæ item redundant in laudem Siciliæ.

Frugalitas: Id est: modestia, & temperantia.

Illam veterem: Bonam consvetudinem.

Quæ nunc increbuit: Non ad illam malã, quam nunc suscepit vita hominum, consvetudoq; communis.

Simile Græcorum: Non ut alii Græci, qui passim erant dediti levitati, vanitati, otio, cessationi, luxuriæ; ita, ut alibi pro eodem sumat Cicero *Græculum, atq; otiosum;* in Orat: pro Sextio.

Neq; publicanus, neq; &c. Odiosissima hæc aliàs erant Romanorum hominum per provincias nomina, uti patet ex S. Evangelio. Quis *publicanus*, dicitur alibi.

Nostrorum injurias: Laudantur Siculi à fide, & amore

Metaphora. ante hoc tempus ad aram legum, præsidiumque vestrum publico consilio confugerint. Tametsi, & illum annum

Polysyndeton. pertulerant, qui sic eos afflixerat, ut salvi esse non possent, nisi C. Marcellus

Metonymia. quasi aliquo fato venisset, ut bis ex eadem familia salus Siciliæ constitueretur: & posteà M. Antonii infinitum illud imperium senserant. Sic à Majoribus suis acceperant, tanta populi Rom: in Siculos esse beneficia, ut etiam injurias nostrorum hominum perferendas putarent.

In

re erga Romanos elucente in tolerantia injuriarum; atq; iidem Siculi pertulissent etiam Verrem, si is humanô modô peccâsset.

Ad aram legum: Hoc est: sanctissimas leges. Eleganter duplex substantivum. Est similitudo, quia sicut ad aram confugiunt miseri, sic ad leges Romanas Siculi.

Publico consilio: Cuncti, publicè, unanimi voluntate.

Illum annum pertulerunt: Ita tolerantes fuêre, ut nunquam anteà publico consilio accusationem instituerint, quamvis sub M. Lepido Prætore difficillimum annum habuerint, & posteà etiam senserint infinitum illud M. Antonii Imperium. Et Lepidus quidem Prætor sic eos afflixerat, ut fuissent perditissimi, nisi successor tam bonus venisset C Marcell9; qui Marcelli jam altera vice Siculos salvârunt, & primus quidem Marcellus hujus proavus conservavit victor Syracusas; hic pronepos Magistratu suo bono Siculos recreavit, ergo bis ex eadem familia illis salus obvenit.

Et posteà: Particula *&* facit figuram polysyndeti, trahendaq; est ad superiora: *Et illum annum, & posteà &c.*

M. Ant. infinitum imperium: Infinitum ejus imperium vocat, quia Senatus ei imperium dederat totius oræ maritimæ usq; ad quinquagesimum millarium à mari, qui Siciliam, & multas provincias depopulatus, ad po-

stre-

In neminem civitates ante hunc testimonium publicè dixerunt. Hunc denique ipsum pertulissent, si humanô modô, si usitatô more, si denique uno aliquo in genere peccâsset. Sed cùm perferre non possent luxuriem, crudelitatem, avaritiam, superbiam: cùm omnia sua commoda, jura, beneficia Senatûs, populiqué Romani unius scelere ac libidine perdidissent: hoc statuerunt, aut istius injurias per vos ulcisci, & persequi: aut si vobis indigni essent visi, quibus opem, auxiliumqué ferretis, urbes ac sedes suas relinquere, quandoquidem agros jam antè istius injuriis exagitati reliquissent. Hoc consilio à L.Metello

Reditus à laude Siciliæ.

Repetitio. Dissolutio. Enumeratio. Similiter cadētia. Auxesis.

Dilemma.

strenuum inferens Cretensibus bellum morbô interiit, postquam nimis arroganter se gessit.

In neminem Civitates: Redit à digressione ad accusationem Verris, & hoc Syllogismo connectat: *Si Verres humanô modô peccâsset, etiam ipsum pertulissent Siculi; Sed non peccavit humanô modô, nec uno aliquo genere;*
Ergo perferre non potuerunt.

Hunc deniq;: Propositio.

Sed cùm: Assumptio.

Beneficia Senatûs: Ut legibus possent uti Hieronis olim Regis sui; nam aliàs victis hostibus, vel receptis in potestatem, novæ leges à populo Romano per decem Legatos mittebantur.

Injuriis exagitati: Non tantùm simpliciter vexati, sed suis possessionibus exturbati.

Hoc consilio, hoc animo, hoc commoti dolore: Synonyma per repetitionem, ut rem fortiùs urgeat.

A L.Metello: hic fuit successor Verris; rogârunt ergò eum, ut citò veniret, quò citiùs ipsi Verre liberarentur.

Apud

Repetitio. tello legationes universæ petiverunt, ut quamprimùm isti succederet. *Synonyma.* Hoc animo toties apud Patronos de suis miseriis deplorârunt: hoc commoti dolore *Correctio.* postulata Consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina viderentur esse, ediderunt. Fecerunt etiam, ut me, cujus fidem, continentiamquê cognoverant, propè de vitæ meæ statu dolore, ac lacrymis suis deducerent, ut ego istum accusarem, à quo mea lon- *Correctio.* gissimè ratio, voluntasqué abhorrebat. Quamquam in hac causa multò plures *Superlativi.* partes mihi defensionis, quàm accusationis suscepisse videor. Postremò homines ex tota provincia nobilissimi, pri-

Apud Patronos: Marcellos, Scipiones, Metellos, habebant enim Provinciales hanc consvetudinem adoptandi sibi certos Patronos.

Postulata ediderunt: Petitiones suas ad Senatum Siculi per legatos miserunt, sed hæ petitiones non tam erant ad postulanda beneficia, quàm descriptiones injuriarum, & criminum Verris.

Ediderunt: Id ipsum infrà, & alibi; *postulata edere*, pro ferre, proponere palàm.

Continentiamq; cognoverant: In quæstura, qua Cicero apud eos fungebatur.

Fecerunt, ut me deducerent: Modus loquendi etiam alibi Ciceroni usurpatus, pro simpliciter *deduxerunt*.

Propè de vita: Per lacrymas suas, & dolentis animi obtestationes fecerunt, ut *propè* discederem, non tamen omnino, à vetere mea defendendi consvetudine; nam dum accuso, unum quidem accuso, defendo autem provinciam totam.

A quo: Accusando. *Pu-*

primiquè publicè, privatimquè venerunt; gravissima, atquè honestissima quæquè civitas vehementissimè suas injurias persecuta est. At quemadmodum, judices, venerunt? videor enim mihi liberiùs apud vos jam pro Siculis loqui debere, quàm forsitan ipsi velint. Saluti enim eorum potiùs consulam, quàm voluntati. Et quem existimâstis unquam ulla in provincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum? Quæstores utriusq; provinciæ, qui isto Prætore fuerant, cum fascibus mihi

Licentia.

Synæciosis.

Traductio.

Publicè, privatimq;: Vel tanquam legati publico nomine, vel privatim suas persequentes injurias.

At quemadmodum venerunt: Id est: quàm animosè contra Verrem egerint, cognoscire. Docet, quoties deterriti, & per quos, & quibus minis: accusandi tamen Verris non deposuerint voluntatem.

Saluti potiùs: Potiùs agam id, quod est pro eorum salute, quàm quod ipsi volunt; fortè enim metuent sibi, ne si talia dicam, offendantur illi, quos res concernit. Sed huic metui prævaleat eorum utilitas.

Et quem existimâstis: Num putatis aliquem reum absentem tot habuisse, qui ejus accusationem impedire conarentur, pecuniis, & omni ratione alia? &c.

Contra inquisitionem: Ne accusator deprehendat, & intelligat omnia crimina; fuêre nimirum non pauci, qui volebant impedire, & accusationem Verris, & inquisitionem Ciceronis, & deterrebant Siculos, ne dicerent, quæ contra Verrem essent. In hoc impendebant magnas opes, hoc cupidissimè urgebant.

Quæstores utriusq; provinciæ: Duos Quæstores habuit Sicilia; Lilybætanum, & Syracusanum. Uterq; se mihi

hi præstò fuerunt. Hi porrò, qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, non minùs acres contra me fuerunt. Videdete, quid potuerit, qui quatuor in una Provincia Quæstores studiosissimos defensores, propugnatoresquè habuerit: Prætorem verò, cohortemquè totam sic studiosam, ut facilè appareret, non tam illis Siciliam, quàm inanem offenderant, quàm Verrem ipsum, qui plenus decesserat, provinciam fuisse.

Antitheta. Adjunctio.

Mina-

opposuit, præstò fuit, & cum Lictoribus suis, cùmq; fascibus (nam in provincia etiam Quæstoribus erat licitum habere fasces) stetit pro Verre, contra me. Et id quoquè egerunt, qui his quæstoribus ex officio decedentibus successerunt; hi quoq; vehementer cupidi defendendi Verris contra me acres fuerunt, quia à Verre, vel Verris nomine liberaliter habiti sunt.

Istius cibariis tractati: Videtur esse allegoria à canibus, qui eos defendunt, à quibus cibos accipiunt.

Videte, quid potuerit: Vos hinc colligite, quàm potentes fuerint machinæ pro Verre adhibitæ, cùm quatuor pro se Quæstores haberet, duos, qui sui erant; duos, qui Metelli sucessoris; qui omnes studiosissimi Verris defensores fuêre.

Prætorem verò: Habuit etiam Prætorem, Metellum nempe, suis partibus addictum, cum pluribus comitibus, & tota cohorte, qui in Siciliam venerunt, non tanquam in provinciam, & officii causâ, neq; ut prædas agerent ex Sicilia, quæ exhausta jam erat, sed ut ex Verris opibus, ac facultatibus lucrum facerent, & has opes tanquam *suam provinciam:* haberent, unde ditescerent ab ipso corrupti.

Sic studiosam: Sui nempe.

Mina-

Minari Siculis, si decrêssent legationes, quae contrà istum dicerent: minari, siqui essent profecti: aliis, si laudarent, benignissimè promittere: gravissimos privatarum rerum testes, quibus nos praesentibus denuntiavimus, eos vi, custodiisque retinere. Quae cùm omnia facta sint, tamen unam solam scitote esse civitatem Mamertinam, quae publicè Legatos, qui istum laudarent, miserit. Ejus autem Legationis Principem civitatis nobilissimum, C. Hejum, jura-

Synecdoche figura.

Conduplicatio.

Similiter cadentia

5.

Mamertini Legati testimonium.

Minari Siculis: Hi ejusmodi Verris defensores minabantur Siculis, si legatos mitterent, qui contra Verrem testimonium dicerent. Ita nempe prohibebantur per legatos suam causam agere apud populumRomanũ Siculi.

Minari, siqui essent profecti: Minabantur illis, qui irent, & legationem susciperent.

Promittere: Contrà verò præmia pollicebantur iis, qui laudarent Verrem. Ad hos infinitivos per synecdochen subintelligitur verbum aliud.

Privatarum rerum testes: Eos, qui de rebus privatis magna cum authoritate testari poterant contra Verrem, incluserunt custodiæ, vel alia vi prohibuerunt ab itinere Romam instituendo.

Præsentibus denuntiavimus: Subintelligitur *testimonia*, nos ipsis denuntiavimus, ut essent testes, eos ire jussimus Romam; sed illi prohibere volebant: *denuntiare alicui* sæpè Latinis significat: *arcessere, ad se jubere, indicere, ut ad se veniat &c.*

Mamertinam: Hæc civitas eadem est, ac Messana; cùm enim Mamertini Campaniæ populi colonos Messanam misissent, & illa civitas, & cives non tam Messanenses, quàm Mamertini appellati sunt; hinc etiam Messanense vinum, Mamertinum appellavit Martialis: *Amphora Nestorea tibi, Mamertine, senecta si detur &c.*

juratum dicere audîſtis: iſti navem onerariam maximam Meſſanæ eſſe publicè coactis operis ædificatam; idemqué Mamertinorum Legatus, iſtius laudator, non ſolùm iſtum bona ſua, verùm etiam ſacra, Deosqué penates à Majoribus traditos ex ædibus ſuis eripuiſſe dixit. Præclara laudatio, cùm duabus in rebus Legatorum una opera conſumitur, in laudando, atqué repetendo. Atqué ea ipſa civitas, qua ratione illa amica ſit, dicetur certo loco. Reperietis enim, quæ cauſæ benevolentiæ ſint Mamertinis erga iſtum, eas ipſas cauſas ſatis juſtas eſſe damnationis. Alia civitas nulla, judices, publico con-

Ironia. Epiphonema.

Oppoſita. Simil: cadens.

Iſti navem: Nempe Verri.

Onerariam: Eſt navis magna, & capaciſſima, ab impoſitis magnis oneribus ita dicta.

Publicè coactis operis Mamertinorum ſumptu publico: quod utiq; illicitum;& quæ cauſa eſt,cur ipſi etiam Mamertini de repetundis agant,qui tamen miſerunt Legatos pro laudando ſuo Prætore.

Deosq; penates: Statuas elegantes Deorum ſuorum domeſticorum. Quales Dii Penates ſint. deſcribit Cicero lib:2.de nat:Deor: & ideò dictos penates ait: *quòd penes nos nati ſint*,vel quòd non *longè abſint ab hac vita*, *vel quòd penitùs inſident*, domibus nempe noſtris, &c.

Præclara laudatio: Ironia: Enim verò magna laus, & magnum horum Legatorum negotium, quando duas res ſimul agunt, & laudant Verrem, & repetunt ablata, accuſantes de repetundis.Ad hoc miſſi erant, ut laudarent Verrem, atq; ad unam hanc operam deſtinati; ſed ea opera duplex facta eſt, ſimul enim repetunt ablata.

Publico conſilio: Sui Senatûs auctoritate, & conſenſu populi.

Vis

consilio laudat. Vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines, non civitates, ut aut levissimi quidam ex miserrimis, desertissimisque oppidis invenirentur, qui injussu populi, ac Senatûs proficiscerentur, aut ii, qui contra istum legati decreti erant, & testimonium publicum, ac mandata acceperant, vi ac metu retinerentur. Quod ego in paucis tamen usu venisse non molestè fero, quò reliquae tot, & tantae, & tam graves civitates, tota deniq;

Extenuat Verris laudatores. Polysyndeton.

Periodus volubilis à concatenatis constructionibus.

Vis illa summi imperii: Quamvis maximam vim habeat summum illud imperium, quòd jam penes Metellum Prætorem Siciliæ est, tamen aliud efficere non potuit, quàm ut pauci aliqui deterrerentur, non multi, non civitates. *Summum Imperium* vocat partim ad invidiam, partim quia revera ita gubernabant Prætores, ut nemini liceret intercedere decretis eorum, & tum in privatis tum in capitalibus causis præessent.

Levissimi quidem: His minis, & imperio Metelli pauci aliqui, iiq; levissimi, & ex civitatibus tenuissimis, atq; miserrimis impulsi sunt, qui irent, & Verrē laudarēt, neq; missi tamen à populo, vel senatu. *Levissimi* etiam, quia non erant viri, in quos justus hic metus cadat.

Aut ii, qui contra istum: Alii verò, & ii pariter non multi, qui aliàs à senatu, & populo jussi erant ire Romam ad dicendum testimonium contra Verrem, hujus imperii metu retenti sunt.

Quod ego: Sed ego non adeò ægrè fero, quòd pauci hoc fecerint, cùm longè plurimi, & gravissimæ civitates neutiquam à fautoribus Verris, ac Metello Prætore se passi sint impediri, quin venirent, ac querelas afferrent.

Usu venisse: contigisse.

Traductio. niq; Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet, cùm videretis, nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi potuisse, quò minùs experirentur, ecquid apud vos, querimoniæ valerent antiquissimorum, fidelissimorumqué Sociorum.

Occupatio. Nam quòd fortasse nonnemo vestrûm audiêrit, istum à Syracusanis publicè laudari, id tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testimonio, cujusmodi esset, cognovistis, tamen vobis alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonstrabitur.

Polysyndeton. *Traductio.* 6. *Prolepsis.* Intelligetis enim, nullis hominibus quemquam tanto odio, quanto istum Syracusanis, & esse, & fuisse. At enim istum soli Siculi persequuntur: cives Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt, salvum esse cupiunt.

Plus auctoritatis: Longè vos magis movere debent tot aliæ civitates, & tota Sicilia, quàm pauci illi levissimi.

Quo minus experirentur: Nulla ratione, nullo periculo perterreri potuêre, quò minùs auderent venire, & experiri, an non querelæ suæ vim habeant apud vos contra Verrem.

Ut se res tota: Quomodo res illa se habeat.

At enim: Hactenus ostendit, quo odio Siculi erga Verrem sint: nunc sibi objicit; sed soli Siculi eum odio habent, non etiam Romani, qui in Sicilia negotiantur. Respondet huic objectioni tali Syllogismo:

Etsi Cives Romani diligerent Verrem, tamen judices Sociorū querimonias negligere non deberent, sed nō diligūt;
Multò igitur minùs querimonias negligere debent.

Pri-

unt. Primùm si ita esset, tamen vos in hac quæstione de pecuniis repetundis, quæ Sociorum causâ constituta est lege, judicioqué Sociali, Sociorum querimonias audire oporteret. Sed intelligere potuistis priore actione cives Romanos ex Sicilia plurimos, honestissimos, maximis de rebus, & quas ipsi accepissent injurias, & quas scirent aliis esse factas, pro testimonio dicere. Ego hoc, quod intelligo, judices, sic confirmo: videor mihi gratum fecisse Siculis, quòd eorum injurias meo labore, inimicitias periculo sim persecutus; non minùs hoc gratum me nostris civibus intelligo fecisse, qui hoc existimant, juris, libertatis, rerum, fortunarumqué suarum salutem in istius damnatione consistere. Quapropter de istius Prætura Siciliensi non recuso, quin ita me

Synonymia. A causa finali. Conjugata.

Minor. A testimoniis Romanorū.

Polysyndeton.

Similiter cadens. Adjunctio.

Incisa. Dissolutio.

Propositio Totius Orationis.

Primùm: Propositio Syllogismi amplificata, & probata à fine legis de repetundis, & à conjugatis.

Sed intelligere potuistis: Assumptio probata à testimoniis Romanorum, qui contra Verrem testati sunt.

Ego hoc, quod intelligo &c. Quòd & Siculi oderint, & Romani, confirmatur ex eo, quia & Siculis gratum fuit, me accusare Verrem, eorumq; causam suscipere, & Romanis, cùm viderent Romani, jura, libertatem, & bona sua conservari non posse, nisi Verres damnaretur.

Sic confirmo: Sic assero, assevero.

Meo labore: Accusandi onere suscepto.

Periculo: Quod mihi ab eorum inimicissimo homine, & hujus amicis impendet.

Quapropter: Propositio, sive totius orationis Status: hoc

Polysyndeton. *Repetitio.* *Enumeratio partium.* *Traductio.* I. PARS *de rebꝰ cognitis, & judicatis ob pecuniã, & de rerũ capitalium quæstionibus.*

me audiatis, ut si cuiquam generi hominum, sive Siculorum, sive nostrorum civium: si cuiquam Ordini, sive aratorum, sive pecuariorum, sive mercatorum probatus sit: si non horum omnium communis hostis, prædoquè fuerit: Si cuiquam deniquè ulla in re unquam temperaverit, ut vos quoquè ei temperetis. Qui, simul atquê ei sorte Provincia Sicilia obvenit, statim Romæ, & ad urbem, antequam proficisceretur, quærere ipse secum, & agitare cum suis cœpit, quibusnam rebus in ea provincia maximam uno anno pecuniam facere posset. Nolebat

hoc Syllogismo: *Si cuiquam generi hominũ Verres pepercit in Prætura Siciliensi, & non omnibus nocuit; debetis & vos illi parcere:*

Sed nulli hominũ generi pepercit, omnibꝰ nocuit &c. Assũptio probatur per sequentem Narrationẽ, & confirmationem per totam orationem: *Ergo nec illi parcere debetis.*

Pecuariorum: Sunt illi: quia pecua, aut pecora publica redimunt, curant, vel educant.

Sorte Provincia obvenit: Moris fuerat, ut qui gesserant Præturã urbanã, tum deinde sortirentur, in quã Provinciã irẽt Prætores futuri extra urbẽ; obvenit ergo Verri Sicilia.

Romæ & ad urbem: Antequam in Siciliam abiret; dicebantur autem tales designati ad provincias externas esse *ad urbem*, sive quòd re ipsã tum degerent extra pomæria urbis, sive quòd ita loquerentur; sicuti testatur Sallustius. *Omnis Magistratus, qui intramuranus non est, nec urbanus, ad urbem dicitur.*

Quærere & agitare: Consilia animo suo versare cœpit.

Uno anno: Quamvis tribus annis Prætor dein fuerit, uno tamen anno provinciæ regendæ tempus per legem

Sem-

bat in agendo discere, tametsi non provinciæ rudis erat, & tyro; sed in Siciliam paratus ad prædam, meditatusquè venire cupiebat. O! præclarè conjectum à vulgo in illam provinciam omen communis famæ, atquè sermonis! cùm ex nomine istius quid in provincia facturus esset, perridiculè homines augurabantur. Etenim quis dubitare posset, cùm istius in quæstura fugam, & furtum recognosceret: cùm in legatione oppidorum, fanorumquè spoliationes

Exclamatio.

Etymologia sive Notatio nominis.
Compar.
Adjunctio.

Semproniam fuit definitum; tum autem divinare non poterat, fore, ut sibi, non succedente Arrio, provincia prorogaretur.

In agendo discere: Nolebat tum primùm artem furandi discere, quando esset in ipsa praxi exercenda, sed rem omnem priùs habere meditatam, paratamq;.

Rudis erat & tyro: Fuerat enim in Cilicia Legatus, & Proquæstor Dolabellæ, & hinc jam furandi vias, artesq; didicerat, quibus aliquis posset in provinciis uti.

O! præclarè &c. O! quàm præclarè vulgus cõmuni famâ, & sermone omen accepit, quomodo Verres pronvinciam sit administraturus, hoc est: eversurus, *ex nomine istius:* dicebant nempe: *Verres verres provinciam, & inanem relinques:* id infra indicat: *ex illo omine urbano ad evertendam provinciam.* Cæterùm hanc paronomasiam, & lusum in nomine Cicero potiùs insinuat tacitè, quàm ut clarè ponat, quia hujus figuræ apertæ lusus in seria, & gravi oratione parùm idoneus est.

Perridiculè: Facetè.

In quæstura fugam, & furtum: Cùm esset Quæstor, aversâ, id est: surreptâ pecuniâ publicâ aufugit, & Consulem Carbonem prodidit, deseruit. Hoc crimen, sicut & ea, quæ per congeriẽ hic breviter ponuntur, explicata sunt in Oratione *de Præt. Urbana.*

In

Repetitio. Similiter cadens. Allegoria. 7. nes cogitaret: cùm videret in foro latrocinia Præturæ; qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset? Atque ut intelligatis cum Romæ quæsîsse non modò genera furandi, sed etiam nomina; certissimum accipite argumentum, quò faciliùs de singulari ejus impudentia existimare possitis. Quo die Siciliam tetigit, (videte, satisne paratus ex illo omine urbano ad everrendam *Paronomasia.* provinciam venerit) statim Messanâ litteras Halesam mittit: quas ego istum in

In foro latrocinia: Fusè hæc describit in Orat: de Prætura urbana; ubi exaggerat crimen illud in Æde Castoris perpetratum: *Num quid ego de quotidiano sermone, querimoniaq; populi Romani loquar? de istius impudentissimo furto, seu potiùs novo, ac singulari latrocinio? ausum esse in Æde Castoris &c. &c.* Ædes illa locata erat in ipso foro, locô celeberrimô, consecrata Castori, & Polluci; sed tamen solius Castoris nomine vocabatur.

In quarto actu: Translatio à fabula, quæ sive tragica, sive Comica suos actus certos habet. In quibus crescit peripetia. Fuerunt autē Verris administrationes in republica infames, tanquam scenici actus, spectaculum omnibus, & crescebat malitia. Tres actus, in tribus officiis: Quæstura, Legatione, Prætura urbana jam enumeravit, quartus actus est Prætura Siciliæ.

Non modò genera: non tantùm in genere destinavit furta, quæ perpetraturus esset; sed species negotiorum, hominumq; prævidit, nomina, titulos, & causas, quibus aliquid extorqueret, excogitavit.

Omine urbano: Juxta omen à populo sumptum de nomine Verris, ex urbana Prætura.

Halesam: Siciliæ civitas est.

in Italia scripsisse arbitror. Nam, simul atque è navi egressus est, dedit operam, ut Halesinus ad se Dio continuò veniret: se de hæreditate velle cognoscere, quæ ejus filio à propinquo homine Apollodoro Laphirone venisset. Ea erat, judices pergrandis pecunia. Hic est Dio, judices, nunc beneficiô Q. Metelli civis Romanus factus: de quo, multis viris primariis testibus, multorumquè tabulis vobis priore actione satisfactum est, H. S.

De Dione Halesino Narratio.

A testimoniis.

In Italia scripsisse: Ut indicaret, Verrem adhuc extra Siciliam didicisse causas Siculorum, & destinâsse jam ad urbem furta.

Nam simul atq; prima probatio. C. Verres iniquissimè de pecunia cognovit, & judicavit de Dione. Nam audiens magnam huic obvenisse hæreditatem, quæ Erycinæ Veneri deberetur, apposito ad hoc negotium Turpione, condemnat Dionem, hæreditatem illam ad se transfert; Veneri nihil tribuit &c. hoc crimen jam adduxit Cicero Lib. I. in Verrem. N. 10. *simul atq;:* quamprimùm.

Dedit operam: Ad hanc rem incubuit, studium, laboremq; impendit.

Beneficiô Q. Metelli: Qui aliorum beneficiô cives Romani fiebant, suorum Patronorum nomina assumebant sicuti Theodorus, qui Cnei Pompeji beneficiô factus est civis, *appellatus Cn. Pompejus, Theodorus*, & hic Dio à Q. Cæcilio Metello nomen assumpsit *Q. Cæcilius, Dio*, atq; ita infrà à Cicerone vocatur.

Priore actione: Lib. I. N. 10. ubi quidem legitur tantùm H. S. decies; sed probabilior est hic numerus Undecies. Ibi enim non propriè, & ex vero agit de hoc crimine, sed velut incidenter, & per modum exempli; accepit igitur ibi numerum plenum, ut alibi, e.g. *centum* pro centum & aliquibus:

H.

H. S. undecies numeratum esse, ut eam causam, in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse, isto cognoscente obtineret: præterea greges nobilissimarum equarum abactos: argenti, vestisq; stragulæ domi quod fuerit, esse direptum; ita H. S. undecies Q. Dionem, quòd hæredit s ei obvenisset, nullam aliam ob causam perdidisse. Quid? hæc hæreditas quo Prætore Donis filio vene-

Subjectio.
Interrogatio.

H. S. Undecies: Uti aliàs, subintelliguntur centena millia. Sunt viginti septē millia, quingenti Coronati, seu scutati.

Ut eam causam: Pro causa nullo modô dubia, & hæreditate filio acquirenda pendere debuit tantam pecuniarum summam, quam ut posset dare, sumpsit multas pecunias mutuas; vendidit prædia &c. uti in priore libro.

Abactos: Per vim abductos; hoc crimen, & abigendi actus vocatur *abigeatus*, & illi, qui abigunt, *abigei*, in quos abigeos longè gravius supplicium, quàm in alios fures à legibus est constitutum.

Vestisq; stragulæ: Nomine vestis hujus comprehenduntur aulæa, tapetia, & quidquid insterni potest.

Hæreditas ei obvenisset: Quòd nimirum hæres scriptus esset; hæreditatem enim ipsam ei insuper abjudicavit Prætor iniquissimus.

Perdidisse: Infinitivus hic, ut & alii præcedentes: *esse direptum, abactos: numeratum esse* trahuntur ad principale verbum, *satisfactum* est.

Quid? Amplificatio: cur Verres hanc hæreditatem tanquam controversam examinat, disputabilem reddit? quo Prætore hæc hæreditas fuit testamento consignata? respondet sibi ipse, & complectitur in hoc responso simul alia Verris crimina. C. Sacerdos tum Prætor, & antè Verrem fuit; huic neutiquam res dubia visa est; sicut neq; illa hæreditas Anniæ à Publio Annio; neq; illa M. Liguris; & tamen Verres, qui Sacerdoti successit, statim re-

co-

venerat? eodem, quo Anniæ - P. Annii Senatoris filiæ: eodem, quo M. Liguri Senatori, Cajo Sacerdote Prætore. Quid? tum nemo molestus Dioni fuerat? non plus quàm Liguri, Sacerdote Prætore. Quid? ad Verrem quis detulit? nemo. Nisi fortè existimatis, ei quadruplatores ad fretum præstò fuisse. Ad urbem, cùm esset, audivit, Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hæreditatem: hæredem statuas jussum esse in foro *Repetitio.*

cognoscit hæreditatem Liguris, hæreditatem Anniæ, & nunc hæreditatem Dionis.

Quo Anniæ: De hac re agit fusè in lib. 1. N. 41.

M. Liguri: De hoc l. 1. N. 43. *fecit hæredem M. Octavium Ligurem: Ligur hæreditatem adiit: possedit Sacerdote Prætore sine ulla controversia. Postquam Verres Magistratum iniit &c.*

C. Sacerdote: Ita vocabatur antecessor Verris.

Tum nemo molestus? An nemo controversiam movit Dioni? nemo. Sicut nemo Liguri.

Ad Verrem quis detulit? Quis causam hanc movit, & querelam detulit ad Verrem? certè nemo; nisi putetis quadruplatores, sive accusatores illos spe lucri inductos jam exspectâsse in littore, cùm Verres appelleret in Sicilia.

Nisi fortè: Modus loquendi potiùs negans, quàm affirmans; absolutè ergo hic negat, venisse accusatores ad littus; sed cùm Verres adhuc ad urbem esset, jam intellexisse de hac hæreditate.

Qudruplatores: Uti jam alibi, qui sub pœna quadrupli accusabant, ut nempe ipsis ex damnatorum bonis quarta pars tribueretur.

Hæredem statuas &c. Nuntiatum est, vi illius testamenti obligatum esse hæredem, ut in foro ponat statuas Veneris; & si non poneret, testamento damnatum esse, ut eam totam hæreditatem Veneri det. *Ve-*

foro ponere: nisi posuisset, Veneri Erycinæ esse multatum. Tametsi positæ essent ex testamento, putabat tamen, quoniam Veneris nomen esset, causam pecuniæ se reperturum. Itaquè apponit, qui petat Veneri Erycinæ illam hæreditatem. Non enim Quæstor petit, ut est consvetudo, is, qui Erycinum montem obtinebat: petit Nævius Turpio quidam, istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conven-

Vituperium Nævii.

Veneri Erycinæ esse multatum: Deberi per modum mulctæ hæreditatem illam Veneri Erycinæ, de qua alibi.

Ex testamento: Quamvis secundùm testamentum, ac formam in testamento præscriptam statuas posuisset, titulum tamen istum, & prætextum Veneris, jam causam sibi præbiturum existimabat, ut pecunias extorqueret.

Apponit: Subornat, uti in priore oratione, ex sinu suo, sive ex suis amicis, qui Dionem accusent, hæreditatem illam Veneri Erycinæ commissam esse dicant.

Non enim Quæstor petit: Non accusat, non litem movet Quæstor, ut tamen moris aliàs est. Hæc enim erat Quæstorum procuratio; hi talia quærere debebant, inde Quæstores dicti; sed lege sequentia.

Qui Erycinum montem obtinebat: Hic invidiosè, & ironicè intelligit Q. Cæcilium nigrum, qui dum Quæstor esset Lilybætanus, Agonidis bona etiam falso sub prætextu Veneri Erycinæ transcripsit, ut in Diviuatione.

Petit Nævius Turpio: Iste hæreditatem petit, iste accusat; de quo alibi lib. V. Cicero: *homo bene appositus ad istius audaciam, quem iste in Decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, & emissariū.*

Excursor, & emissarius, Furtorum conciliator, qui emittitur, ut exploret res furto opportunas, quamvis etiam in sensu bono possit accipi.

Con-

ventu quadruplatorum deterrimus, C. Sacerdote Prætore condemnatus injuriarum. Etenim erat ejusmodi causa, ut ipse Prætor, cùm quæreret calumniatorem, paulò tamen consideratiorem reperire non possit. Hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat. Maluit videlicet homines peccare, quàm Deos: se potiùs à Dione, quod non licebat, quàm Venerem, quòd non debebatur, auferre. Quid ego hîc nunc Sex: Pompeji Chlori testimonium re-

Ironica excusatio. Synæciosis. Testimoniis rem confirmat.

Condemnatus injuriarum: Variæ erant leges Romanorum de injuriis, & injuriæ variæ, quas hic adducere non attinet. Calumniæ inter illas erant, quarum reus jam publicè declaratus, & condemnatus fuit Turpio.

Etenim erat ejusmodi causa: Vafrum magis, & astutum calumniatorem pro hac causa reperire non potuit.

Veneri absolvit, sibi condemnat: Dionis filium ita absolvit, ut Veneri nihil debeat, sed hæreditatem ad se transfert, ut eum, Veneri absolvisse (nihil nempe deberi Veneri) sibi condemnâsse (condemnâsse ad sibi dandam hæreditatem) videretur.

Homines peccâsse &c. Maluit ipse peccare tanquam homo, auferendo, quod non erat licitum, quàm facere, ut peccatum imputetur Veneri, quòd abstulisset ipsa, vel accepisset, quod non debebatur. Argutè.

Quid ego hîc? à testimoniis confirmat; sed ea velut per præteritionem adducit, & tanquam minùs necessaria in re certa. Est etiam modus amplificandi finitâ narratione.

Sex: Pomp: Chlori: Hic quoq; à Pompejo, à quo civis Romanus est factus, nomen, & prænomen accepit, cùm ipse Chlorus anteà simpliciter diceretur. Vide suprà.

Qui causam egit Dionis: Apud Verrem in Sicilia pro Dione.

Ta-

recitem, qui causam egit Dionis? qui omnibus rebus interfuit? hominis honestissimi, tametsi civis Romanus virtutis causâ jam diu est, tamen omnium Siculorum primi, ac nobilissimi. Quid ipsius Q. Cæcilii Dionis, hominis probatissimi, ac prudentissimi? Quid L. Vetecilii Liguris, T. Manlii, L. Caleni? quorum omnium testimoniis de hac Dionis pecunia confirmatum est. Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, jam ante cognôsse. Quid? Lucullus, qui tum in Macedonia fuit, meliùs hæc cognovit, quàm tu

Præteritio. Repetitio.

Testimoniū Luculli.

Tametsi civis Romanus: Etsi ad Romanos jam diu pertineat ob præclaras suas virtutes, quibus civitatem merebatur, inter Siculos tamen primos, ac præcipuos nomen adhuc habet.

Q. Cæcilii Dionis: Cæcilius vocabatur à Q. Cæcilio Metello, uti suprà.

Prudentissimi: Vide plura hîc adjectiva laudis per superlativos: *primi nobilissimi*, tum deinde *probatissimi, prudentissimi, honestissimi.*

Quid L. Vetecilii: Fraus, & injustitia Verris porrò multorum testimoniis confirmatur.

L. Caleni: Cognomen est familiæ Fusiæ.

Quid? Lucullus: Sibi ipse objicit, & veluti se ipsum corrigit: quid? cur adduco Lucullum, qui tum in Macedonia fuit, an iste meliùs rem sciet, quàm Hortensius, qui Romæ fuit, ad quem ipse Dio confugit.

In Macedonia: M. Terentius Lucullus, L. Luculli frater, Macedoniæ præfuit, & ex ea triumphavit. Plura gesserunt bella Romani contra Macedones, & ex iis quoq; trium-

tu Hortensi, qui Romæ fuisti? ad quem Dio confugit? qui de Dionis injuriis gravissimè per litteras cum Verre questus es? nova tibi hæc sunt, & inopinata? nunc primùm hoc aures tuæ crimen accipiunt? nihil ex Dione, nihil ex socru tua, fœmina primaria, Servilia, vetere Dionis hospita, audîsti? nonne multa mei testes, quæ tu scis, nesciunt? nonne te mihi testem in hoc crimine eripuit, non istius innocentia, sed legis exceptio? TESTIMONIA M. LUCULLI, CHLORI, DIONIS.

Interrogatio instandi causa. Synonyma. Geminatio.

Satìsne

triumphârunt. Macedoniam provinciam fecit Q. Metellus, Macedonicus inde dictus.

Per litteras cum Verre: Tu Hortensi non scis has Dionis injurias, & tamen apud ipsum Verrem questus es, scripsisti ad Verrem, & querelam Dionis ei proposuisti: & nunc ampliùs nihil de his rebus scis; hæc tibi jam sunt inopinata; nunc primùm audis &c.

Nihil ex Socru tua: Matre conjugis tuæ, quæ apud Dionem tanquam hospes diu versabatur.

Nonne multa: Nonne tu multò plura scis, quàm mei testes? sunt interrogationes vehementes, urgentes, aliquæ ironicæ.

Nonne te mihi testem? Quòd tu hoc ipsum crimen, tibi perquàm notum, nolis, vel non possis contestari, non provenit, quòd nullum, aut non verum sit crimen, quòd Verres in hoc innocens, sed &c.

Legis exceptio: Sed quia lex te excipit, te liberat à dicendo testimonio contra illum, cujus patronus es, quem defendis.

Testimonia M. Luculli &c. Hic jam recitata, & lecta sunt, vel si oratio esset, perorari, recitari, legi debuissent illa ipsa testimonia, Luculli, Chlori, Dionis &c.

9. *Conclusio prioris narrationis. Trāsitio ad 2. exemplū. Traductio. De Sosippo, & Epicrate.*

Satìsnè vobis magnam pecuniam Venerius homo, qui è Chelidonis sinu in provinciam profectus esset, Veneris nomine quæsîsse videtur? Accipite aliam in minore pecunia non minùs impudentem calumniam. Sosippus, & Epicrates fratres sunt Agyrinenses. Horum Pater ab hinc duo, & XX. annos est mortuus: in cujus testamento quodam loco, si commissum quid esset, multa

Satìsnè vobis: Conclusio unius narrationis, & argumēti.

Venerius homo: Æquivocè dictum, & argutè; significat enim hominem, qui Veneris causam egit, & qui Venereis amoribus deditus est.

Chelidonis sinu: Fœminæ nomen est Chelidon, quæ Verris erat clientula, & amica: hinc alludit ad *Venerius.*

Veneris nomine: tanquam Veneris egisset causam.

Accipite aliam: 2. probatio Minoris, de Sosippo, & Epicrate fratribus: Verres impudente calumnia, duobus, & viginti annis post mortem patris ab his fratribus, Veneris nomine, pecuniam petiit, & judicio rapuit.

Agyrinenses: Agyrium est oppidum antiquissimum Siciliæ, de quo Diod: & Cluverius.

Ab hinc duo & XX. annos: Fortè legendum esset duos, sed tamen, & hæc dictio apud Authores præsertim Pöetas invenitur, & est hellenismus: Ita Virg: l. XI. *Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra viros.* Horat. *Duo si discordia vexet inertes.* Plautus: *Cornix astat, & vulturios duo vicissim vellicat.* Ita Græci in accus: δύο ἄμφω.

Si commissum quid esset: Si quid hæredes, contra quàm scriptum, & in testamento cautum esset, commisissent.

Multa erat veneri: Multa vulgò *mulcta:* pœna pecuniaria: hæreditas ad Venerem per modum pœnæ transferebatur.

Ipsō XX. annō: Abhinc duos & viginti annos mortuus erat pater: sed duobus annis, antequam hæc Cicero di-

ta erat Veneri. Ipſo XX. annô, cùm tot interéà Prætores, tot Quæſtores, tot calumniatores in provincia fuiſſent, hæreditas ab his Veneris nomine petita eſt. Cauſam Verres cognoſcit, pecuniam per Volcatium accipit, ferè ad H. S. CCCC. millia ab duobus fratribus. Multorum teſtimonia audiſtis anteà. Vicerunt Agyrinenſes fratres, ita, ut egentes, inanesq; diſcederent. At enim ad Verrem iſta pecunia non pervenit: quæ eſt iſta defenſio? Utrùm aſſeveratur in hoc, an tentatur? mihi enim nova

Repetitio.

Ironia.

10. *Prolepſis.*

diceret, facta hæc à Verre erant in Sicilia, ipſo nimirum annô vigeſimô.

Calumniatores: Qui falſas intentabant lites, falſa crimina objiciebant.

Ab his: Poſt tot alios, nihil moventes, movet Verres litem cum ſuis, petit hæreditatem, Veneris nomine, tanquam quid commiſſum eſſet, voluntati teſtatoris non obtemperatum, ergo Veneris eſſe hæreditatem.

Per Volcatium: Non numeratur Verri ipſi, ſed accipit per alium.

Ferè ad H.S.CCCC.millia: quadringenta Seſtertiûm millia 10000. Coron: ferè, 30000. flor.

Vicerunt: Ironicè: cauſam nempe obtinuerunt, abſoluti ſunt propter datas pecunias, ita, ut pauperes diſcederent.

At enim: Prolepſis, defenſio Verris ex eo rejicitur, quòd licèt ad Volcatium pecunia iſta pervenerit, Verres tamen cauſa ſit imperans, ac moralis numeratæ, ſeu raptæ pecuniæ: quæcunquè enim Verris Comites ex ipſius voluntate faciunt, Verres feciſſe cenſendus eſt.

Utrum aſſeveratur? An ſeriò ita loquuntur, et tentare tantùm, & experiri volunt, an poſſint hoc apud me tanquam

Repetitio. nova res eſt. Verres calumniatores apponebat: Verres adeſſe jubebat: Verres cognoſcebat: Verres judicabat; pecuniæ maximæ dabantur: qui dabant, cauſas obtinebant: tu mihi ita defendas? non eſt iſta Verri numerata pecunia. Adjuvo te, mei quoquè teſtes idem dicunt: Volcatio dicunt ſeſe dediſſe. Quæ vis erat in Volcatio tanta, ut H. S CCCC. millia à duobus hominibus auferret? Et quis Volcatio, ſi ſuâ ſponte veniſſet, unam libellam dediſſet? Veniat nunc, experiatur, tectô recipiet nemo. At ego ampliùs dico, H. S.

Similiter deſinens.

Inciſa.

Conceſſio.

à conſequẽtibus.

quam minùs intelligentem defendere.

Calumniatores apponebat: Apponere ſibi calumniatores vel prævaricatores,& ſubornare,ſubſtituere,qui fraudibus agant.

Verres adeſſe jubebat: Totam judicii rationem amplificat per partes easq; gradatim aſcendendo, augendo.

Cauſas obtinebant: Aut ironicè, uti ſuprà *vicerunt:* vel obtineo hic idem eſt, ac *ſuſtineo*, nam varie accipitur; & Cicero in hoc ſenſu pro Quint. *Hortenſius, qui hoc judicio partes accuſatoris obtinet;* hoc eſt: *ſuſtinet.*

Quæ vis in Volcatio? Quomodo Volcatius ſe ſolo habuiſſet hanc poteſtatem? quo jure, aut quo imperio abſtuliſſet?

H. S. millia CCCC. decem millia Coronatorum.

Suâ ſpontè: Non juſſu Prætoris.

Unam libellam: Unum aſſem. Nam libella, & as idem valebant,id eſt: ſeſtertii nummi quartam partem: ſed libella ex argento, as ex ære cudebatur.

Tectô recipiet nemo: Nec in domum admittetur.

At ego ampliùs dico: Verum eſt, numerata eſt pecunia Volcatio; ego tamen hoc ampliùs dico, quòd tu injuſtè acceperis tuâmet manu multò plures pecunias. *H.*

H. S. quadringenties accepisse te arguo contra leges: nego tibi ipsi ullum nummum esse numeratum, sed cùm ob tua decreta, ob imperata, ob judicata, pecuniæ dabantur, non erat quærendum, cujus manu numerarentur, sed cujus injuriâ cogerentur. Comites illi tui delecti, manus erant tuæ. Præfecti, Scribæ, Medici, Accensi, Haruspi-

Repetitio. Per incisa & similiter cadētia. Compar. Similiter desinens. Disjunctio.

H. S. quadringenties: Priùs erat de H.S. quadringentis millibus: jam adverbialiter significat *quadringenties*, decies centena millia, hoc est: quod vulgò dicimus, unum millionem. Pono hic summam adverbialem, quandoquidem sæpè occurrit, ex P. Abram.

H.S. decies. 25 millia aureor. Gall.
Quadragies. 100. millia. Centies 250. millia.
Quadringenties 1000. millia.
Millies. 2. milliones cum 500000.
Quater millies, decem milliones.
Decies millies. 25. milliones.
Quadragies millies, centum milliones.
Centies millies. 250. milliones.
Quadringenties millies, mille milliones.

Comites illi tui delecti: Prætores, cùm in Provinciam proficiscerentur, aulam, ministros, & servos, apparitoresq; ducebant secum, prius ad id delectos: tales erant in primis Præfecti, centuriones, decuriones, & qui jam dicuntur:

Scribæ: Qui tabulas publicarum rationum confecerunt.

Medici: Hi quoq; in comitatu, & aula erant, sicut, & Cubicularii, qui quotidianæ vitæ socii erant, & Prætorum corpora curabant.

Accensi: Erant Ministri Magistratuum, qui accirent, & advocarent alios; qui Præsidi in tribunali jus dicenti apparerent, item & adessent in castris.

Haruspices: Tanquam rerum sacrarum curatores, qui vel victimis inspectis, vel aliis auspiciis observatis futura prædicerent.

Diſſolutio. *Enumeratio partium.* ſpices, Præcones, erant manus tuæ. Ut quiſquè te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. Co- *Geminatio.* *Traductio.* hors tota illa tua, quæ plùs mali Siciliæ dedit, quàm ſi centum cohortes fugitivorum fuiſſent, tua manus ſine controverſia fuit. Quidquid ab horum quopiam captum eſt, id non modò tibi datum, ſed tua manu numeratum judicari neceſſe eſt. Nam ſi hanc defenſio- *Revocat Hypotheſin ad theſin.* nem probabitis: *non accepit ipſe; licet, omnia de pecuniis repetundis judicia tollatis: nemo unquam reus tam nocens adducetur, qui iſtâ defenſione non *A conſequẽtibus.* poſſit uti. Etenim cùm Verres utatur, quis erit unquam poſthac reus tam per- *A majori.* ditus, qui non ad Q. Mutii innocentiam

Præcones: Qui auctionibus ad haſtam ſtabant, & pretia oblata nuntiabant: qui in concionibus promulgabant; qui leges, & decreta enuntiabant.

Cohors tota illa tua: Cohors Prætoria, ſive comitatus intimus Prætoris ex ſelectis, & adjunctis officialibus.

Cohortes fugitivorum: Fugitivi, ſervi erant, qui in Sicilia grave, & perniciofum bellum excitârant, non illi omnes tam pernicioſi, quàm tui Prætorii, Officiales, Socii, milites.

Nam ſi hanc: Amplificatio ad Prolepſin, quàm periculoſa ſit talis defenſio reorum, ſi hoc valeret: *ipſe non accepit:* à conſequentibus, à communi officio Præſidum, ab exemplo Africani.

Licet omnia: Tum licebit omnia prorſus judicia de repetundis tollere. *Licet, tollatis,* hoc eſt: licet, ut tollatis, tollite.

Ad Q. Mutii innocentiam: Si Verres tam ſceleratus hoc mo-

tiam referatur, si cum isto conferatur? Nequè nunc tam mihi isti Verrem defendere videntur, quàm in Verre defensionis tentare rationem. Qua de re, judices, vobis magnopere providendum est; pertinet hoc ad summam reipublicæ, & ad existimationem Ordinis, salutemqué Sociorum. Si enim innocentes existimari volumus, non solùm nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstare debemus. Primùm omnium opera danda est, ut eos nobiscum ducamus, qui nostræ famæ, capitiquè consulant. Deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit, ut vindicemus, missos faciamus, sem- *Traductio.* *Ab effectis, & cõsequẽtibus.* II.

modô evadat culpam, quis erit nocens, imô quis non innocens,& alter Mutius,qui quoniam Asiam singulari innocentiâ rexerat, antonomasticè pro innocente acceptus est,cui etiam Græci dies festos instituerunt, & appellârunt Mutia, ut in *Divin: Verris.*

Defensionis tentare rationem: Isti,nempe defensores Verris,quasi iisdem, quibus Verres, criminibus affines, non tam ipsum defendunt, quâm in eo defendendo experiri volunt,num aliquam etiam sibi ex similitudine causæ defensionem comparare possint.

Qua de re: Urget judices commemoratione incommodorum, quæ sine dubio consecutura sunt, si hæc Verris defensio admittatur.

Si enim innocentes: Est principium ethicum de officio præsidum,continet urq; hac Thesi & Majore: *Si præsides volunt existimari innocentes, suos quoq; Comites tales præstare debent.*

Verres hoc fecit: Verres igitur non est innocens.

Spes amicitiæ fefellerit: Si contrà accidit,quàm sperabamus

semper ita vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur. Africani est hoc, hominis liberalissimi; verumtamen ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est, ut in illo fuit. Cùm ab eo quidam vetus assectator, & ex numero amicorum, non impetraret, uti se Præfectum in Africam duceret, & id ferret molestè: Noli, inquit, mirari, si tu à me hoc non impetras. Ego jam pridem ab eo, cui meam existimationem caram fore arbitror, peto, ut mecum Præfectus proficiscatur, & adhuc impetrare non possum.

Exemplum Africani, & testimonium.

Locus communis.

bamus de nostris amicis, ita,ut ipsi existimationi nostræ non consulant tanquam boni amici,sed malefactis suis nos in malam existimationem adducant; non tolerandi sunt, sed aut puniendi, aut dimittendi.

Africani est hoc: Hoc axioma,hoc principium Africani fuit, *Scipionis Africani minoris.*

Liberalissimi: Ad gratificandum, & ad bene de omnibus merendum promptissimi; nam liberalitas generale vocabulum est, nec ad largitionem tantùm pertinet.

Ea liberalitas: Explicat, qua liberalitate commendatus fuerit hic Africanus, nimirum non qualicunq; ut omnibus servire voluerit, & gratificari, nisi fieri posset sine periculo propriæ existimationis, ut ne illi, quos aliquis liberaliter audit,admittit,assumit,agant deinde talia,quæ noceant honori, & virtuti suæ.

Vetus assectator: Qui jam dudum ejus cliens erat,ejusdemq; Comes.

Præfectum: Militarem.

Noli,inquit,mirari: Quòd petitioni tuæ non gratificer; tamen & meæ petitioni non gratificatur is,quem ego libenter mecum ducerem, tanquam meæ existimationis futurum studiosum.

Adhuc: Hactenus.

Ete-

possum. Etenim reverà multò magis est petendum ab hominibus, si salvi, & honesti esse volumus, ut eant nobiscum in provinciam, quàm hoc illis in beneficii loco deferendum. Sed tu, cùm, & tuos amicos in Provinciam, quasi in prædam invitabas, ac cum illis, & per eos prædabâre, & eos in concione annulis aureis donabas, non statuebas, tibi non solùm de te, sed etiam de illorum factis rationem reddendam? Cùm hos sibi quæstus constituisset magnos, atque uberes, ex his causis, quas ipse instituerat in con-

Redit à Thesi ad hypothesin.

Argumentatio à dissimili.

Transitio.

Etenim reverà: Cicero loquitur; non tam petentibus quibuscunq;obsequendum,& gratificandum;sed nos potiùs bonos, & veros amicos rogare decet, ut nobiscum eant pro majore existimatione nobis concilianda.

Si salvi & honesti: Si saluti, & honori nostro consultum volumus.

In beneficii loco: Non ipsis debemus hanc gratiā deferre, sed nobis gratiæ loco ducere, si optimi nobiscū eant.

*Sed tu cùm:*Boni Præsides deberent honestos amicos rogare, ut pro sua existimatione secum eant; tu amicos tuos etiam invitas ad prædandum; non autem cogitâsti, & tibi de te, & de tuis reddendā esse rationem?

In concione annulis: in lib 1. accus. hoc adduxit, quomodo scribā suū Verres publicè donaverit annulō aureō.

Cùm hos sibi quæstus: Transit ad modum iniquissimum judiciorum à Verre exercitorum, hoc sensu: Cûm hac ratione Verres magnum lucrum,ingentem prædam fecisset ex his similibus causis, quas ipse in consilio suo cognoscere instituit,in illo suo consilio,quod ex sua cohorte, suis comitibus,suis ministris,& apparitoribus conflatum erat, per quos,& cum quibus causas has judicavit: tum

consilio, hoc est: cum sua cohorte cognoscere, tum infinitum genus invenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam. Dubium nemini est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui judicia dant, & eorum, qui judicant: quin nemo nostrûm possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si cùm hæc à quopiam vestrûm petita sint, Prætor improbus, cui nemo intercedere possit, det, quem velit judicem: judex nequam, & levis, quod Prætor jusserit, judicet. Si verò illud quoquê accedet: ut in ea verba Prætor judicium det, tum sanê modum invenit sine termino, sine mensura, innumerabilem pecuniam acquirendi.

12. *Locus communis, sive Thesis. Major. Conjugata. Enumeratio partium. Repetitio.*

Dubium nemini est: Quis dubitat, quin omnibus suæ fortunæ sic possint eripi, si Prætor pro sua potestate, quales ipse vult, constituat judices, & judices ipsi ita judicent, prout improbus Prætor vult.

Nemo intercedere: Romæ Prætoribus intercedere licet per tribunos, & appellare aliò: in provinciis, ubi nec parē, nec superiore habebat Prætor, vis ejus à nullo magistratu impediri poterat, nisi fieret postmodùm delatio Romam.

Si verò illud quoq;: Si Prætores tali modo instituant judicia, uti dictum, nunquid genus infinitum reperitur ad innumerabilem pecuniam corripiendam? quid si insuper Prætor judices, quos dat, sive constituit, obliget sub certa formula jus dicendi, à qua recedere non liceat; tum si illa formula iniqua est, quomodo aliter, quàm iniquè judex judicabit?

In ea verba judicium det: Si sub tali verborum formula

det, ut vel Octavius Balbus judex: homo, & juris, & officii peritissimus, non possit aliter judicare; sit ejusmodi: L. OCTAVIUS JUDEX ESTO: SI PARET, FUNDUM CAPENATEM, QUO DE AGITUR, EX JURE QUIRITIUM P. SERVILII ESSE, NEQUE IS FUNDUS Q. CATULO RESTITUETUR &c. Non necesse erit L. Octavio judici cogere P. Servilium Q. Catulo fundum restituere, aut condemnare eum, quem non oporteat?

Polysyndeton.

Formula dandi judicii in exemplo posita.

Dilemma.

Ejus-

la judicium fieri mandet, ut neq; justissimus judex, qualis erat Octavius Balbus, possit recedere ab illa formula, & aliter judicare? nunquid (uti sequitur post formulam exempli causâ positam) nunquid: *non necesse erit talem condemnare*, qui condemnari tamen minimè deberet? Notandum autem, quòd moris fuerit, ut Prætor, si judicem constituit, sub certa quadam formula actionem, & judicium præscriberet: e.g. *tu esto judex, & si pareat, rem ita esse, pronuntia.*

Ut vel Octavius: Hunc exempli causâ adducit, jurisperitum optimũ, qui in ipso etiam Verris judicio sedebat.

Sit ejusmodi: Ponatur hæc juris formula: *L. Octavius* (Balbus nempe, de quo suprà) *judex esto: si paret*, si constat, si apparet, *fundum Capenatem, quo de agitur, ex jure Quiritium P. Servilii esse*, quòd fundus ille Capenas nomine, de quo lis est, juxta Quiritium jus pertineat ad Servilium; sed Q. Catulus eum petat; *Neq; is fundus Q. Catulo restituetur;* si Servilius non restituerit Q. Catulo, qui hunc fundum petit, subintellige jam cætera, quæ necessariò subintelligenda: *Tum tu Octavi Servilium condemna:*

Non necesse erit: Per interrogationem hæc lege, & connecte hanc tanquam mediam periodum cum illa priore, quæ incipit: *si verò illud:* nam verba illa *& sit ejusmodi:*

L.

Cōduplicatio. Minor.

Ejusdemmodi totum jus Prætorium, ejusdemmodi omnis res judiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre Prætore: Decreta ejusmodi: SI NON ACCIPIT, QUOD TE DEBERE DICIS, ACCUSES: SI PETITUR, DUCAS. C. Fuficium duci jussit petitorem, L. Svetium; L. Raci-

Cōduplicatio ad enumerationem juriū, decretorū, judiciorum.

L. *Octavius Judex &c.* per modū exempli sunt interposita. Ergo sic conclude priorem periodum; Annon tunc, & tali sub formula cogetur Octavius Judex, vel Servilium condemnare ad reddendum Catulo fundum (quod est iniquum, & contra jura) vel condemnare Catulum, contra quàm oporteret, juxta formulam sibi præscriptam, à qua nec tantundem deberet recedere?

Ejusdemmodi totum jus: Sicut hoc exemplum est judicii iniquissimi, sic in administratione Verris re ipsâ semper tactum est.

Decreta ejusmodi: Ejus decreta fuerunt talia: *si non accipit, quod te debere dicis, accuses;* si non acceperit creditor, quod se debere debitor dicit, accusetur: *si petitur: ducas:* Si à creditore petitur talis summa, quam tu non agnoscis te debere, *ducas eum*; hoc est: abducas in vincula, ita, ut anceps periculum circumstet creditorem; quippe si non tam parùm velit accipere, quàm à debitore in solutionem offertur, sit accusandus: sin petat, quantum sibi debetur, in vinculis habendus sit.

C. Fuficium &c. Et juxta talia decreta hos duci jussit in vincula, quia petebant tantum, quantum sibi debebatur. *Duci:* Etiam alibi *accusare*, significat.

Ju-

cilium. Judicia hujusmodi: QUI CIVES ROM. ERANT, SI SICULI ESSENT, TUM SI EORUM LEGIBUS DARE OPORTERET. QUI SICULI, SI CIVES ROMANI ESSENT. Verùm ut totum genus complectamini judiciorum, priùs jura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. Siculi hoc jure sunt, ut, quod civis cum civi agat, domi certet suis legibus. Quod Siculus cum Siculo non ejusdem civitatis, ut de eo Prætor ju- 13.

Leges,&jura Siculorũ. Repetitio. Distributio.

Judicia hujusmodi: ut supra Decreta dedit talia; jam judicia, quæ dabat, sic erant, sic ipse judices constituit; hoc est enim *judicia dare*. Si Siculi rei essent, dedit judices, qui cives Romani erant, cùm tamen debuisset dare Siculos judices juxta eorum leges. Si cives Romani rei essent, dedit judices Siculos, cùm debuisset dare Romanos: hæc in sequentibus patebunt magis.

Qui Cives Rom: Ut hæc verba intelligantur, semper aliquid subaudiri debet, hoc modo: *Qui cives Romani erant:* subaudi: judices dabantur, *Si Siculi essent*, subaudi, rei: *tum si eorum* (Siculorum) *legibus dare oporteret*, subintellige judicia, vel judices &c. tum nempe, si deberent dari judices Siculi juxta Siculorum leges, reis Siculis Romani dabantur judices. V. ulteriùs.

Qui Siculi: Subaudi, dabantur judices, si cives Romani essent rei, cùm Romanos dari oporteret. Ita modum hunc loquendi ænigmaticum interdum Romanis usurpatum solvunt: Manutius, Hottomanus, Nannius, & alii. Explicationem hanc ipsam ipse dat Cicero, ut sequitur.

Siculi hoc jure sunt: Hoc jus Siculorum est, ut civis cum cive domi, & apud cives suos causam agat.

Siculus cum Siculo: Si etiam non civis ejusdem civitatis sit ille, cum quo litem habet Siculus, sed tamen Siculus;

judices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem Legatorum sententia statuit, (quam legem illi Rupiliam vocant) sortiatur. Quod privatus à populo petit, aut populus à privato, senatus ex aliqua civitate, qui judicet, datur, cùm alternæ civitates rejectæ sunt. Quod Civis Romanus à Siculo petit, Siculus judex datur. Quod Siculus à cive Romano, civis Romanus datur.

Cõmutatio.

lus; ut Prætor judices sortiatur, sive constituat juxta decretum, sive legem Rupilii, moris est in Sicilia.

Ex P. Rupilii: Rupilius hic ex Publicano Consul factus, posteà de decẽ Legatorũ sententia leges Siculis cõscripsit.

De decem Leg: sent: Moris erat (ut Cicero Philippicà XII. testatur) decem in eam regionem Legatos mittere, quæ paulò antè in imperium, ditionemq; populi Romani venerat, ut Legati ejus regionis jura, & rempublicam constituerent; cum horum approbatione Rupilius leges certas Siculis constituerat.

Legem Rupiliam: ita dicta est ea lex, qua Prætores Siculi, non ejusdem civitatis litigantibus, judices sortitò dare debebant.

Quod privatus à populo: Per populum intellige ordinem aliquem populi, aut collegium, aut tribum. Tum Senatores judices fiunt.

Cùm alternæ civitates rejectæ: Postquam rejectio facta est non totius civitatis, sed unus ex hac civitate contra populum alterius civitatis, causam agens rejicere potuit judices ex altera civitate: populus ex altera civitate potuit nonnullos (sicuti moris erat) rejicere ex hac civitate; & sic intellige alternas civitates rejici, uti patebit ex judicio Heraclii.

Quod Civis Romanus: Civis Romanus agens cõtra Siculum, Siculos judices obtinuit, & vicissim; & sic verum fuit, quod dicitur: Actor sequitur forum Rei: id est: qui accusat, ad illius judices abit, quem accusat. *Cæ-*

datur. Cæterarum rerum selecti judices ex civium Romanorum conventu proponi solent. Inter Aratores, & Decumanos lege frumentariâ, quam Hieronicam appellant, judicia fiunt. Hæc omnia isto Prætore non modò perturbata, sed plané, & Siculis, & civibus Romanis erepta sunt: primùm suæ leges, quod civis cum civi ageret: aut eum judicem, quem commodum erat, Præconem, haruspicem, Medicum suum dabat: aut si legibus erat judicium constitutum, & ad civem suum judicem venerant, liberè civi judicare non licebat. Edictum enim hominis cogno-

Verres contra jura Siculorum.

Dissoluta.

Traductio.

Cæterarum rerum: In aliis causis, in quibus disceptant non inter se Siculi, sed vel Siculi cum Romanis, vel cives Romani cum Siculis, judices dabantur ex iis Romanis, qui in Sicilia negotiabantur, & ex illo oppido, & regione, ubi conventus agitur, seu jurisdictio celebratur.

Decumanos: Quid isti, dictum alibi.

Lege frumentaria, quam Hieronicam &c. Tulerat eam Hiero Rex Siciliæ æquissimus; Rupilius Prætor postea confirmavit, de decumis frumenti, deq; controversiis, quæ inter aratores, & decumanos orirentur.

Primùm suæ leges: Intellige: *erepta sunt*: inprimis eversæ, non observatæ sunt leges, quibus statutum, ut civis cum civi &c. antiquo more *ci-vi*, pro *ci-ve*.

Aut eum judicem: Perturbatæ sunt leges, & ereptæ Siculis; vel enim dabat judices ex suis, quos voluit, quos *commodum erat*, quos placuit; vel si judicium juxta leges erat institutum, ita, ut ad cives suos rem deferrent, tamen judex debebat judicare, non quod justum, sed quod mandatum à Verre.

Quo

A conse-quenti. gnoscite, quo edicto omnia judicia redegerat in suam potestatem: SI QUI PERPERAM JUDICASSET, SE COGNITURUM: CUM COGNOSSET, ANIMADVERSURUM, idq; cùm faciebat, nemo dubitat, quin, cùm Judex alium de suo judicio putet judicaturum, sequè in eo capitis periculum aditurum, voluntatem spectet ejus, quem statim de capite suo putet judicaturum. Selecti è conventu, aut propositi ex negotiatoribus judi-

Quo edicto omnia judicia redegerat: Prætoribus non licuit ipsis judicare, atq; adeô neq; eorum, quos judices constituebant, judicia rescindere, aliâs ipsi potestatem judicandi aliis datam exercerent; hoc igitur edicto omnium aliorum liberè judicandi potestatem restrinxit, eripuit, quòd si enim edixit, se cogniturum judicia, & puniturum, nemo aliter ausus fuit judicare, quàm quemadmodum crederet placere Prætori; aliâs pœnam habuisset metuendam.

Siqui, locô *siquis:* Vetusta locutio, qualem plerùmq; adhibebant in plebiscitis, in legibus, in solemnibus carminibus, ubi sæpè legere est verba obsoletiora: ut Lex XII. tabularum: *Siqui alienas fruges excantâssit, capital esto.*

Nemo dubitat, quin &c. Si Judices habent metuendam animadversionem iniqui Prætoris, non aliter judicabunt, quàm juxta voluntatem Prætoris, cùm de suo judicio sciant Prætorem judicaturum, & quidem sub pœna capitis infligenda.

Selecti è conventu: Debebant vel selecti è conventu judices constitui juxta Siculorum leges, ut suprà vel ex negotiatoribus Romanis, qui in Sicilia. *Nulli:* sed hoc neutiquam observatum.

Hæc

judices, nulli. Hæc copia, quam dico, judicum, cohors non Q. Scævolæ, qui tamen de cohorte sua dare non solebat; sed C. Verris. Cujusmodi cohortem putatis hoc Principe fuisse? sicuti videtis editum: SI QUID PERPERAM JUDICARIT SENATUS &c. Eum quoque ostendam, si quando sit datus, coactu istius, quod non senserit, judicâsse. Ex lege Rupilia sortitio nulla, nisi cùm nihil interesset istius. Lege Hieronicâ judicia plurimarum controversiarum sublata uno nomine omnia: de

Interrogatio.
Subjectio.

Hæc copia: Judicum copia, quam ex suis, sua nempè cohorte, suo comitatu dedit, qualis erat? qualis illa cohors? certè non talis, qualem habuit Mutius Scævola ille integerrimus administrator Provinciæ Asiaticæ, quem pro exemplo Verri opposito sæpiùs adducit Cicero. Cujus ergo cohors, cujus copia, cujus erat comitatus? Verris. Quamquam nec Scævola ex suo tam bono comitatu judices dederit.

Cujusmodi cohortem? Hoc Principe, hoc Prætore, Verre, qualem putatis fuisse comitatum? ex persona optimi, & integerrimi Scævolæ facilè intellectu est, qualis ejus fuerit comitatus: idem ex persona, & solo Verris nomine existimari potest.

Sicuti videtis edictum: Qualis hic Princeps, patet ex edicto, ergo etiam qualis comitatus; nam etiam hoc demonstrabo, Senatum, qui judicârit, coactum fuisse, ut juxta voluntatem Prætoris, & non sua ex sententia judicet; ergo id *perperam judicare* apud Verrem nihil aliud erat, quàm contra suam Prætoris voluntatem judicare.

Sortitio nulla: Non observavit legem Rupiliam de sortitò dandis judicibus, nisi cùm lucri nihil sperabat.

Lege Hieronica: Lex Hieronica, seu frumentaria, comprehendès plurimas controversias inter Aratores, & De-

 cuma-

de conventu, ac negotiatoribus nulli judices. Quantam potestatem habuerit, videtis: quas res gesserit, cognoscite. Heraclius est Hieronis filius, Syracusanus, homo in primis domi suæ nobilis, & ante hunc Prætorem vel pecuniosissimus Syracusanorum: nunc nullâ aliâ calamitate, nisi istius avaritiâ, atque injuriâ pauperrimus, huic

Trāsitio ad probationē minoris.

14.

Probatio minoris. Tertiū exēplū de Heraclio Syracusano.

cumanos,quomodo illæ judicandæ,rescissa est tota: singula non perpendit Verres,neq; aliud ab alio, ut justum à minùs justo distinxit, sed uno omnia nomine, nullo discrimine rescidit.

Quantam potestatem: Jam ostendi, quomodo hac ratione potestatem habuerit Verres per judicia omnia à se, & suis improbè facta, infinito quodammodo genere prædas faciendi; nunc ipsa facta cognoscite. Est complexio, & conclusio illius argumentationis, quam incepit sub finem numeri 11. *Cùm hos sibi quæstus;* fuit hàctenus hic syllogismus: *Si Prætor pro potestate dat ex suis judices, quos vult, & sub certa juris formula eos adstringit; si nullas observat leges &c. quàm non habet infinitum genus lucrandi.*

Hoc fecit Verres: Minor probatur factis: *ergo &c.*

Heraclius est: Jam factis probat, & exemplis Cicero, quæ priùs in genere dixit à Verre perpetrata esse crimina. Narratio de Heraclio hæc est: audiens Verres magnam Heraclio pecuniam venisse ex testamento propinqui sui,ut statuas in Palæstra deberet ponere,subornavit, qui negarent id ex testamento fecisse: vocatur Heraclius in judicium:cùmq; Siculorum judices sortiri vellent ex Lege Rupilia,negavit Verres se Judices ex Lege *Rupilia* sortiturum; quinq; judices,quos ei libuit, dedit &c.

Vel pecuniosissimus: Vel cum superlativo vehementer auget, ita *vel minimùm, vel plurimum* dicimus.

Fa-

huic hæreditas facilè ad H.S. tricies venit testamentò propinqui sui, Hæraclii: plena domus cælati argenti optimi, multæquè stragulæ vestis, pretiosissimorumquè mancipiorum, quibus in rebus istius cupiditates, & insanias quis ignorat? Erat in sermone res, magnam Heraclio pecuniam venisse: non solùm Heraclium divitem, sed etiam ornatum supellectili, argento, veste, mancipiis futurum. Audit hæc etiam Verres: & primò, illo suo leviore artificio Heraclium aggredi conatur, ut eum roget inspicienda, quæ non reddat: deinde à quibusdam Syracusanis admonetur: hi autem quidam erant affines istius, quorum iste uxores

Incisa. Dissolutio.

Verris libidinem salsè notat.

Facilè: Sine dubio, sine controversia.

Ad H.S. tricies: Septuaginta quinque millia aureorum Gallicorum.

Cælati argenti: Affabrè elaborati, ornati emblematis, & cælaturis; varia nimirum vasa, & suppellex argentea.

Pretiosissimorumq; mancipiorum: Mancipium non solùm personam, & hominem servituti addictum significat, sed omnes alias res, quæ manu captæ in servitutem veniunt, adeòq; pretiosa mancipia sunt res illæ pretiosæ, quæ in servitutem redactæ possidebantur ab Heraclio.

Istius cupiditates & insanias: Quis nescit, Verrem talia vehementissimè, & insanô modô cupere.

Venisse: Per hæreditatem obtigisse.

Futurum: Ditissimum evasurum ab ista hæreditate.

Roget inspicienda: Petiit sibi aliqua mitti ad videndum, quæ non reddidit. Qui furandi modus levior adhuc & honestior esse videtur.

Affines istius: Affines sunt, aut quorum propinquam aliquis

res nunquam alienas existimavit, Cleomenes, & Æschrio: qui quantum apud istum, & quàm turpide causa potuerint, ex reliquis criminibus intelligetis; hi, ut dico, hominem admonent: rem esse præclaram, refertam omnibus rebus, ipsum autem Heraclium, hominem esse majorem natu, non promptissimum: & cum præter Marcellos, Patronum, quem jure suo adire, aut appellare posset, habere neminem: esse in eo testamento, quo ille hæres esset, scriptum, ut statuas in palæstra deberet ponere. Faciemus,

Argumenta svasoria.

quis uxorem duxit, aut qui aliorum ipsi propinquam duxerunt. Significat autem Verri cum illorum uxoribus stupri consvetudinem intercessisse. Itaq; quasi Verris propinquæ illorum uxores fuissent, ita affines illos istius appellat.

Nunquam alienas: Usus est tanquam suis.

Refertam omnibus rebus: Hæreditatem omnibus rebꝰ abundantem, adeoq; se dignam, præclaram &c. Secundò hominem facilè circumveniendum: rationes sunt, quibꝰ mali consiliarii Verri svadebant, ut ad illam hæreditatem animum adjiceret.

Majorem natu, non promptissimum: Senem, atq; adeò minùs expeditum in agendo, tardum, hebetem.

Præter Marcellos: Communes Patronos Siciliæ, non singulares, ac proprios Heraclii.

Jure suo: Ut ipse vellet, ipsi liceret, ut à nemine alio prohiberi, ac impediri posset.

In palæstra: Palæstra locus in urbibus Græciæ quam plurimis, ubi cursu, & luctatione, aliisq; variis ludis adolescentes exercebantur.

Faciemus, ut: Sic adornandam censent calumniam, ut dicatur, Heraclium statuas non posuisse ex testamento, vel

mus, ut palæstritæ negent ex testamento esse positas: petant hæreditatem, quòd eam palæstræ commissam esse dicant. Placuit ratio Verri. Nam hoc animo providebat, cùm tanta hæreditas in controversiam venisset, judicioquè peteretur, fieri non posse, ut sine præda ipse discederet. Approbat consilium, auctor est, ut quamprimùm agere incipiant, hominemquè id ætatis minimè litigiosum quàm tumultuosissimè adoriantur. Scribitur Heraclio dica. Primò mirantur omnes improbitatem calumniæ: deinde qui istum nôssent, partim suspicabantur, partim planè vi-

Membratim & incisim.

15.

ex bonis testamento acceptis.

Palæstritæ: Qui vel exercentur in palæstra, vel qui Palæstritas docent, & instituunt: utrumq; enim significat, sicut & Palæstricus.

Palæstræ commissam: Dicitur hæreditas commissa alicui, quæ sub certa conditione debetur, ita, ut nisi ea conditio existat, & completa sit, hæreditas addicatur illi, cui conditio illa debetur; debebatur palæstræ erectio statuarum ex testamento,& vi testamenti; nisi hæc erectio facta sit ex testamento, hæreditas tota commissa est palæstræ.

Placuit ratio: approbat consilium, auctor est. Scribitur dica: Incisim loquitur,quod faciendum sæpè in narrationibus.

Scribitur Heraclio dica: Dicam latinè dixit â Græcorum lingva desumptam; loquebantur enim Syracusani Græcè, pertinebatq; olim Sicilia ad Græciam. Est autem δίχη actio, sive lis: ergo dicam scribere, est nomen alicujus deferre, in judicium vocare, actionem intendere.

Planè videbant: Clarè videbant.

Metaphoricè. videbant adjectum esse oculum hæreditati. Interea dies advenit, quo die sese ex instituto, ac Lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortiendam venerat, tum eum docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quòd lex Rupilia vetaret diebus XXX. sortiri dicam, quibus scripta esset. Dies XXX. nondum fuerant, sperabat Heraclius, si illum diem effugisset, ante alteram sortitionem Q. Arrium, quem provincia tum maximè exspectabat, successurum. Iste omnibus dicis diem distulit: & eam

Adjectum esse oculum: Dictio, quam & Germani imitantur: Verrem oculis suis hanc hæreditatem designâsse ad prædam.

Dies advenit: Aderat ille dies,quo edixerat, & palàm fecerat Verres, se dicas sortiturum.

Ex instituto, ac Lege Rupilia: Hoc edixerat quidem Verres se juxta legem Rupiliam judices sortitò daturũ, sed uti patebit, neutiquam dictis stetit.

Dicas sortiturum: Sortiri dicam, vel dicas, est sortiri judices,qui de dica,id est:actione instituta disceptarent, judicarent.

Quod Lex Rupilia vetaret: Moris erat,ut,cùm res ex lege Rupilia gereretur, præcederet Dicæ Scriptio, sive postulatio judicii,tum citatis litigatoribus una sortitio post triginta dies,inde altera,& quidẽ ex voluntate litigatorũ fieret. Nondum igitur elapsis XXX. diebus, cùm Verres sortiri dicam vellet,excepit contrà Heraclius,& sperabat, si primam hanc seriùs instituerent, interim dum secunda sortitio futura esset,Verrem elapsô suô annô decessurum è provincia,successurum Arrium, multò æquiorem.

Omnibus dicis diem distulit: Prorogavit tempus aliis judiciis,

eam diem constituit, ut hanc Heraclii dicam sortiri post dies XXX. ex lege posset. Posteaquam ea dies venit, iste incipit simulare, se velle sortiri. Heraclius cum advocatis adit, & postulat, ut sibi cum palæstritis, hoc est: cum populo Syracusano, æquo jure disceptare liceat. Adversarii postulant, ut in eam rem judices dentur ex his civitatibus, quæ in id forum convenirent. Electi, qui Verri viderentur. Heraclius contrà, ut judices è Le-

Stylus Narrationis.

Synecdoche. Repetitio. Similiter cadens.

ciis,& pro dica Heraclio sortienda diem aliquem determinavit,quo,jam elapsis triginta dieb9 judices daret Heraclio: cùm dies ille illuxisset, simulavit se velle sortiri, ergo accedit Heraclius: accedunt adversarii &c.

Heraclius cum Advocatis: Advocatos habebat reus,uti jam suprà dictum;cum his petit Heraclius à Verre, ut sicut lex Rupilia postulat, liceret sibi causam suam agere cum populo Syracusano; nam ad hunc palæstra civitatis pertinebat, hi erant ergo Palæstritæ; atq; adeò petit judices ex Senatu illius populi juxta legem Rupiliam, suprà N. 13.

Æquo Jure: Cum his se juxta leges patrias,ergo æquo jure disceptaturum.

*Adversarii postulant:*Erant hi actores;licebat actoribus rejicere judices, & postulare alios. Hi ergo actores rejiciunt judices.qui solùm sint ex urbe Syracusis,sed petunt etiam ex aliis finitimis civitatibus,quæ civitates ad eandem Syracusanæ urbis jurisdictionem pertinerent, & in idem forum convenirent,sub eodem jure essent.Sed quid Verres? mox sequetur: neq; hos,neq; illos elegit, elegit, qui sibi videbantur.

Electi,qui Verri: Non juxta leges,sed juxta suum arbitrium,non sortitò,sed ex suo edicto judices dedit Verres.

Heraclius contrà: Protestatur, petit judices sortitò, ut nem-

Lege Rupilia dentur: ut ab institutis Superiorum, ab auctoritate Senatûs, ab jure omnium Siculorum ne recedatur. Quid ego istius in jure dicundo libidinem, & scelera demonstrem? Quis vestrûm non ex urbana jurisdictione cognovit? Quis unquam isto Prætore, Chelidone invita, lege agere potuit? non istum, ut non neminem, provincia corrupit; idem fuit, qui Romæ. Cùm id, quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, jus esse

Amplificatio.

A Lege, & More.

nempè sortibus extrahantur ex Senatoribus illi, qui &c. appellat ad decreta majorum, ad leges Patrias &c.

Quid ego istius? Amplificatio ad affectum odii in Verrem, inserta mediæ narrationi, ut tantò efficaciùs objiciatur oculis iniquitas in violanda lege Rupilia, & malè usurpanda jurisdictione. Harum enim causarum privatarum cognitio propriè tum *jurisdictio* appellabatur, judicia autem publica vocata sunt *quæstiones*.

Non ex urbana jurisdictione: Eodem modo egit in his causis decidendis Verres, dum Romæ esset Prætor, ut in 1. libro demonstratum.

Chelidone invita, lege agere: Nemini licuit agere causas suas juxta leges patrias, si id non placuit suæ clientulæ, & amasiæ Chelidoni.

Non istum, ut non neminem: Alii fuerunt Romæ integri, in provinciis primùm corrupti. Verres, ut jam Romæ in prætura sceleratus fuit, ita & in Sicilia. Per *non neminem* aliquem indeterminatum, vel saltem omnibus tum notum intellexit.

Cùm id: Cùm instaret Heraclius, clarum jus esse, claram legem Rupilii, negavit tamen Verres, se sortitô daturum judices juxta Rupilii legem; dedit ergo pro suo arbitratu quinque judices, quos ei commodum erat, & placitum dare; non sortiebatur è Senatu.

P. Ru-

esse certum Siculis, inter se quo jure certarent: legem esse Rupiliam, quam P. Rupilius Cos: de decem Legatorum sententia dedisset: hoc omnes semper in Sicilia Consules, Prætoresquè servâsse: negavit se judices è Lege Rupilia sortiturum. Quinque judices, quos commodum ipsi fuit, dedit. Quid hoc homine facias? quod supplicium dignum libidini ejus invenias? præscriptum tibi cùm esset, homo teterrime, & impudentissime, quemadmodum inter Siculos, judices dares, cùm Imperatoris Populi Romani auctoritas, Legatorum decem, summorum hominum dignitas, S. C. intercederet, cujus consulto P. Rupilius de Legatorum sententia leges in Sicilia constituerat: cùm omnes ante te Prætores Rupilias leges in

16. *Invectiva, & apostrophe in Verrem.*

Repetitio.

P. Rupilius Cos: Jam suprà dictum, Rupiliū Romæ fuisse Consulē, inde ex Senatusconsulto leges Siculis constituisse.

Consules, Prætoresq;: Qui post Consulatum, Præturamq; Romanam Siciliæ præfuerant.

Quos commodum: Quos habere, & accipere, erat ipsi utile, placitum.

Quid hoc homine facias? Sic Terent: *quid me faciā, nescio.*

Libidini: Sic lege: ejus libidini quale invenies supplicium, quod dignum sit.

Judices dares: Jam habebas præscriptas tibi leges, quomodo, dum esses inter Siculos, & illis præesses, judices deberes constituere.

Cùm Imperatoris populi R. Publii, Rupilii, de quo infra: qui habuit imperium à populo Rom: & auctoritatem legum dandarum à Senatu.

S.

in cæteris rebus, & in judiciis maximè observâssent, tu ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere? tibi nulla lex fuit? nulla religio? nullus existimationis pudor? nullus judicii metus? nullius apud te gravis auctoritas? nullum exemplum, quod sequi velles? Verùm ut institui dicere, quinquè judicibus, nulla lege, nullo instituto, nulla religione, nulla sorte, ex libidine istius datis, non qui causam cognoscerent, sed qui, quod imperatum esset, judicarent: eo die nihil actum est, adesse jubentur postridie.

Interrogatio vehemēs cum adjunctione. Incisa. Traductio.

Reditus ad rem. Incisa. Traductio.

S. C. intercederet: Cùm Senatus sua auctoritate per Senatûsconsultum intercederet, & suæ voluntatis significatione daret: *intercedere*, enim hic nō est: *impedire*, se oppōere, sed se interponere ad rem cum auctoritate faciendam.

Pro nihilo præ tua præda? ut iniquissimum lucrū faceres, omne jus, omnem virtutem, omnē religionem, &c. insuper habes? est hic amplificatio vehemens.

Nullus existimationis pudor: Non pudebat, prætorē & Magistratum Romanum in tam turpi existimatione esse? existimatio propriè est status dignitatis, quam in opinione hominum habemus.

Nullus judicii metus: Non metuebas reddendam aliquando rationem, accusandū te, condemnandum? Adducit hic Cicero argumenta pulcherrima, quibus homo à scelere deterreri debeat: præceptum, & mandatum Superiorum, & Magistratûs, exempla, religionem, & metum Numinis, infamiam, pœnam &c.

Nullo instituto: Non juxta morē, & institutum patriæ.

Nulla sorte: non sortitò, *ut debebas.*

Ex libidine: Juxta cupiditatem pecuniarum.

Qui causam cognoscerent: Nempe tales judices, qui non ju-

die. Heraclius intereà, cùm omnes insidias á Prætore fortunis suis fieri videret, capit consilium de amicorum, & propinquorum sententia, non adesse ad judicium. Itaquè Syracusis illâ nocte profugit. Iste postero die manè, cùm multò maturiùs, quàm unquam anteà surrexisset, judices citari jubet. Ubi comperit, Heraclium non adesse, cogere incipit eos, ut absentem Heraclium condemnarent. Illi eum commonefaciunt, ut si ei videatur, utatur instituto suo, ne cogat ante horam decimam de absente secundùm præsentem judicare. Impetrant. Intereà sanè perturbatus, & ipse, & ejus

Stylus narrationis.

Polysyndeton.

judicarent juxta æquitatem, quam intelligerent, sed juxta mandatum, & edictum, quod á te acciperent.

Judices citari jubet: Per Præconem, qui judices, actores, reos, testes ex officio vocabat.

Instituto suo: Suo Syracusanorum, non Verris; juxta consvetudinem urbis suæ:

Ante horam decimam: Horis duodecim: alii habent, decem. Singuli dies constabant apud Romanos antiquos, dies quidem æstivi horis longioribus, brevioribus hyemales; noctium similis ratio. Duodenæ singularum horæ; breviores æstivarum, longiores hyemalium. Ergo ante horam decimam, id est: ante vesperum.

De absente secundùm præsentem: Secundùm pro juxta vel *tanquam præsentem.* Ita alibi: *Secundùm tabulas alicujus litem dare, & secundùm aliquem judicare.* Pro Q. Roscio item: *secundùm auctoritatem, & vitam testiū judicare.*

Intereà perturbatus: Cùm Heraclius non adesset, amens Ver-

ejus amici, & consiliarii molestè ferre cœperunt, Heraclium profugisse. Putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ, multò invidiosiorem fore, quàm si præsens damnatus esset. Eò accedebat, quòd judices è Lege Rupilia dati non erant, multò etiam rem turpiorem, & iniquiorem visum iri intelligebant. Itaquè hoc dum corrigere vult, apertior ejus cupiditas, improbitásquè facta est. Nam illis quinquè judicibus uti sese negat. Jubet, id quod initio à Lege Rupilia fieri oportuerat, citari Heraclium, & eos, qui dicam scripserant: ait, se judices è lege velle sortiri. Quod ab eo pridie, cùm multis lacrymis eum oraret, atquè obsecraret Heraclius, impetrare non

Verres damnari absentem imperat, non jam à quinque judicibus, sed à tribus ex lege Rupilia in speciem datis, re ipsâ corruptis, & jussis à Prætore, ut condemnarent.

Iniquiorem visum iri: Animadvertebant claram rei infamiam, si absens diceretur condemnatus.

Apertior &c. Dum corrigere vult istud, se majore scelere, & clariorè implicâsse clare notatus est.

Illis quinque judicibus: Ait se non usurum quinque illis judicibus, quos dederat contra legem Rupiliam.

Jubet, id &c. Sicut initio debebat fieri, ita nunc edicit, se ex lege Rupilia, & sortitò daturum judices, & sub hoc prætextu citari jubet Heraclium, citari Actores.

Quod ab eo: Mirum: quod alter primò petit, & instanter petit, etiam cum lacrymis, id se facere debere non intelligit, non meminit Prætor; primùm altero die ei incidit, ut hoc faciat. Ironicè.

Edu-

non potuerat: id ei postera die venit in mentem, è Lege Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex urna tres. Iis, ut absentem Heracliũ condemnent, imperat. Itaq; condemnant. Quæ, malum! ista fuit amentia? ecquando te rationẽ factorũ tuorũ redditurum putâsti? ecquando his de rebus tales viros audituros existimâsti? petatur hæreditas ea, quæ nulla debetur, in prædam Prætoris? interponatur nomen civitatis? imponatur honestæ civitati turpissima persona calumniæ? Neque hoc solùm: sed ita res agatur, ut ne simulatio quidem æquitatis ulla adhibeatur? Nam, per Deos immortales, quid interest, utrùm Prætor imperet, vi-

Ironicè.

Exclamatio Amplificatio & Apostrophe ad Verrem.

Repetitio. Interrogatio vehemens.

Metaphora.

Ex pari, cũ exclamatione.

Educit ex urna: Hoc est: sortitò: simul jubet, ut condemnent.

Quæ, malum! Malum, per interrogationem, vel exclamationẽ constructioni interjectum vehementem indignationem significat. Vide iterum amplificationem post narrationẽ.

Ecquando: Num aliquando?

Quæ nulla debetur: Non debetur. Terentius: *memini, tametsi nullus moneas.*

Interponatur nomen Civitatis: Syracusanæ, tanquam huic, & illius palæstræ hæreditas esse commissa fingatur?

Imponatur &c. persona: Hæc honesta civitas inducatur, ut turpissimam personam calumniæ ipsa egisse videatur, ipsa procurâsse modo tam iniquo hanc hæreditatem? metaphora ab actoribus fabularum.

Ne simulatio quidem: Nulla ut crimini honesta species obtendatur, & idem apertè agatur, ac si innocens juberetur omnes suas res derelinquere, & in exilium abire; dum enim tale judicium indictâ causâ fieri imperat, & conde-

vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere: an hujusmodi judicium det, quo judicio, indictâ causâ, fortunis omnibus everti necesse sit?
18. *Anteoccupatio.* *Synonymia.* profectò enim negare non potes, te ex Lege Rupilia sortiri judicium debuisse, cùm praesertim Heraclius id postularet. Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse, ipse te impedies,
Ex consequentibus. ipse tu tua defensione implicabere. Quare enim primùm ille ipse adesse noluit, cùm ex eo numero judices haberet, quos postulârat? deinde tu cur post illius fugam judices alios sortitus es, si eos, qui erant anteà dati, utriusq; dederas voluntate? Deinde caeteras dicas omnes illo foro M. Postumius Quaestor sortitus est: hanc solam tu illo condemnat; Heraclium jubet, idem est,ac si cogat illatâ vi, ut relinquat omnia sua bona.

Indictâ causâ: Non dictâ, non defensâ causâ,

Sortiri judicium: Id est: judices; neq; aliud est, quàm *sortiri dicas*, ut jam aliquoties.

Heraclii voluntate: Non poteris dicere, Heraclium ipsum voluisse, ut judices non dentur ex lege Rupilia: Si enim habuisset judices,quos ipse voluisset, non discessisset, sed mansisset ad judicium.

Ipse te impedies: Tuômet te laqueo implicabis. *Impedire* enim propriè est:involvere, implicare.

Utriusq; dederas voluntate: Si & tu, & Heraclius hos judices voluit, cur fugiente Heraclio alios sortitus es?

Deinde caeteras dicas: Insuper ex hoc patet fraudulenta cupiditas tua,quòd pro caeteris omnibus litibus judices sortitus sit Postumius Quaestor, hanc solam litem He-

conventu reperière sortitus. Ergo inquiet aliquis, donavit populo Syracusano illam hæreditatem. Primùm, si id confiteri velim, tamen istum condemnetis necesse est. Neque enim permissum est, ut impunè nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. Verûm ex ista reperietis hæreditate ita istum prædatum, ut perpaucà occultè fecerit: populum quidem Syracusanum in maximam invidiam, suâ infamiâ, alienô præmiô, pervenisse: paucos Syracusanos, eos, qui se nunc publicè laudationis causâ venisse dicunt, & tunc participes prædæ fuisse,

Anteoccupatio.

Ad Thesin revocat.

Antithbeta.

Heraclii tu tibi reservâsti, huic soli tu sortitus es judices,in illo conventu, foroq; Syracusis tum celebrato.

Ergo inquiet aliquis: Ad prolepsin, & objectionem sic respondet: Si dicitur ista hæreditas Syracusanis data, tamen eā impunè non licet Heraclio eripere, ut tradat palæstritis: multò minùs bona paterna.

Condemnetis, necesse est: Repetundarum tamen hic damnandus est.

Verùm ex ista;Sed neq; hæreditas hæc,saltem non tota, cessit palæstritis; nam intelligetis Verrem ex hac hæreditate minimè occultam prædam fecisse.

Alienô præmiô: Reperietis, intelligetis, alium (nempe Verrem) accepisse præmium,& prædam,populum autem Syracusanum inde tulisse invidiam, & infamiam, tanquam populus hæreditatem acquisivisset.

Paucos Syracusanos: Jam hic aliquam reddit rationem eorum,quæ in hac oratione de nonnullis Syracusanis Verris laudatoribus dixit sub N.5.aliqui pauci sunt ex ista urbe,qui Romā venerunt tanquā laudaturi Verrē; hi ipsi fuère participes prædæ hujus, & jam Romæ adsunt, non

tam

fuisse, & nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium æstimationem venisse. Posteaquam damnatus est absens, non solùm illius hæreditatis, de qua ambigebatur, quæ erat H.S. tricies, sed omnium bonorum paternorum ipsius Heraclii, quæ non minor erat pecunia, palæstræ Syracusanorum, hoc est: Syracusanis possessio traditur. Quæ est ista Prætura? eripis hæreditatem, quæ venerat à propinquo, venerat testamento, venerat legibus: quæ bona is, qui testamentum fecit, huic Heraclio, antè aliquantò, quàm est mortuus, omnia utenda, ac possidenda tradiderat, cujus hæ-

Pergit in narratione.

Narrationi subjungitur amplificatio, Repetitio. Dissolutio.

tam ut laudent Verrem, quàm ut ipsis quoq; in hoc judicio lis æstimetur, ut intelligant, quantum & ipsi restituere debeant.

Ad communem litium æstimationē: Si damnabitur Verres repetundarum, ipsi quoq; judicio, quod recuperatoriū vocatur, convenientur, & adigentur ad restituenda bona Heraclii, & quanti ea res in judicio æstimata fuerit, tantum cogentur refundere. De litis æstimatione jam alibi.

Bonorum paternorum: Quæ aliunde à parentibus, & ex proprio habuit, non ab hæreditate, nempe patrimonium proprium.

Possessio traditur: Adjudicantur palæstræ omnia prorsus Heraclii bona; non sola hæreditas, de qua erat cōtroversia; & hæreditas erat tanta! sed cætera bona non minora.

Quæ est ista prætura? Estne hoc agere ex officio Prætoris?

Venerat legibus: Legitimo nempe, & juxta leges licito testamento.

Omnia utenda ac possidenda: Fructum inde percipiendorum

hæreditatis, cùm ille aliquantò ante te Prætorem esset mortuus, controversia fuerat nulla, mentionem fecerat nemo. Verùm esto, eripe hæreditatem propinquis, da palæstritis: prædare in bonis alienis nomine civitatis: everte leges, testamenta voluntates mortuorum, jura vivorum; num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit? qui simul, ac profuit, quàm impudenter, quàm palam, quàm acerbè, Dii immortales, illa bona direpta sunt! quàm illa res calamitosa Heraclio, quæstousa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur! Nam illud quidem statim curatur, ut quidquid cælati argenti fuit in illis bonis, ad istum deferatur: quidquid Corinthiorum vasorum, stragulæ vestis,

Concessio membratim. Dissolutio. Similiter desinens.

Repetitio. Exclamatio Ab adjunctis. Similiter cadentia.

Enumeratio.

Repetitio.

rum plenam potestatem fecerat.

Cùm ille: Qui testamentum condidit.

Verùm esto: Invidiosa concessio; nam esto, quòd hæc adhuc crimina possent tolerari, quæ tamẽ maxima; sed quid istud: etiam paternis bonis hominem innocentem exturbare?

Quàm acerbè: Ut nulli rei parcerent, omnes sinus pertentarent, nihil intactum relinquerent.

Quæstuosa Verri: Quantum lucrum, & prædam attulit Verri!

Turpis Syracusanis: Quorum nomine prædatus est, Verres.

Nam illud: Augetur crimen ab adjunctis factæ spoliationis, à rumore populi, clamore in furto manifesto.

Cælati argenti: Vide suprà N. 14.

Corinthiorum vasorum: Corinthia vasa dicuntur ea, quæ

stis, hæc nemo dubitabat, quin non modò ex illa domo capta, & oppressa, verùm ex tota provincia ad istum comportari necesse esset. Mancipia, quæ voluit, abduxit; alia divisit, auctio facta est: in qua cohors istius invicta dominata est. Verùm istud est præclarum: Syracusani, qui præfuerunt his He-

Hyperbole.

Membratim.

Allegoria.

Ironia.

quæ ex ære Corinthiaco fusa;quæ tanto olim in pretio habita sunt, ut sæpè argenti, nonnunquam auri æstimationem excederent; hujus æris non naturalis erat, sed artificio quæsita nobilitas, auro, argentoq; æri permisto. Existimant hanc metallorum commistionem casu primùm esse adinventam, dum Corinthô captâ,& incensâ, perustis statuis, & simulacris, æs,aurum,argentum in unam pulcherrimam massam confluxêre.

*Nemo dubitabat:*Tanta erat Verris in his rebus cupiditas, nota omnibus, ut judicarent, non modò ex Heraclii oppressi domo, quam Verres in captivitatem quodammodo redegerat, comportari debere bona omnia in Verris domum, sed ex tota provincia.

Mancipia: Jam suprà dictum, mancipia etiam nominata esse bona quæcunq; servituti addicta. Et cùm suprà per mancipia pretiosa videatur intellexisse non homines,sed res alias,pari modo hic judicandum. V.N.14.

*Auctio facta est:*Auctio est publica rerum venditio,inde dicta, quia fit per augmentum pretii,ut,qui plus offerat, accipiat. Pro signo talium rerum vendendarum figebatur hasta ante domum; & inde talis suppellex, talia bona dicta sunt: *hastæ subjici.*

Cohors istius invicta: Cohors Verris, comites Verris, quos nemo vincere potuit, nemo impugnare ausus, hi dominati in hac auctione sunt, emerunt,quæ voluerunt, & quanti voluerunt.

Verùm istud est præclarum: Ironicè,hoc est: magnopere laudandum;Syracusani illi,qui huic hæreditati præerant, rationem rerum omnium reddiderunt in Senatu.

Ver-

Heraclii bonis, verbo redigendis, re dispertiendis, reddebant eorum negotiorum rationem in Senatu: dicebant, scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse: dicebant, quantum cuique ejus jussu nummorum esset datum. Gemebant Syracusani: sed tamen patiebantur. Repentè recitatur, uno nomine H. S. CCL. millia jussu Prætoris data. Fit maximus clamor omnium. non modò optimi cujusquè, nequè eorum, quibus indignum semper visum erat, bona privati, populi nomine per summam injuriam erepta: verùm etiam ipsi illi auctores injuriæ, & ex aliqua particula socii prædæ, ac rapinarum, clamare cœperunt, sibi ut haberet hæreditatem. Tantus in curia clamor factus est, ut populi-

Similiter desinens, & cadens.

Enumeratio.

Stylus narrationis.

Verbo redigendis, re dispertiendis: In speciem, ut inde summam pecuniæ collectam numerarent reipublicæ: reipsâ ut dispertirent inter eos, quibuscum Verres prædæ societatem inierat.

H. S. CCL. Fit palàm, recitatur publicè; uno hoc nomine & titulo hujus hæreditatis data esse illis, quibus jusserat Verres, sexies mille ducentos quinquaginta Coronatos. V. N. 20.

Fit maximus clamor: Re adeò indignâ oculis subjectâ non modò exclamant boni, verùm etiam auctores injuriæ, inter quos præcipui Cleomenes, & Æschrio, & illi, qui modicum quid de hæreditate hac participârunt: servet Verres hanc sibi hæreditatem, clamârunt.

pulus concurreret. Res ab omni conventu cognita, celeriter domum nuntiatur. Homo inimicus his, qui recitâssent, hostis omnibus, qui acclamâssent, exarsit iracundiâ, ac stomacho. Verumtamen fuit tum sui dissimilis. Nôstis os hominis, nôstis audaciam: tamen tum rumore populi, & clamore, & furto manifesto grandis pecuniæ perturbatus est. Ubi se collegit, vocat ad se Syracusanos: quia non posset negare ab illis pecuniam datam; non quæsivit procul alicunde, (neque enim probaret) sed proximum, pæne alterum filium, quem illam pecuniam diceret abstulisse. Ostendit, se reddere coacturum. Qui posteaquam id audivit, habuit dignitatis, & ætatis, &

20. *Compar. Simil: desin: Metonymia: Os pro impudentia. Polysyndeton. Mēbratim.*

Res ab omni conventu: à toto conventu.

Domum: Verris.

Inimicus his, qui recitâssent: Iratus vehementer iis, qui talia publicè legissent, manifestâssent.

Stomacho: id est: bile: sic *stomachum movere;* sic *epistolam plenam stomachi* dicimus.

Sui dissimilis: Non fuit ut antehac, audax, furiosus, erumpens in pœnam, vindictam, sed perturbatus aliud nihil tum egit.

Non quæsivit procul alicunde: Non quæsivit alienum aliquem, & è remoto petitum (non enim potuisset hoc probabile facere, & credibile) sed aliquem ex suis, cui pecuniam illam datam fuisse mentiretur.

Pæne alterum filium: Generum nempe suum, adolescentem electum, non tamen filio suo similem, quem pravum, & impurum sæpè ostendit Cicero. Generum autem non minus charum, quàm filium & habuit, & habere debuit

jure

& nobilitatis suæ rationem. Verba apud Senatum fecit: docuit ad se nihil pertinere. De isto id, quod omnes videbant, neque ille quidem obscurè locutus est. Itaquè illi Syracusani statuam posteà statuerunt: & is, ubi primùm potuit, istum reliquit, de Provinciaqué decessit. Et tamen ajunt, eum queri solere nonnunquàm, se miserum, quòd non suis, sed suorum peccatis, & criminibus prematur. Triennium provinciam obtinuisti: gener electus adolescens unum annum tecum fuit: sodales, viri fortes, legati tui primo anno te reliquerunt: unus legatus P. Tadius, qui erat reliquus, non ita multùm tecum fuit: qui si semper unà fuisset, tamen summâ curâ tum

Traductio.

Membratim.

tuæ,

jure naturali. Hunc arguit acceptæ pecuniæ, sed falsò; hic autem injuriam sibi factam pro conservanda sua famà,& dignitate conquestus est apud Senatum,& de Verre satis clarè locutus est.

Statuam statuerunt: Ut modò, ita olim statuæ bene meritis erigebantur; quem honorem Romani summè affectabant, hac ratione æternitati se commendandos arbitrati; *quasi plus præmii* (inquit Ammianus) *ex figmentis æreis sensu carentibus adepturi, quàm ex conscientia honestè, rectèq; factorum.* Romæ in plateis erat *quidam veluti populus;* Inquit Cassiodorus, *statuarum pretiosarum.* Verris igitur genero, homini bene de republica merito, statuam pariter erexêre Syracusani.

Provinciam obtinuisti: Prætor in Sicilia fuisti.

Viri fortes: Viri generosi non permansère tecum.

Unà fuisset: In tuo comitatu.

Antitheta. tuæ, tum multò etiam magis suæ famæ perpecisset. Quid est, quòd tu alios accuses? quid est, quamobrem putes *Geminatio.* te tuam culpam non modò derivare in aliquem, sed communicare cum altero posse? Numerantur illa H. S. ducenta quinquaginta Syracusanis. Ea quemadmodum ad istum posteà per pseudò- *Metaphoricè.* thyrum revertantur, tabulis, vobis & testibus, judices, planum faciam.

Ex

Non modò derivare: Derivare plus est, quàm *communicare:* est enim ferè totum transferre in alterum; sed *communicare:* est tantùm partem dare.

H.S. ducenta quinquaginta: Jam suprà dictum: si numerus non ponatur adverbialiter, *centies*, *ducenties &c.* solùm intelliguntur *millia*; Si verbò adverbialiter: semper subintelliguntur *centena millia*. Ponam hic numerum non adverbialem, ejusdemq; summam & valorem.

H. S. X. i.e. *millia*. 250. Coron. H.S. XX. - 500. Coron. H. S. XXX. - 750. Coron. H.S. L. - 1250. Coron. H. S. C. - 2500. Coron. H.S. CC. 5000. Coron. H. S. CCC. - 7500. Coron. H.S. CCCC. 10000. Coron. H. S.D. - 12500. Coron. Itaq; ducenta quinquaginta millia sestertiûm conficiunt hic 6250. Coron: vel uti alii ad nostrum numerandi modum reducunt, 6935. taleros. Alibi de Numero adverbiali.

Per Pseudothyrum: Fuerunt numeratæ Syracusanis illæ pecuniæ, & quasi palàm egrediebantur è domo Verris; sed iterum latenter, & quasi per posticum eodem reversæ sunt. Pseudothyron est latens, fallax, & aversa janua, quæ speciem ostii non præbet, qualem Virgilius descripsit secundo Æneid.

Limen erat, cæcæq; fores, & pervius usus
Tectorum inter se Priami. &c.

Tabulis: Hoc est: momentis scriptis probabo.

Ex

Ex hac iniquitate iſtius, & improbitate, judices (quòd præda ex illis bonis ad multos Syracuſanos invito populo, Senatuqué Syracuſano venerat) & illa ſcelera per Theomnaſtum, & Æſchrionem, & Dionyſodorum, & Cleomenem invitiſſima civitate facta ſunt; primùm ut urbs tota ſpoliaretur: qua de re alius mihi locus ad dicendum eſt conſtitutus: ut omnia ſigna iſte per eos homines, quos nominavi, omne ebur ex ædibus ſacris, omnes undiquè tabulas pictas, Deorum deniqué ſimulacra, quæ vellet, auferret: deinde, ut in curia Syracuſis (quem locum illi Buleuterium vocant) honeſtiſſimo loco, & apud illos clariſſimo, ubi illius ipſius M. Marcelli (qui cùm Syracuſanis lo-

Ab effectis, & conſequentibus.

Enumeratio criminum conſequentium.

Synecdoche: ebur pro eburneis ſimulacris.

Ex hac iniquitate: Hæc iniquitas Verris, diſtribuentis inter Syracuſanos magnâ partê Heraclianiæ hæreditatis, cauſa fuit, ut multa à Syracuſanis, invito eorum Senatu, & reliquo populo, ſcelera fierent, nempe ſpoliatio urbis, ablatio ſignorum, & imaginum, collocatio ſtatuæ Verris, & filii in curia, & quæ enumerantur plura.

Et illa ſcelera: Intellige & pro *etiam*: etiam ſcelera illa facta ſunt.

Urbs tota ſpoliaretur: L.IV. de ſignis.

Omne ebur: Id eſt: ſtatuas, imagines, ſimulacra, & alia ex ebore facta.

Buleuterium: βυλευτήριον, ubi βυλευταὶ, hoc eſt: Senatores de republica ſententias dicunt: locus ubi conſultationes fiunt, Curia.

M. Marcelli: Fuit hic vir clariſſimus, cujus geſta à Plutarcho, & aliis ſcripta ſunt. Hic Gallorum Ducem ſin-

locum eum eripere belli, ac victoriae lege posset, conservavit, & reddidit) statua ex aere facta: ibi inauratam isti, & alteram filio statuam posuerint: ut, dum istius hominis memoria maneret, Senatus Syracusanus sine lacrymis, & gemitu in curia esse non posset. Per eosdem istius injuriarum, furtorum, uxorumque socios, istius imperio Syracusis Marcellea tolluntur maximo gemitu, luctuque civitatis, quem illi diem festum cùm recentibus beneficiis M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiae Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Mithridates in Asia, cùm eam provinciam

Epiphonema.

Dissolutio. Synonyma.

totam

singulari certamine fudit, spolia legit, Annibalem primo vinci posse docuit, Syracusas post tres annos expugnavit: victis monumenta sua conservavit, reddidit, quinquies Consul, tandem insidiis Annnibalis deceptus, & occisus est.

Statua ex aere: Connecte ex superioribus: ubi illius ipsius Marcelli &c. statua ex aere facta.

Ibi inauratam: In eo ipso loco, ubi erat Marcelli statua ex aere, ibi posuerunt statuam Verris & filii inauratam.

Uxorumq; socios: Vide suprà, ubi eos affines nominavit.

Marcellea tolluntur: Abrogatur festus dies, quem Syracusani in M. Marcelli honorem, & memoriam sacris, epulisq; celebrabant.

Maxima voluntate: Cùm agnoscerent se recentia, & tanta beneficia à Marcello accepisse, reddebant & grati, & lubentissimè.

Mithridates: Rex Ponti, qui Graeciam, insulasq; ferè omnes occupavit, cives Romanos totâ Asiâ negotiantes nocte una occidendos curavit, sed à Sylla & postmodum

à

totam occupâsset, Mutia non sustulit, hostis, & hostis in cæteris rebus nimis ferus, & immanis, tamen honorem hominis, Deorum religione consecratum violare noluit: tu Syracusanos unum diem festum Marcellis impertire noluisti, per quos illi adepti sunt, ut cæteros dies festos agitare possent. At verò præclarum diem reposuisti, Verrea ut agerent, & ut ad eum Diem, quæ sacris, epulisq; opus essent, in complures annos locarentur. Sed jam in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Nam me dies, vox, latera deficiant, si hoc nunc vociferari velim,

Ab exemplo dissimili in hoste.
Coduplicatio.
Cõmutatio.
Contraria.
Ironia.
Dissoluta.
Incisa.

à Pompejo devictus est; Vide Orat. pro L. Manil.

Mutia non sustulit: Festa illa, quæ Asiatici in Q. Mutii Scævolæ, qui abstinenter provinciam rexerat, honorem instituerant.

Deorum religione consecratum: Qui honor per religionem Diis in eo exhibitam, & ipse Sacer, & quodammodo divinus fuit.

Impertire: Dare Marcellis.

Per quos: Marcelli sunt: qui Syracusanis sua beneficia conferendo, contulerunt etiam facultates, quibus alios suos festos dies celebrare possint.

At verò præclarum: Loco festorum Marcellorum tua instituisti festa: in tuum honorem celebranda.

Locarentur: Et ut jam deponerentur pecuniæ apud certos homines, qui in se reciperent, se, quibus opus esset, ad eum diem celebrandum, pro sacris, pro epulis, omnia daturos, parataq; habituros.

Sed

lim, quàm miſerum, indignumquè ſit, iſtius nomine apud eos diem feſtum eſſe, qui ſeſe iſtius operâ funditùs exſtinctos eſſe arbitrentur. O Verrea præclara! quoquam ſi acceſſiſti, quò non attuleris tecum iſtum diem! etenim quam tu domum, quam urbem adiiſti, quod fanum denique, quod non everſum, atque exterſum reliqueris? quare appellentur ſanè iſta Verrea, quæ non ex nomine, ſed ex manibus, naturaquè tua conſtituta eſſe videantur.

Exclamatio ironica.

Paronomaſia.

A cauſis.

22.
Tranſitio *ſententioſa.*

Quàm facilè ſerpat injuria, & peccandi conſvetudo quàm non facilè reprimatur, videte judices. Bidis oppidum eſt, tenue ſanè, non longè à Syra-

Sed jam: Inter tot tamen ſcelera diſſimulandum etiam aliquid, non ſingula adeò exaggeranda; non ubiq; ſummâ vehementiâ contendendum; neq; poſſem hujus ſceleris indignitatem ſatis deſcribere, quòd Siculi debeant celebrare illius facta, à quo penitùs ſunt everſi, & devaſtati.

Verrea præclara! Ironicè; quàm præclarè Verres hoc ſuum feſtum inſtituit, & quocunq; it, ſecum fert, ubiq; Verrea celebrat; nam ubiq; verrit, & everrit, omnia ſpoliat, omnia rapit, exinanit domos, fana &c.

Non ex nomine: Quemadmodum Mutia à Mutio, alia ab aliis dicta ſunt. Tua feſta nomen trahunt à rebus tuis, quas agis, à natura tua tam cupida, rapace, à manibus, quæ ſolent omnia evertere, extergere, eripere.

Quàm facilè: Alia probatio, novâ narratione, novô exemplô iniquitatis in Epicrate; res patebit ex contextu.

Serpat injuria: Injuſtitia ſemel cœpta, ſicut & alia ſcelera creſcunt ſemper, difficulter reprimuntur. Patebit hoc ex ſequentibus.

Lon-

Syracusis. Hujus longè primus civitatis est Epicrates quidam. Huic hæreditas H. S. quingentorum millium venerat à muliere quadam propinqua, atque ita propinqua, ut ea etiam si intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum ligibus hæredem esse oporteret. Recens Syracusana erat illa res, quam antè demonstravi, de Heraclio Syracusano, qui bona non perdidisset, nisi ei venisset hæreditas. Cogitare cœperunt ejus inimici, nihilominùs eodem Prætore hunc everti bonis posse, quo Heraclius esset eversus. Rem occultè instituunt: ad Verrem per ejus interpretes deferunt. Ita causa componitur, ut item palæstritæ Bidenses pe-

Narratio de Epicrate.

Acumen ex antithesi.

Stylus Narratorius.

Longè primus: Omnium præcipuus.

H. S. quingentorum millium: 12500. nempe duodecim millium, & quingentorum Coronatorum.

Ut ea etiam: Per trajectionem; sic intellige: ut si ea etiam intestata, hoc est: absq; testamento esset mortua, juxta leges Bidinorum Epicrati hæreditas illa obvenisset.

Recens Syracusana: In recente omnium erat memoria id, quod cum Heraclio factum, qui bona nunquam omnia amisisset, nisi hæreditariò aliqua accepisset. Antithesis.

Nihilominùs: Æquè & eodem modo.

Everti bonis, quo eversus: Videtur studiosè hoc dictum usurpare sæpiùs, ut alludat ad superiora de communi existimatione populi, quomodo Verres sit *eversurus* provinciam.

Interpretes: Per emissarios Verris, transactores, & qui hinc inde rem referebant.

Causa componitur: Stropha adornatur, ut item ab hoc, &

peterent ab Epicrate hæreditatem, quemadmodum Palæstritæ Syracusani ab Heraclio petissent. Nunquam vos Prætorem tam Palæstricum vidistis. Verùm ita Palæstritas defendebat, ut ab illis ipse unctior discederet. Qui statim cùm præsensisset, jubet, cuidam suorum amicorũ numerari H.S. LXXX. Res occultari satis non posse; per quemdam eorum, qui interfuerat, fit Epicrates certior. Primò negligere, & contemnere cœpit, quòd causa prorsus, quod dubitari posset, nihil habebat. Deinde cùm de Heraclio cogitaret, & istius libidinem nôsset, commodissimum pu-

Acumen.

Synecdoche figura.

Stylus narratorius.

& eodem modo, sicut ab Heraclio, petatur.

Palæstricum: Nunquam Prætor aliquis ita Palæstritis addictus, ita & ipse totus Palæstrita fuit; nam sicut Palæstritæ oleo, ita ipse unctus est pecuniis, quod in proverbio dicimus, cùm corrumpi pecuniis significamus.

Cùm præsensisset: Cùm Verres rem totam advertisset, quid machinarentur palæstritæ, quid inimici Epicratis; jubet ab illis ipsis palæstritis, inimicis Epicratis, cuidam suo amico, nempe Volcatio, ad cautionem quasi, certam numerari pecuniã, quæ deinde, ut suprà, ad se perveniret.

H.S. LXXX. Duo millia Coronatorum.

Occultari satis non posse: Infinitivus, ut in narrationibus, per Synecdochen figuram subintelligendo aliud verbum. Non poterat res sat clàm haberi, ipsi Epicrati res subolet, per quemdam suorum amicorum, qui adornationi hujus strophæ interfuerat.

Primò negligere: Primò quidem contempsit adversarios, causæ suæ justitiã nixꝰ; sed ne sibi tamẽ, uti Heraclio, innocenti dica scriberetur, fugit.

Istius libidinem: Nempe Verris.

Æstua-

putavit esse, de provincia clàm abire. Itaque fecit. Profectus est Rhegium. Quod ubi auditum est, æstuare illi, qui dederant pecuniam. Putare nihil agi posse, absente Epicrate. Nam Heraclius tum affuerat, cùm primùm dati sunt Judices: de hoc, qui, antequam in jus aditum esset, antequam denique mentio controversiæ facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse. Homines Rhegium proficiscuntur, Epicratem conveniunt: demonstrant id, quod ille sciebat, se H.S. LXXX. dedisse: rogant eum, ut id, quod ab ipsis abîsset pecuniæ, curet: ab sese caveat, quemadmodum velit: de illa hære-

Metaphora. Synecdoche figura.

Membratim.

Æstuare illi: Translatũ ab iis, qui præ nimia contentione animi, & vehementi agitatione desudant. Sic paulò pòst: *itaq; æstuat dubitatione, versabat se in utramq; partem.*

Heraclius tum affuerat: Metuebant sibi, ne non possent Epicratem evertere, sicut eversus erat Heraclius. Heraclius enim salte præsens erat, quando ei dica scripta, quando dati judices, quando in jus aditum, sive quando ad judicem, & locum juris primò iverunt, litem cœperunt.

Rhegium: Urbs est in margine Italiæ sita, à qua Sicilia avulsa est.

Epicratem conveniunt: Palæstritæ Bidinenses proficiscuntur & ipsi Rhegium, agunt cum Epicrate, petunt, ut faciat saltē ipse se indemnes, dedisse enim se H.S.LXXX. si has pecunias ipse præstaret, & solveret Palæstritis, vel quacunq; ratione faceret, ut pecuniæ illæ ad se redirent; tunc &c.

Ab sese caveat: Exigat à se (Palæstritis) cautionem, quam petere voluerit, se paratos quavis cautione repromitte-

hæreditate cum Epicrate neminem a-ĉturum. Epicrates homines multis verbis à se malè acceptos dimittit. Redeunt illi Rhegio Syracusas: queri cum multis, ita, ut fit, incipiunt, sese sestertiûm LXXX. nummûm frustra dedisse. Res percrebuit: in ore atque sermone omnium cœpit esse. Verres refert illam suam Syracusanam: ait se velle de illis H. S. LXXX. cognoscere: advocat multos. Dicunt Bidini Volcatio se dedisse, illud non addunt: jussu istius. Volcatium vocat: pecuniam referri imperat. Volcatius animo æquissimo nummos affert, qui nihil amitteret: reddit inspectantibus multis: Bidini nummos auferunt. Dicet aliquis, quid ergo in hoc Verrem reprehen-

Synonyma.

Synecdoche figura.

Narratorius stylus.

Prolepsis.

mittere, neminem eo nomine ampliùs petiturum.

Epicrates homines: Acerbis reprehensos verbis dimittit.

Redeunt illi: Spe sua frastrati, conqueruntur apud multos de tanta pecunia frustrà erogata.

Refert illam suam Syracusanam: Methodum, rationem, formulam, malitiam; simile enim aliquid subintelligitur, hoc sensu: quemadmodum jam Syracusis culpam in alium, in generum suum transtulerat, ita nunc idem facere instituit, cùm in Volcatium suum derivare hoc crimen voluit.

Cognoscere: Curaturum se, ut hæc causa secundùm jus ventiletur, examinetur.

Jussu istius: Dicunt quidem se Volcatio dedisse, sed hoc subdoli omittunt, quòd jubente Verre dederint.

Volcatius animo æquissimo: Lubentissimè affert pecuniam Volcatius, quia sibi nihil existimabat decedere; non enim

hendis, qui non modò ipse fur non est, sed ne alium quidem passus est esse? attendite. Jam intelligetis, hanc pecuniam, quâ viâ modò visa est exire ab isto, eâdem semitâ revertisse. Quid enim? debuit Prætor cum consilio re cognita, cùm comperisset suum Comitem juris, decreti, judicii corrumpendi causâ (qua in re ipsius Prætoris caput existimatioquè ageretur) pecuniam accepisse: Bidinos autem contra Prætoris famam, ac fortunas dedisse: non & in eum, qui accepisset, animadvertisse, & in eos, qui dedissent? Tu, qui institueras in eos animadvertere, qui per-

Dissolutio.

Polysyndeton.

enim erat pecunia sua, sed Verris.

Quâ via modò visa est: Videbitis, quòd hæc ipsa pecunia, quam modò acceperunt Bidini, illâ viâ regressura sit ad Verrem, quâ exivit: quamvis in nomine *via* & *semita* potuit fecisse distinctionem, ita, ut quod publicè exportatum fuit, clâm iterum importandum sit, nam *via* publica est, & teritur ab omnibus; *Semita* occultior, angustior, & quæ frequentatur à paucis.

Quid enim? debuit: Locus prima fronte obscurus; sed ita conjunge: quid? Non debuit Prætor animadvertisse (eleganter pro advertere in re præterita) & in eum, qui acceperat, & in eos, qui dederant, postquam intellexerat suum Comitem, Volcatium, pecuniam malo modo accepisse, & Bidinos iniqua conditione dedisse?

Prætor cum consilio: Cum iis, qui judicio præerãt: re cognitâ, auditâ totâ causâ, si innocens ipse fuisset, & intellexisset aliquid actum contra suam famam, contra æquitatem, plectere utiq; eos debuisset.

Qui instituer as: Alludit ad illud, quòd suprà, Verres edixerat: *si quis perperam judicâsset, se cogniturũ, cùm cognôsset, animadversurum.*

Per

Relata. perperam judicâssent (quod sæpè per imprudentiam fit) hos pateris impunè discedere, qui ob tuum decretum, ob tuum judicium, pecuniam aut dandam, aut accipiendam putârant? Volcatius idem apud te posteà fuit, Eques Romanus tantâ acceptâ ignominiâ.

24. *Ab adjunctis personæ.* Nam quid est turpius ingenuo, quid minùs libero dignum, quàm in Conventu maximo cogi à Magistratu, furtum reddere? qui si eo animo esset, quo non modò Eques Romanus, sed

Synonyma. quivis liber debet esse, adspicere te posteà non potuisset: inimicus, hostis esset, tantâ contumeliâ acceptâ, nisi tecum

Per imprudentiam: Non malitiosè, sed vel casu, vel negligentiâ, vel alio errore.

Hos pateris impunè: Suomet Verrem gladio petit. Dixisti, si cognoveris perperàm judicatum, perperàm actum, te cogniturum, animadversurum. Causam modò cognovisti, deprehendisti perperàm factum, eos qui sunt in judicio, pecuniam malè accepisse, alios pro judicio corrumpendo pecuniam dedisse: cur non plectis, non animadvertis?

Ob tuum decretum, ob tuum judicium: Ut secundùm eos decerneres, & judicares.

Dandam: Dederunt Bidini, accepit Volcatius.

Eques Romanus: Volcatius, equestris Ordinis, tantæ nobilitatis, post hanc publicam ignominiam, quia acceptam malè pecuniam publicè reddere debuit, tamen apud te fuit, in eadem apud te æstimatione, idem, & ipse, tibi tam addictus, ut antè.

Ingenuo: ingenuus dicebatur antiquitùs, cujus & stemma notum, & qui in libertate natus, cujus antitheton, *servus*, atq; etiam *libertinus*, hoc est: qui primùm ex servitute *liberatus*.

Te-

tecum collusisset, & tuae potiùs existimationi servîsset, quàm suæ. Qui quàm tibi amicus non modò tum fuerit, quamdiu tecum in provincia fuit, verùm etiam nunc sit, cùm jam à cæteris amicis sis relictus, & tu intelligis, & nos existimare possumus. An hoc solum argumentum est, nihil isto imprudente factum, quòd Volcatius ei non succensuit? quòd iste nec in Volcatium, nec in Bidinos animadvertit? Est magnum argumentum: verùm illud maximum, quòd illis ipsis Bidinis, quibus iratus esse debuit, (ut à quibus com-

Periodicè.

Traductio.

Polysyndeton.

Transitio per interrogationê.

Subjectio.

Tecum collusisset: Nisi tacitè tecum convenisset de reddenda pecunia, ut de infamia etiam cum sua ignominia liberaret, *colludere:* dicuntur, qui quod in speciem ex animo facere videntur, id simulatè, & fictè agunt inter se, aliorum sensibus illudentes.

An hoc solum: estnè autem hæc una, & sola probatio, quòd, quæ fecit Volcatius, facta sint volente, non imprudente Verre, & inscio; quia Volcatius in hoc casu ei non succensuit, non indignatus est?

Isto imprudente: Isto inscio, & ignaro.

Non succensuit? Tanquã in re gravi, & justa non iratꝰ est?

Quod iste nec: Et quia Verres nec pœnam decrevit Volcatio, nec Bidinis?

Illud maximum, quòd: Ita connecte: longè maxima probatio hæc est, quòd Verres Bidinis tamen, cognita tota iniquitate, non modò hæreditatem Epicratis, & quidem absentis (quod atrocius est) sed bona patria, & fortunas omnes tradidit. Intermediæ sunt constructiones reliquæ.

Ut à quibus comperit: A quibus suum decretum (idcirco quòd etiam cum præsente Epicrate jure agere non possent) pecuniâ tentatum esse, comperit. *A quibus tenta-*

comperit, quòd jure agere cum Epicrate nihil possent, etiamsi adesset, idcirco suum decretum pecuniâ esse tentatum) his, inquam, ipsis, non modò illam hæreditatem, quæ Epicrati venerat: sed, ut in Heraclio Syracusano, item in hoc (paulò etiam atrociùs, quòd Epicrates appellatus omnino non erat) bona patria, fortunasque ejus Bidinis tradidit. Ostendit enim novo modo, si quis quid ab absente peteret, se auditurum. Adeunt Bidini, petunt hæreditatem; procuratores postulant, ut se ad leges suas rejiciat, aut ex lege Rupilia dicam scribi jubeat. Adversarii non audebant contrà dicere: exitus

Cōduplicatio post aliquam interjectionem.

Membratim.

tatum: Nam à quibus non pertinet ad *comperit.*

Quòd jure agere: Eo quòd viderent, se jure nihil effecturos, præsente etiam Epicrate; ideò censuerunt pecuniis agendum apud Verrem.

Pecuniâ esse tentatum: Id est: periculum illos facere voluisse, nũ ob iniquè decernendũ Verres pecuniâ acciperet.

Appellatus non erat: Non pertractus in judicium, appellatione, & citatione facta.

Novo modo: Contra morem majorum, nullo exemplo.

Se auditurum: Causam cogniturum, etiam illius, qui ab absente peteret.

Petunt hæreditatem: Tanquam palæstræ commissam.

Procuratores postulant: qui absentis Epicratis nomine agebant, ii petunt, ut secundùm leges suas, aut ex lege Rupilia dica scribatur, & lis instituatur.

Non audebant contrà dicere: Procuratoribus leges civitatis, aut legem Rupiliam petentibus non audebant resistere accusatores: ergo res ipsis implexa fit, & *nullus reperitur exitus.*

Insi-

tus nullus reperiebatur: insimulant hominem fraudandi causâ discessisse: postulant, ut bona possidere liceat. Debebat Epicrates nullum nummum nemini. Amici, siquis quid peteret, judicio secum agi passuros: judicatum solvi satisdaturos esse dicebant. Cùm omnia consilia frigerent, admonitu istius insimulare cœperunt, Epicratem litteras publicas corrupisse: à qua suspicione ille aberat plurimùm: actionem ejus rei postulant. Amici recusare, ne quod 25. *Metaphoricè.*

Insimulant hominem: Cùm igitur istud denuò non succederet, aliâ adoriuntur viâ, dicuntq; Epicratem fraudandi causâ discessisse.

Nullum nummum nemini: Utitur hîc geminata negatione, ut fortiùs neget, more Græcorum, apud quos hæc consvetudo: id ipsum Cicero ad Atticum: *nec quomodo visurus, nec ubi dimissurus sim, nescio.*

Amici, siquis quid peteret: Epicratis amici dicebant, se accepturos judicium, & daturos fidejussores, qui sponderent solvere eam pecuniam, cujus Epicrates damnatus esset.

Judicatum satisdaturos: Dicebant se satisdaturos, hoc est: datis fidejussoribus facturos se securos creditores, quòd id solvendũ, quidquid judicatum. *Satisdare* est dato fidejussore creditorem reddere securum. *Judicatum solvi*, ut solvatur à reo, quantum judicatum est. Hæc juridica pluribus tractat Sigonius de judiciis. l. 1. c. 27.

Consilia frigerent: Cùm judices non auderent apertè condemnare innocentem, & remitteretur à primo furore, quem incendebant adversarii: aliam technam struunt, admonente, suggerente *isto*, Verre, Epicratem arguunt de corruptis litteris.

Actionem ejus rei postulant: Postulant, ut ejus rei judicium,

Traductio. quod novum judicium, ne qua ipsius cognitio, illo absente, de existimatione ejus constitueretur: & simul idem illud postulare non desistebant, ut se ad leges suas rejiceret. Iste amplam occasionem calumniæ nactus, ubi videt esse aliquid, quod amici absente Epicrate nollent defendere, asseverat se ejus rei inprimis actionem esse daturum. Cùm omnes perspicerent, ad istum non modò illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse, sed multò etiam plures eum postea nummos abstulisse, amici Epicratem defendere destiterunt: iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere, &

um, quæstionemq; constituat Verres; sed refragantur amici Epicratis.

Ipsius cognitio: Nolunt, ut Verres (Prætor nempe jam notus de iniquitate) hujus rei cognitionem, sive judicium instituat, ut absente Epicrate ejus fama, & existimatio in judicium trahatur: saltem petunt, ut secundùm suas leges sibi agere liceat, non cum Verre, & datis ab ipso judicibus.

Iste amplam: Verres hanc ipsam occasionem arripit, & quia nollent amici hujus rei judicium, hoc ipso edicit, se quæstionem de hac re constituturum, *actionem daturum.*

Per simulationem: In speciem tantùm hoc factum est, ut redderentur pecuniæ per Volcatium; nam postmodùm etiam plures redibant.

Ab isto: à Verre, per Volcatium quidem, sed per hunc velut per instrumentum.

Possidere, & sibi habere: Decretum dedit, quo Bidini bona Epicratis absentis statim possiderent, aut venderent &c.

Ad

& sibi habere jussit. Ad illa H. S. Iↄ. millia hæreditaria accessit ipsius antiqua H.S. quindecies pecunia. Utrùm res ab initio ita ducta est; an ad extremum ita perducta est? an ita parva est pecunia? an is homo Verres, ut hæc, quæ dixi, gratìs facta esse videantur? Hîc nunc de miseria Siculorum, judices, audite. Et Heraclius ille Syracusanus, & hic Bidinus Epicrates, expulsi bonis omnibus Romam venerunt.

Interrogationes pro rei indignitate augenda.
Repetitio.

Digressio.
Polysyndeton.

Ad illa H.S. Iↄ.millia,uti suprà H.S.quingenta,subauditur tum *millia*. Iↄ.ita Romani scribebant quingenta. CIↄ. significat mille. Iↄↄ. quinque millia. CCIↄↄ. decem millia. Iↄↄↄ. quinquaginta millia. CCCIↄↄↄ.centum millia. Iↄↄↄↄ.quinquaginta millia. CCCCIↄↄↄↄ.decies centena millia,hoc est: millionem.

Antiqua H. S. quindecies:Habuit jam priùs ante hæreditatem Epicrates in bonis suis sestertiûm quindecies cẽtena millia,hoc est:triginta & aliquot millia coronatorũ.

Res ab initio &c. an ad extremum? Sensus est: cùm (uti narratum) Verres ita egerit in hac controversia, quid credendum: num tantùm ab initio arte illa,& fraude usus est,& non etiam ad extremum? vel tantùm rem in fine eò perduxit,ut tam malê decideretur,& non etiam ab initio? utrumq; insinuat esse credendum; quare? quia fuit valdè magna pecunia, & Verres talis est homo, ut ista gratis non fecerit; non enim ad tantum maleficium sine spe, & emolumento accesserit.

Hîc nunc de miseria: Ante novam amplificationem,novam petit attentionem.Commemorat, quomodo biennio pòst L. Metellus restitui jusserit Heraclium,& Epicratem; Legatus autem aliquis,Letilius nomine,à Verre venerit, qui ita terruerit miseros Siculos, ut nisi Cicero præsens

runt. Sordidati, maximà barbâ, & capillô Romae biennium propè fuerunt. Cùm L. Metellus in provinciam profectus est, tum isti bene commendati cum Metello unà proficiscuntur. Metellus simul ac venit Syracusas, utrumquê rescidit, & de Epicrate, & de Heraclio. In utriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi quod moveri loco non poterat. Fecerat haec egregiè primo adventu Metellus, ut omnes istius injurias, quas modò posset, rescinderet, & irritas faceret; Heraclium restitui jusserat; non restituebatur: quisquis erat eductus Senator Syracusanus ab Heraclio, duci jubebat. Itaq; permulti ducti sunt. Epi-

Polysyndeton.

26. *Acta Metelli novi Praetoris Siciliae.*

Paronomasia.

contrà pugnâsset, tam multi testes scelerum Verrinorum Romam venire non potuissent.

Sordidati maximà barbà: Lugentes, veste pulla, & obsoleta, squalidâ, incomptâq; comâ, & barbâ incedebant.

Utrumq; rescidit: Et Heraclii, & Epicratis judicium nullum esse dixit, nihil valere.

Nisi quod moveri loco: Bona, ut vocabantur, immobilia, agri, domus stabant, nam, quae moveri potuerant, remota sunt, & direpta.

Heracliū restitui: In sua bona decreto Senatûs Syracusani.

Non restituebatur: Non esse statim in sua bona restitutum Heraclium, verba, quae subjunguntur, satis ostendunt. Epicrates quidem continuò restitutus est.

Quisquis erat eductus: Legunt multi interpretes *editus*, sive nominatus, tanquam particeps criminis Verris. Sensus est iste, quisquis erat ductus, adductus, vel eductus, vel editus Senator ab Heraclio, id est: reus factus, tanquam

Epicrates quidem continuò restitutus est. Alia judicia Lilybæi, alia Agrigenti, alia Panormi restituta sunt. Census, qui isto Prætore sunt habiti, non servaturum se Metellus ostenderat. Decumas, quas iste contra legem Hieronicam vendiderat, sese venditurum Lege Hieronicâ dixerat. Omnia erant Metelli ejusmodi, ut totam istius Præturam retexere videretur. Simul atqué ego in Siciliam veni, mutatus est. Venerat ad eum illo biduo Letilius quidam, homo non alienus à litteris. Itaqué eo iste tabellariô semper usus est.

Repetitio. Similiter cadens.

Similiter desinens.

Metaphora.

Acumen, & paronomasia.

Is

quam particeps criminis, duci eum jubebat Metellus, hoc est: pro damnato esse, & in carcerem duci; ita enim significat *duci*. Eodem modo suprà: *si petit, ducas:* hoc est: in vincula, vel saltem in judicium ut accusetur, ac condemnetur; vide etiam quæ dicta f. 191.

Restituta: Immutata, rescissa sunt.

Census: De his alibi.

Decumas: Decuma erat, quam quisq; arator sine pretio, sibi vicissim persolvendo, dare Romanis cogebatur; ea aut Romæ à censoribus, aut in provincia à Magistratu Romano vendebatur publicanis, qui ex eo decumani dicebantur, ut pro hac certam pecuniam populo Romano repræsentarent. In his autem vendendis certæ leges erant constitutæ, contra quas leges Verres egerat.

Legem Hieronicam: Hieronica enim lex erat de frumentis, & decumis.

Retexere videretur: Omne dissolveret, irritum faceret.

Non alienus à litteris: Per jocum, quia erat tabellarius, & scriba Verris; ergò à litteris ferendis litteratus.

Iste: Verres.

Tabellariò: Propriè tabellarius est, qui litteras perfert;

Is epiſtolas complures attulerat: in his unam domo, quæ totum immutârat hominem. Repentè cœpit dicere, ſe omnia Verris causâ velle: ſibi cum eo amicitiam cognationemquè eſſe. Mirabantur omnes, hoc ei tum deniquè in mentem veniſſe, poſteaquam tam multis eum factis, decretisqué jugulâſſet. Erant, qui putarent, Letilium legatum à Verre veniſſe, qui gratiam, amicitiam, cognationemqué commemoraret. Ex illo tempore à civitatibus laudationes petere, teſtes non ſolùm deterrere verbis, ſed etiam vi retinere cœpit. Quòd ego niſi meo adventu illius conatus aliquantulùm repreſſiſſem, & apud Siculos non

Metaphora. Inciſa.

Similiter cadens.

Me-

accipitur etiam pro eo, qui rationes conficit, & data, acceptaq; in tabulas refert.

Verris causâ velle: Præciſa locutio per ſynecdochē, quæ plena ſic effertur: *Verris causâ velle facere*, vel ſe optimè facere Verri, & propter ipſum omnia velle, quæ in ejus bonum.

Tum deniquè; Nunc tandem eum recordari hujus cognationis & amicitiæ, cùm priùs ageret alia omnia.

Jugulâſſet: Metaphora, quæ ſignificanter exprimit Verrem à Metelli factis, & decretis penitùs fuiſſe in mortem, & nihilum datum, ómnes ejus res ſuffocatas, oppreſſas.

Erant, qui putarent: Ejus rei ſuſpicionem apud alios invidioſè facit, quam ipſe Cicero, indubitanter credebat.

Laudationes petere: Hoc agebat Metellus; petebat, ut ſingulæ civitates pro more ſuperiùs adducto laudationes, & encomia darent pro Verre.

Teſtes deterrere: Id quod, initio orationis dictum: deterrere volebat Metellus Siculos, ne irent, & teſtarentur contra Verrem.

Non

Metelli, ſed Glabrionis litteris ac lege pugnâſſem, tam multos huc evocare non potuiſſem. Verùm, quod inſtitui dicere, miſerias cognoſcite Siculorum; Heraclius ille & Epicrates longè mihi obviam cum ſuis omnibus proceſſerunt: venienti Syracuſas egerunt gratias flentes: Romam decedere mecum cupiêrunt. Quòd erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire vellem, conſtitui cum hominibus, quo die mihi Meſſanæ præſtò eſſent. Eò mihi nuntium miſerunt, ſe à Prætore retineri. Quibus ego teſtimonium denuntiavi, quorum nomina edidi Metello: cupidiſſimi veniendi, maximis injuriis affecti, adhuc non venerunt. Hoc jure ſunt Socii, ut iis ne deplorare quidem de ſuis incommodis liceat.

27. *Reditus ad rem.*

Concluſio Ironica.

Jam

Non Metelli: illius, qui Romæ.

Sed Glabrionis litteris: Qui Romæ Quæſtor repetundarum judicium exercebat, mihiq; in Siciliam inquirendi causâ proficiſcenti litteras, poteſtatemq; & quærendi, & exſcribendi omnia permiſerat.

Quod erant oppida: Quia adhuc plura loca erant adeunda, inſtituendæ inquiſitionis causâ, ideò conſtitui cum iis, & condiximus, quo die Meſſanæ vellemus comparere, inde abituri Romam.

Teſtimonium denuntiavi: Ego auctoritate, quàm Româ habueram, imperavi ipſis, ut pro teſtimonio dicendo venirent; ſed venire non permiſit Metellus.

Nomina edidi Metello: Significavi Metello eorum nomina, ut eos provinciâ diſcedere, & mecum venire ſineret; & quamvis illi libentiſſimè venirent, & maximas haberent injurias, de quibus conqueri deberent, miſſi tamen non ſunt.

Jam

Trãsitio ad aliam narrationem de Heraclio Centuripino.

Jam Heraclii Centuripini, optimi, nobilissimiquê adolescentis testimonium audîstis: à quo H. S. C. millia per calumniam, malitiamquè petita sunt. Iste pœnis, compromissisquê interpositis H S. CCC. extorquenda curavit: quodquè judicium secundùm Heraclium de compromissis factum erat, quod civis Centuripinus inter duos cives judicâsset, id irritum jussit esse, eumquè judicem falsum judicâsse judicavit: in senatu ne esset, locis, commodisquè pu-

Traductio.

Jam Heraclii: Nova narratio de Heraclio Centuripino, qui ita à Centuripino oppido Siciliæ dictus.

A quo H. S.C.millia: Malitiosè,& impactâ calumniâ, sivè falso scelere imputato duo ab hoc petita sunt coronatorũ millia,& quingenti. Notavi jam alibi, quòd longè diversum sit,*centũ millia sestertiûm, & centies sestertiûm.*

Pœnis, compromissisq;: Verres pœnæ vel mulctæ, simul & compromissi titulo petit, & extorquet triplum. *Compromissum* est pecunia, quam uterq; litigator mutuò promittit, daturum se, nisi judicii arbitrio stetur. Ergo nomine potestatis sibi factæ propter compromissum duorum litigatorum,& simul nomine mulctæ erigit CCC.H. S. subintellige millia; hoc est: coronatorum septem millia, & quingentos.

Judicium secundùm Heraclium: Judex aliquis, non nominatus, jam judicaverat hanc causam secundùm Heraclium,pro Heraclio; at quia Civis Centuripinus erat hic Judex, & juxta leges patrias,& suas quidem, sed contra voluntatem Verris judicaverat, ideo judicium illius à Verre declaratur esse nullũ. Verres enim ubiq; de sua cohorte judices dare volebat.

Falsum judicâsse: Verres edixit falsum esse illius civis, & judicis judicium, atq; in eum etiam animadvertit, eum senatu movit, publica habitatione, aliisq; commodis interdixit.

Si

publicis uti vetuit. Siquis eum pulsâsset, edixit, sese judicium injuriarum non daturum: quidquid ab eo peteretur, judicium de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius actionem rei se daturum. Quæ istius auctoritas tantum valuit, ut neq; illum pulsaret quisquam, cùm Prætor in Provincia sua verbô permitteret, re hortaretur; nequè quisquam ab eo quidquam peteret, cùm iste calumniæ licentiam sua auctoritate dedisset. Ignominia autem illa gravis tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iste in provincia mansit. Hoc injecto metu judicibus, novo more, nullo exemplo,

Conversio.

Ironia.

Effecta hujus rei & consequentia.

Si quis eum pulsâsset: Dedit omnibus plenam libertatem verberandi, hoc est: durè tractandi hunc judicem, ita, ut de injuria accusari non possit, qui hoc fecerit.

Quidquid ab eo peteretur: Si quis quidquam ab hoc judice peteret, si eum nempe accusare velit de quacunq; re sibi præstanda, ex sua cohorte se statim daturum judices; judici autem illi nullam daturum actionem: hoc est: nullam facultatem, nullum judicium, in quo suum jus persequeretur; quantæ sunt hæ injustitiæ!

Quæ istius authoritas: Ironicè: authoritate tamen sua non potuit efficere Verres; ut quisquam eum pulsaret, etsi ipse hoc non tam permitteret, quàm re ipsâ homines ad hoc adhortaretur.

Calumniæ licentiam: Dedit potestatem cuilibet falsa crimina impingendi, & ab innocente petendi, quæ vellent; nemo tamen petiit.

Hoc injecto metu: Si judices ita tractantur, si ita plectuntur, quando non judicant secundùm voluntatem Prætoris, contra omnem morem, & exemplum, quis non sibi

plo, ecquam rem putatis esse in Sicilia nisi ad nutum istius judicatam? Utrùm id solum videtur esse actum, quod est tamen actum, ut Heraclio pecunia eriperetur? an etiam illud, in quo præda erat maxima, ut nomine judiciorum, omnium bona atquè fortunæ in istius unius essent potestate? Jam verò in rerum capitalium quæstionibus quid ego unamquamquè rem colligam & causam? ex multis similibus ea sumam, quæ maximè improbitate excellere videbuntur. Sopater qui-

Conclusio.

28. Transitio. Ad judicia Capitalia.

Narratio de Sopatro.

sibi metueret, aliter ne judicet, quâm ad nutum & voluntatem Prætoris?

Utrùm id solùm: Non est interrogatio dubitantis, sed ad majorem instantiam rem affirmantis; in hoc casu inquit, non tantùm Heraclio erepta est pecunia, sed alia præda longè major acta, dum hac ratione judices non audent secundùm suam sententiam decernere, & in Prætoris manu, ac potestate sunt omnium bona.

Jam verò: Transitio ad rerum capitalium quæstiones pariter à Verre cum summa iniquitate tractatas, ex quibus, cùm plures sint similes, se tantùm aliquas, & quæ maximæ improbitatis sunt, adducturum profitetur.

Rerum capitalium quæstionibus: Res capitales apud Romanos non ita intelligendæ sunt, quòd vitâ semper privaretur is, qui crimine capitali damnatus erat, sed ideò capitales, quòd eum, qui damnatus erat, qualiscunq; capitis pœna sequeretur. Capitis autem pœna, etiam libertatis vel civitatis amissio dicebatur, quam utramq; capitis diminutionem vocabant, & harum una diminutio capitis maxima, altera dicebatur media.

Sopater quidem: fuit; hanc narrationes incipiendi formulam sæpè videbis in Cicerone.

Ha-

quidam fuit Halicyensis, homo domi suæ cumprimis locuples atquè honestus. Is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem prætorem rei capitalis cùm accusatus esset, facilè eo judicio est liberatus. Huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem, cùm is Sacerdoti successisset, ejusdem rei nomen detulerunt. Res Sopatro facilis videbatur, & quòd erat innocens, & quòd Sacerdotis judicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. Citatur reus. Causa agitur Syracusis: crimina tractantur ab accusatore ea, quæ erant antea non solùm defensione, verùm etiam judicio dissoluta. Causam Sopatri defendebat Q. Minucius, Eques Romanus inprimis splendidus, atquè honestus, vobisquè, judices, non ignotus. Nihil erat in causa, quod metuendum, aut omnino, quod dubitandum videretur. Interea istius libertus,

Traductio.

Polysyndeton.

Mēbratim.

Ab adjūctis personæ.

Halicyensis: Halyciæ, urbs inter Lilibæum, & Entellam, nunc *Salemi*.

C. Sacerdotem: Qui ante Verrem Prætor Siciliæ fuit.

Eo judicio est liberatus: Absolutus.

Ejusdem rei nomen: Pro reum istius ipsius criminis apud Verrem deferunt.

Citatur reus: Præsens tempus pro præterito in narrationibus eleganter usurpatur, uti jam sæpissimè.

Defensione &c. judicio dissoluta: Non solùm bene defensa, sed & ab judicibus absoluta.

Q. Minucius: Patronus Sopatri.

Istius libertus: Qui cùm priùs esset servus, factus est liber,

tus, & accensus idem Timarchides, qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerum hujusmodi omnium transactor, & administer, ad Sopatrum venit; monet hominem: ne nimis judicio Sacerdotis, & causae confidat: accusatores, inimicosquè ejus habere in animo pecuniam Praetori dare, Praetorem tamen ob salutem malle accipere, & simul malle, si fieri posset, rem judicatam non rescindere. Sopater, cùm hoc illi improvisum, atquè inopinatum accidisset, commotus est sanè, nequè in praesentia Timarchidi quid responderet, habuit, nisi se consideraturum, quid sibi de ea re esset faciendum, & simul ostendit, se in summa difficultate

Oratio indirecta. Rationes fictæ ad extorquendam pecuniam.

liber, dictus libertus, quasi à liberando.

Accensus idem: Accensus apparitor est Prætoris, dictus ab acciendo, quòd is (ut &præco) acciebat, quos Magistratus jubebat. De accensis etiam suprâ n. 10. f. 184.

Rerum omnium transactor: Qui interpres est mercaturæ judiciorũ faciendæ, qui cũ hominib9 transigit, paciscitur.

Ob salutem malle: Prætorem malle pecunias admittere pro aliquo absolvendo, quàm condemnando; ergo Sopater det pro sua absolutione, ne alii dent pro ejus condemnatione.

Judicatam non rescindere: Nam hæc eadem causa jam judicata erat à Prætore Sacerdote, nunc resumpta. Fingebat igitur, tanquam Verres libentiùs vellet stare re jam judicata, quàm eam irritam facere. O! impiam pietatem!

In difficultate esse nummaria: Se nunc carere pecuniis.

Ad

tate esse nummaria. Pòst ad amicos retulit, qui cùm ei fuissent auctores redimendæ salutis, ad Timarchidem venit. Expositis suis difficultatibus, hominem ad H. S. LXXX. perducit, eamquè ei pecuniam numerat. Posteaquam ad causam dicendam ventum est, tum verò sine metu, sine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebant. Crimen nullum erat: res judicata: Verres nummos acceperat. Quis posset dubitare, quidnam esset futurum? Res illo die non peroratur: dimittitur judicium. Iterum ad Sopatrum Timarchides venit. Ait, accusatores ejus multò majorem pecuniam Prætori polliceri, quàm quantam hic dedisset: proinde, si saperet, videret, quid sibi esset faciendum. Homo quanquam erat & Siculus & reus, hoc est, & jure iniquo, & tempore adverso, ferre tamen

29. *Synonyma. Repetitio. Incisim.*

Suspensio.

Oratio indirecta.

Ad amicos retulit: Cum amicis rem communicavit, consilium petiit.

Auctores redimendæ salutis: svaserunt, ut pecuniis salutem suam salvaret, aliàs à tali Prætore periclitaturam.

Ad H.S.LXXX. Millia: duo nempe millia coronatorũ.

Perducit: Transigit cum eo, ut istis sit contentus.

Non peroratur: Non proponitur, non agitur causa, res non deciditur.

Iterum ad Sopatrum: Cùm jam altera vice Timarchides administer Verris Sopatrum adigere ad pecunias, & quidem majores vellet, negavit Sopater se daturum, atq; securus ad judicium cum suis defensoribus venit.

Si saperet: Si prudenter rebus suis vellet consulere.

Et Siculus & reus: Ut ipse explicat, Siculus iniquo ju-

Similiter cadentia. Compar.

men atquè audire diutiùs Timarchidem non potuit. Facite, inquit, quod vobis libet, daturus non sum amplius, idemquè hoc amicis ejus, & defensoribus videbatur: atquè eò etiam magis, quòd iste, quoquo modo se in ea quæstione præbebat, tamen in consilio habebat homines honestos è conventu Syracusano, qui Sacerdoti quoquè in consilio fuerant tum, cùm esset idem hic Sopater absolutus. Hoc rationis habebant, facere eos nullo modo posse, ut eodem crimine, iisdem testibus, Sopatrum condemnarent iidem homines, qui anteà absolvissent. Itaquè hac una spe ad judicium venitur. Quò posteaquam ventum est, cùm in consilium frequentes convenissent iidem, qui solebant, & hac una spe tota defensio Sopatri niteretur, consilii frequentiâ & digni-

A contrariis, & repugnantibus.

jure, nam hic Prætor sua jura non dabat Siculis, iniquo jure cum ipsis agebat: reus, hoc est: de quo quæstio; adeoq; in talibus circumstantiis miseris, & adversis, in quibus periculum.

Idemq; hoc: Idem faciendum svadebant amici.

Quoquo modo se in ea quæstione præbebat: Antiquo modo, pro *gerebat;* sive in eo judicio, & criminis cognitione Verres se æquum, sive iniquum Sopatro demonstraret, adesse & alios homines honestos in judicio, & qui eandem causam jam olim absolvissent.

Hoc rationis habebant: Ita ratiocinabantur: facere eos nullo modo posse, pro *impossibile,* quod verbum Cicero nunquam adhibuisse observatum est.

Convenissent iidem, qui solebant: Prætores Provinciarum

dignitate, & quòd erant, ut dixi, iidem, qui anteà Sopatrum eodem illo crimine liberârant: cognoscite hominis apertam, ac non modò non ratione, sed ne dissimulatione quidem tectam improbitatem, & audaciam: M. Petilium Equitem Romanum, quem habebat in consilio, jubet operam dare, quòd rei privatæ judex esset. Petilius recusabat, quòd suos amicos, quos sibi in consilio esse vellet, ipse Verres retineret. Iste homo liberalis negat se quemquam retinere eorum, qui Petilio vellent adesse. Itaque discedunt omnes. Nam cæteri quoquè impetrant, ne retineantur, qui se velle dicebant alterutri eorum, qui tum illud judicium habebant, adesse. Itaquè iste solus

Attentos facit.

Ironia.

rum in causis capitalibus negotiatores aliquot è conventu primarum ferè urbium in consilium adhibere debebant, deq; illorum sententia rem judicare. Ex eo etiam numero judices juxta leges dare debebant.

M. Petilium jubet operam dare: M. Petilio, alicui è consilio, demandat, ut privatæ alicujus rei judicium peragat; hac ratione Verres Petilium, & cum eo plurimos, optimosq; à suo consilio avertit, alterius rei quæstione occupando.

Petilius recusabat: Obtendebat Petilius se non posse illius rei privatæ judiciū exercere, eò quòd consiliarii illi, quibus opus haberet, essent in hoc Sopatri judicio à Verre occupati.

Vellent adesse: Non se impediturum omnes illos, qui cum Petilio vellent privatam illam causam quærere, seu examinare.

Alterutri eorum adesse: Non illi solùm discedunt, qui cum Petilio futuri erant in consilio, sed qui vel parti

 accu-

solus cum sua cohorte nequissimà relinquitur. Non dubitabat Minucius, qui Sopatrum defendebat, quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem illam quæsiturus non esset: cùm repentè jubetur dicere. Respondet: ad quos? Ad me, inquit, si tibi idoneus videor, qui de homine Siculo, ac Græculo judicem. Idoneus es, inquit: sed pervellem, adessent ii, qui affuerant anteà, causamquè cognôrant. Dic inquit; illi adesse non possunt. Nam Herculè, inquit, Qu. Minucius, me quoquè Petilius, ut sibi in consilio adessem, rogavit, & simul à subsèlliis abire cœpit. Iste iratus, hominem verbis vehementioribus prosequitur, atquè ei graviùs etiam minari cœpit, quòd

Dialogismus.

accusanti, vel defendenti in illa re privata vellent adesse, hoc est, subscribere, patrocinari.

Cum sua cohorte: Remanent in judicio Sopatri Verres, & ejus comites, de quibus sæpiùs.

Rem illam quæsiturus: Quærere, pro judicare.

Jubetur dicere: Minucius Patronus Sopatri causam jubetur agere.

Siculo, ac Græculo: Contemptibiliter.

Pervellem: Valdè cuperem.

Dic, inquit: Age causam Sopatri.

Nam Herculè: Nam, pro *atqui:* id, quod sæpè Cicero solet. *Herculè:* quasi dicat, per Herculem juro. Idipsum significat Hercle, Mehercules, Mehercule.

A subselliis abire cœpit: Surrexit abiturus: subsellia propriè erant sedes accusatoris, & rei, subscriptorum, ac Patronorum, & ex eo nomen habebant, quòd sub Quæstoris

quòd in se tantum crimen, invidiamquè conflaret. Minucius, qui Syracusis sic negotiaretur, ut sui juris dignitatisquê meminisset, & quî sciret ita se in provincia rem agere oportere, ut nequid de libertate deperderet, homini, quæ visa sunt, & quæ tempus illud tulit, & causa, respondit: causam sese, dimisso, atquè ablegato consilio, defensurum negavit. Itaquê à subselliis discessit. Idemquè hoc, præter Siculos, cæteri Sopatri amici, advocatiquè fecerunt. Iste, quanquam est incredibili importunitate, & audacia, tamen subitò solus destitutus pertimuit, & conturbatus est. Quid ageret, quò se verteret, nesciebat; si dimisisset eo tempore quæstionem,

Metaphora 30.

Ab adjunctis personæ.

Dilemma.

pòst

ris tribunali; sive sella ponerentur; quorum in altero accusator cum suis subscriptoribus, custodibus, & testibus, in altero reus cum Patronis, Advocatis, procuratoribus, testibus considebant. Erant ergo subsellia tribunalibus i..is humiliora.

Tantum crimen, invidiamq;: Quòd se vel non idoneum, vel iniquum judicem putaret, & aliis id credendi ansam daret, ac materiam criminandi, suiq; in invidiâ vocandi.

Sic negotiaretur: Eques Romanus erat, qui in Sicilia negotiationis causâ erat; memor ergo erat sui juris, suæ libertatis, suæ dignitatis.

Præter Siculos: Qui metu Verris discedere non sunt ausi. Cæteri Sopatri amici, atq; advocati Romani videntur fuisse.

Pertimuit, conturbatus: Verba composita sunt sæpè efficaciora, & elegantiora: *pertimescere*, est valdè timere.

pòſt illis adhibitis, quos ablegârat, abſolutum iri Sopatrum videbat. Sin autem hominem miſerum, atquè innocentem condemnâſſet, cùm ipſe Prætor ſine conſilio, reus autem ſine Patrono, atquè advocatis fuiſſet, judiciumquè C. Sacerdotis reſcidiſſet, invidiam ſe ſuſtinere non poſſe tantam arbitrabatur. Itaquè æſtuabat dubitatione. Verſabat ſe in utramquè partem non ſolùm mente, verùm etiam corpore, ut omnes, qui aderant, intelligere poſſent, in animo ejus metum, cupiditatemquè pugnare. Erat hominum conventus maximus, ſummum ſilentium, ſumma expectatio, quònam eſſet ejus cupiditas eruptura. Crebrò dimittebat ſe accenſus ad aurem Timarchides. Tum iſte aliquando, Age, dic, inquit. Sopatrus implorare hominum, atquè Deûm fidem, ut cum

Ethopœia.

Inciſa.
Traductio.
Repetitio.

Synecdoche figura.

Pòſt illis adhibitis: Si nunc omitteret quærere, & poſteà adhiberet illos conſiliarios, quos nunc dimiſerat &c.

Æſtuabat: Metaphora à mari commoto, à quo ita jactantur naves, ut, qui navigant, ſæpè vertigine afficiantur. Sic ſuprà; *æſtuare illi, qui dederant pecuniam.*

Metum, cupiditatemq;: Velut in monomachia inter ſe decertare.

Hominum conventus maximus: Agebatur enim judicium publicum.

Accenſus ad aurem: Timarchides accenſus Verris crebrò accedebat ad Verrem, & ei clâm loquebatur.

Age, dic, inquit: Ad Sopatrum! nam Patronus ejus Minucius diſceſſerat.

Cum

cum consilio cognosceret. Tum repentè iste testes citari jubet. Dicit unus, & alter breviter: nihil interrogatur. Præco dixisse pronuntiat. Iste, quasi metueret, ne Petilius, privato illo judicio transacto, aut dilato, cum cæteris in consilium reverteretur, ita properans de sella exsiluit: hominem innocentem à C. Sacerdote absolutum, indictâ causâ, de sententia scri-

Membratim.

Cum consilio cognosceret: Cum toto consilio. Nam Romani judices, homines honesti è conventu Syracusano, cum Petilio omnes abierant,præter eos,quos de sua cohorte Verres dederat, scribam, Medicum,haruspicem, &c.

Nihil interrogatur: Tria in his testibus reprehendit Cicero, quòd pauci,quòd breviter dicunt, quòd non interrogati pro more, & examinati, sed suâ sponte, quasi corrupti, nemine refutante.

Præco dixisse pronuntiat: Peroratam esse causam. In judiciis enim Romanorum, cùm oratores utrinq; dixissent,Præco elata voce proclamavit: *dixerunt.* Aliquando ad clepsydram dicendum erat,ubi usurpata illa solemnia verba; *effluxit: & dixi.* Hinc etiam mos invaluit in omnibus orationibus, ut oratores absoluta dictione ad extremum dicerent: *dixi.*

Transacto, aut dilato: Si Petilius causam illam privatam vel decidisset, vel ampliâsset;& distulisset alio tempore cognoscendam.

De sella exsiluit: Ut Sopatrum condemnaret.

Innocentem: Quidquid in hac periodo dicit,est ad declarandam Verris injustitiam: *innocentem, absolutum, indictâ causâ,de sententia scribæ &c.*

Indictâ causâ: Non defensum ab ullo Patrono, non facto examine testium juxta morem & æquitatem, sine consilio.

 Con-

Amplificatio gravis. scribæ, medici, haruspicisquè condemnavit. Retinete, retinete hominem in civitate, judices: parcite, & conservate, ut sit, qui nobiscum res judicet, qui in senatu sine ulla cupiditate de bello & pace sententiam ferat. Tametsi minùs id quidem nobis, minùs populo Romano laborandum est, qualis istius in senatu sententia futura sit. Quæ enim auctoritas erit? quando iste sententiam dicere audebit, aut poterit? quando autem homo tantâ luxuriâ, atquè desidiâ, nisi Februario men-

31. *Conduplicatio.* *Ironia.* *Concessio.* *Correctio.* *Conduplicatio.*

Condemnavit: Prætores, seu quæsitores, cùm condemnarent, prætextâ positâ, hac *ferè* formulâ edicebant: *videtur fecisse*: aut *non jure videtur fecisse*: atq; *eo nomine, aquâ & igni illi interdico &c.*

Retinete, retinete: Sumit Metaphoram à priore verbo, *exsiluit*; ironicè ad Judices Romanos talem tam æquum judicem, Verrem nempe, quæso, in Ordine vestro retinete, non dimittite eum, non dimittite, & in exilium mittite; erit enim judex optimus, erit Senator æquissimus, qui sententias suas dicat, sive de pace, sive de bello in senatu sine omni cupiditate, aut partium studio.

Tametsi: Hæc correctio pertinet ad persvadendam judicibus Verris damnationẽ; tolerandũ enim esset, si Verres non damnatus, maneat inter Senatores, modò non futurus esset Judex, quod tamen, si non damnetur, fiet &c.

Quæ enim auctoritas: Hujus hominis sententia in senatu non est tanti facienda, cùm non sit habitura auctoritatem, cùm raro sit compariturus, vel propter luxuriam suam, vel propter desidiam, nisi fortè mense Februario.

Februario mense: Hoc mense nec de bello, nec de pace dicebantur sententiæ; legationes autem audiebantur, & legati, exterarum nempe gentium, ac provinciarum sæpè

mense adspirabit in Curiam? Verùm veniat sanè: decernat bellum Cretensibus; liberet Byzantios; regem appellet Ptolomæum, quæ vult Hortensius omnia dicat, & sentiat. Minùs hæc ad nos, minùs ad vitæ nostræ discrimen, minùs ad fortunarum nostrarum periculum pertinent. Illud, illud est capitale, illud formidolosum, illud

Concessio.

Repetitio.

Synonymia.
Geminatio.

pè solebant emere Senatorum sententias. Hoc igitur mense, credo, inquit Cicero, curabit Verres, ut in Senatum veniat, est enim mensis quæstuosus; aliàs luxuriâ, desidiâq; perditus homo rarò veniet.

Verùm veniat: Frequentet tantùm senatum, & in eo etiam bella decernat, provincias hactenus vectigales liberet à vectigalibus, & iis immunitatem suâ sententiâ concedat, regios etiam titulos ita petentibus tribuat, faciat tanquam Senator, quæ vult; per hoc enim nullius vita ac fortunæ in discrimen adducuntur; at istud Romano populo intolerabile erit, si Verrem judicem habeat de capite, de vita statuentem &c.

Cretensibus: Exempli causâ Cretenses adduxit; nam isti circa hoc tempus Romanorum hostes erant, belli societatem cum piratis adversùs Romanos habentes.

Liberet Byzantios: Iterum exempli causâ; faciat hoc, vel illud in senatu; Byzantios immunes præstet à vectigalibus, & à nostris juribus eximat. De origine Byzantiorum, & urbis Byzantii scribit Tacitus 12. annal. In Europæ, Asiæq; divortio ait esse, in provincia Thraciæ. Hodie Byzantium Constantinopolis dicitur à Constantino M. nomen trahens.

Ptolomæum: Regem Ægypti, qui Rex à senatu, populoq; Romano appellari cupiebat.

Quæ vult Hortensius: Et dicat, sentiatq; cũ suo Hortensio, quæ vult. Hortensius autem proximè futurus erat Consul.

Illud, illud: At hoc est: quod maximè metuendum, quod

Ad rei gravitatem.
A consequentibus.
Allegoria.
Repetitio.
Synonyma.
Prosopopœia populi Romani cum concessione.

illud optimo cuiquè metuendum, quòd iste ex hoc judicio, si aliqua vi se eripuerit, in judicibus sit, necesse est: sententiam de capite civis Romani ferat: sit in ejus exercitu signifer, qui imperium judiciorum tenere vult. Hoc populus Romanus recusat, hoc ferre non potest: clamat, permittitquè vobis, ut, si istis hominibus delectemini, si ex hoc genere splendorem Ordini, atquè ornamentum Curiæ constituere velitis, habeatis sanè vobis istum Senatorem: istum etiam de vobis judicem, si vultis, habeatis: de se homines, siqui extra istum Ordinem sunt, quibus ne rejiciundi quidem ampliùs, quàm

quod intolerabile, si Verres talis tam iniquus Judex sedeat etiam inter judices Romanos, sicut fieri debebit, nisi jam condemnetur, si nunc evadat ex hoc judicio. Ordo enim continget eum, ut judex fiat.

In ejus exercitu signifer: Hoc fiet, ut ille Hortensio, Domino & Regi judiciorum in omnibus iniquitatibus signum præferat.

Clamat, permittitq́;: Populus Romanus sic altùm vociferatur, concedendo, ut Verrem possitis habere Senatorem, aut etiam judicem, sed de vobis, non de se; suam vitam, suas fortunas tam nefario judici credendas non putat.

Siqui extra istum Ordinē sunt: Alii, qui non sunt Senatores.

Ne rejiciundi quidem ampliùs: Sensus est iste: Populus Romanus permittit vobis: ut Verrem Senatorem, imò & judicem habeatis, sed judicem tum, siquis ex vobis in judicium vocabitur: sed siquis de populo, qui Senator non sit, reus fiet, is certè, cùm tres tantùm judices ex lege Cornelia liceat rejicere, tam nefarium hominem non

vult

quàm trium judicum, præclaræ leges Corneliæ faciunt poteſtatem, hunc hominem tam crudelem, tam ſceleratum, tam nefarium nolunt judicare. Etenim ſi illud eſt flagitioſum, quod mihi omnium rerum turpiſſimum, maximèquè nefarium videtur, ob rem judicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem, & religionem, quantò illud flagitioſius, improbius, indignius, eum, à quo pecu-

Repetitio.

32. *A minore.*

Amplificatio totius facti cū incremento. Synonyma.

pecu-

vult habere inter ſuos judices. *Ampliùs,quàm trium judicum; pro ampliùs quàm tres.* Phraſis eſt ad normam locutionis Græcæ,quæ eſt: ϖλείονες ἤ τριῶν? *plures,quàm trium.*

Præclaræ leges Corneliæ: Præclaras vocat leges Cornelii Sullæ,quia hic in plebis,& Equitum odium,uti alias, ita & hanc legem ſtatuit;judicia à ſolis Senatoribus peragi debere,& tres tantùm ex Senatoribus ſorte eductis rejici poſſe,quibus legibus Senatorum exiſtimationi conſuluit, & quòd tantùm tres rejici paſſus eſt, indicavit, paucos Senatores improbos reperiri poſſe.

Etenim ſi illud: A minore ad majus aſcendit amplificando: flagitioſiſſimum eſt pro re judicanda admittere pecunias,& id,quod quis tenetur facere, ex juſtitia & religione; facere ob pecunias; e.g. innocentem abſolvere acceptis ab eo pecuniis:ergo longè adhuc flagitioſius eſt,eum;à quo accipit pecunias,quiquè aliunde abſolvendus eſſet, condemnare, & neq; pecunias acceptas ei reſtituere.

Pretio habere addictam fidem &c. Metaphora deſumpta ab auctionibus, ubi res addicuntur plus numeranti,nam ſimiliter Verres addixit operam ſuam, proſtituta quidem fide ac religione, illi,qui plus dedit; addicere ergo hic eſt, vendere,dare fidem ſuam pro pecuniis.

Ne

pecuniam ob absolvendum acceperis, condemnare, ut ne prædonum quidem Prætor in fide retinenda consvetudinem conservaret? Scelus est accipere ab reo, quantò magis ab accusatore? quantò etiam sceleratius ab utroque? Fidem cùm proposuisses venalem in provincia, valuit apud te plùs is, qui pecuniam majorem dedit. Concedo; forsitan aliquis aliquando ejusmodi quidpiam fecerit. Cùm verò fidem ac religionem tuam jam alteri addictam pecuniâ acceptâ habueris, pòst eandem adversario tradideris majore pecunia, utrumquè falles? & trades, cui voles? & ei, quem fefelleris, ne pecuniam quidem reddes? Quem mihi tu Bulbum, quem Stalenum? quod unquam hujusmodi monstrum, aut prodigium audívimus, aut vidimus, qui

Amplificatio à minore.

Concessio.

Vehemens interrogatio.

Comparatio.

Ne prædonum: Prætor hic nec latronum consvetudinem tenuit: isti vitam non adimunt iis, qui certo pretio eam redemerunt.

Concedo! Hoc tibi do, quòd alii quoq; gratificati sint iis, qui plùs dederint, sed disjunctivè, & in unũ eundemq; finem; sed parti huic, & alteri simul addicere operam suam, ab utraq; accipere pecunias, & tamen unam fallere, nec reddere pecuniam, humanum non est.

Utrumq; falles: Vehemens & multiplicata interrogatio, sine qua sæpè langveret dictio.

Quem mihi tu Bulbum: Hi duo, Bulbus, & Stalenus, turpes, & avari erant judices in judicio Oppianici & ab Oppianico, ut absolveretur, pecuniam acceperunt, quem tamen posteà condemnârunt. Cum

qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat? honestos homines, qui causam nôrint, ableget, consilioquè dimittat, ipse solus reum absolutum, à quo pecuniam acceperit, condemnet, pecuniamquè non reddat? Hunc hominem judicum numero habebimus? hic alteram decuriam Senatoriam Judex obtinebit? Hic de capite libero judicabit? huic judicialis tabella committetur? quam iste non modò ce-

Repetitio vehemens cum Synonymia.

Cum reo transigat: Pactum ineat, & pecunias accipiat ab reo.

Cum accusatore decidat: Dein sententiam ferat pro accusatore, à quo pariter corruptus est.

Honestos homines: Petilium intelligit, & reliquos de conventu Syracusano, qui judicare debebant.

Alteram decuriam: Secundam: tres fuisse Senatorum Decurias, ex quibus seligebantur judices, demonstrat Cicero in prima, & quinta Philippica. Istæ decuriæ singulæ trecentis omnino Senatoribus constabant, qui tum temporis omnes, sed mutatis vicibus judices esse poterant, singulis tamen centuriis per vices annua vacatio erat; ergo in secunda centuria Verrem, si absolveretur, contingebat officium judicis.

De capite libero: Hominis liberi, civis Romani.

Judicialis tabella: Quæstores judiciorum tabulas judicibus solebant distribuere, in quibus suas sententias ferrent; dabantur unicuiq; tabulæ tres ceratæ: una *A. absolutionis*. Secunda *C. condemnationis*. Tertia *N. L. Non Liquet:* sive nondum satis constat: differendum est judicium. Hæ autem ceratæ tabulæ habebant varios etiam colores, & ex variis coloribus dignosci poterat, num essent eædem tabulæ ipsis datæ, vel aliæ substitutæ, uti dictum alibi.

Etiam

cerâ, verùm etiam ſagvine, ſi viſum erit, notabit. Quod enim horum ſe
33. *Subjectio.* negat feciſſe? illud videlicet unum, quod neceſſe eſt, pecuniam accepiſſe.
A teſtimoniis. Quidnî iſte neget? At Eques Romanus, qui Sopatrum defendit, qui omnibus ejus conſiliis, rebusquè interfuit, Q. Minucius juratus dicit, pecuniam datam: juratus dicit Timarchidem dixiſſe, majorem ab accuſatoribus pecuniam dari. Dicent hoc Si-
Geminatio. culi omnes: dicent omnes Halicyen-
Traductio. ſes: dicet etiam prætextatus Sopatri filius, qui ab iſto homine crudeliſſimo, patre innocentiſſimô, pecuniâ-
Traductio. què patriâ privatus eſt. Verùm ſi de pecunia teſtibus planum facere non poſſem, illud negare poſſes, aut nunc negabis, te conſilio tuo dimiſſo, viris pri-

Etiam ſangvine: Acumen: eos cives, quos ei viſum fuerit, capite condemnabit.

Quidnî iſte neget: Teſtibus probatur, acceptas eſſe modò illo iniquo pecunias. Utiq; negabit Verres: ſed teſtes probant.

Prætextatus: Cùm nondum decimum quartum ætatis annum attigiſſet, & adhuc indutus eſſet prætextâ, puerili veſte, quam nobiliores ferebant, qui inde dicebantur prætextati; prætextam inſuper aſſumebant Magiſtratus in Judiciis, aut in ludis ſolemnibus. Nam prætexta veſtis erat inſignior, aut patriciis pueris conceſſa, aut adhibita in ſolemnitatibus.

Teſtibus planum facere: Si non poſſem per teſtes liquidò demonſtrare datas pecunias, fortè negares id, te judicâſſe amotis illis conſiliariis &c. ſed iſta negare non potes, quia publicè geſta ſunt. *Adhi-*

primariis, qui in consilio C. Sacerdotis fuerant, tibiquè esse solebant, remotis, de re judicata judicâsse? temequè eum, quem C. Sacerdos, adhibitô consiliô, causâ cognitâ, absolvisset, eundem, remotô consiliô, causâ incognitâ condemnâsse? cùm haec confessus eris, quae in foro palàm, Syracusis, in ore atquè oculis provinciae gesta sunt, negato sanè, si voles, pecuniam accepisse: reperies, credo, aliquem, qui, cùm hæc, quæ palàm gesta sunt, videat, quærat quid tu occultè egeris: aut qui dubitet, utrùm malit meis testibus, aut tuis defensoribus credere. Dixi jam anteà, judices, me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum: sed electurum ea, quæ maximè excellerent.

Antitheta.

A testimonio publico, & re publicè facta.

Ironia.

Antitheta.

Transitio ad novam probationem syllogismi.

Adhibitô consiliô: Pulchræ antitheses: Sacerdos Prætor hunc *absolvit, adhibitô consiliô*, tu *remotô consiliô condemnas; ille causâ cognitâ; tu incognitâ.*

In ore atq; oculis: In præsentia,& conspectu omnium.

Palàm: occultè: Ex contrariis; si hæc palàm: quid occultè?

Meis testibus: Si res omnium in oculis gesta est, quis tuis credet defensoribus,& meos testes repudiabit?

Dixi jam anteà: N.28. *ex multis similibus ea sumam, quæ maximè improbitate excellere videbuntur.* Sequitur de Sthenio factum improbum,quòd præter signa contra jus hospitii ab eo ablata, & publica quoq; signa petita, Sthenium absentem,sine argumento,teste, accusatore &c. damnaverit.

34. *Attentos facit. Nova Verris injuria in Sthenium. Metaphora.* rent. Accipite nunc aliud ejus facinus nobile, & multis locis sæpè commemoratum: & ejusmodi, ut in uno omnia maleficia inesse videantur. Attendite diligenter; invenietis enim id facinus natum à cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum, atquè conclusum. Sthenius est is, qui nobis assidet, Thermitanus, anteà multis propter summam virtutem, sum- *Adjunctio. Antitheta.* mamquè nobilitatem, nunc propter suam calamitatem, atquè istius insignem injuriam, omnibus notus. Hujus hospitio Verres cùm esset usus, & cùm apud eum non modò Thermis sæpenumero fuisset, sed etiam habitâsset, domo ejus omnia abstulit, quæ paulò magis animum cujuspiam, aut oculos possent commovere. Etenim Sthenius ab adolescentia paulò studiosiùs hæc compararat, suppellectilem ex ære elegantiorem, & Deliacam, & Co- *Enumeratio.* rin-

Facinus nobile: Insigne, eximium. Dicitur enim nobile etiam in re mala.

Natum à cupiditate: Dissolutio; amplificatio cum incremento; & allegoria, *natū, auctū, perfectum, & conclusum.*

Thermitanus: Ab oppido Siciliæ, quod Thermæ dicebatur.

Hujus hospitio: circumstantia, quæ injuriam aggravat, nam cùm ejus hospes fuerit, ejus domicilio usus, non tantùm lædere non debebat, & spoliare, sed & gratias rependere.

Deliacam: Æris Deliaci magna erat æstimatio, sicut & mercium Deliacarum, testante Plinio, quòd mercatus in De-

rinthiam, tabulas pictas, etiam argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, satis. Quae, cùm esset in Asia adolescens, studiosè, ut dixi, comparârat, non tam suae delectationis causâ, quàm ad invitationes, adventusq; nostrorum hominum, suorum amicorum, atquè hospitum. Quae posteàquam iste omnia abstulit, alia rogando, alia poscendo, alia sumendo, ferebat Sthenius, ut poterat. Tangebatur tamen animi dolore necessario, quòd domum ejus exornatam, atquè instructam ferè jam iste reddiderat nudam atquè inanem. Verumtamen

Similiter desinens. Repetitio.

Contraria.

Delo celebraverit totus fere orbis; Deliaca suppellex erat, in qua triclinia, lecti, vel saltem fulcra tricliniorum, pedes lectorum ex aere Deliaco. De vasis Corinthiis dictum N. 19. f. 212.

Argenti bene facti: Vasa ex argento affabrè elaborata.

Studiosè comparârat: non tam &c. Studium elegantiarum istarum exornat, & quodammodo excusat per causas honestas, quòd Romanorum hospitum & amicorum gratiâ, & quòd adolescens adhuc rerum talium studiosus fuerit; apud Romanos enim non adeò bene audiebat magnum nimis rerum istarum studium; ideoq; etiam Cicero nunquam de se fateri vult, quòd vel satis bene elegantias istas intelligat, uti patebit.

Alia rogando, alia poscendo, alia sumendo: Rogando, tanquam pro gratia: poscendo, pro imperio: sumendo, non rogans, non jubens, ut detur, sed ipse accepit.

Ferebat, ut poterat: Utcunq; patienter.

Dolorem nemini impertiebat: Nemini communicabat,

aut

tamen dolorem suum nemini impertiebat. Prætoris injurias tacitè, hospitis placidè, ferendas arbitrabatur. Interea cupiditate iste illâ suâ notâ, atquè apud omnes pervagatâ, cùm signa quædam pulcherrima atquè antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamavit: à Sthenio petere cæpit, ut ad ea tollenda operam suam profiteretur, sequè adjuvaret. Sthenius verò non solùm negavit, sed etiam ostendit id fieri nullo modo posse, ut signa antiquissima, monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum, incolumi illa civitate, imperioquè populi Romani tollerentur. Etenim, ut simul P. Africani quoquè humanitatem, & æquitatem cognoscatis, oppidum Himeram Karthaginenses quondam ceperant,

Similiter desinens. Relatâ.

35. *Digressio.*

aut dicebat aliquid de injuria sibi facta.

Cupiditate apud omnes pervagata: Tali cupiditate, quæ ubiq; esset observata.

Profiteretur: Polliceretur.

Fieri nullo modo posse: Rei difficultatem ostendit à rei qualitate, à persona, à loco, à tempore, à consequentibus.

Monumenta P. Africani: Quæ pro perpetua memoria reliquisset P. Africanus.

Incolumi illa civitate: Quamdiu & hæc civitas staret, & esset sub imperio, & Societate populi R.

P. Africani: Scipionis, qui à devicta Africa ita dictus.

Humanitate: Quia profugos cives in coloniam reduxit.

Æquitatem: Quia per hostes ablata veteribus dominis restituit.

Oppidum Himeram: Himera Siciliæ civitas, cùm à Car-

perant, quod fuerat in primis Siciliæ clarum & ornatum. Scipio, qui hoc dignum populo Romano arbitraretur, bellō confectō Socios sua per nostram victoriam recuperare, Siculis omnibus Karthagine capta, quæ potuit, restituenda curavit. Himerâ deletâ, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii sese Thermis collocârant, in ejusdem agri finibus, neque longè ab oppido antiquo. Hi se Patrum fortunam ac dignitatem recuperare arbitrabantur, cùm illa majorum ornamenta in eorum oppido collocabantur. Erant signa ex ære complura: in his mira pulchritudine ipsa Himera in muliebrem figuram, habitumquè formata, ex oppidi nomine, & fluminis. Erat etiam

Mêbratim.

Statua Himeræ.

Carthaginensibus Siculi bello opprimerentur, devastata fuit; inde cives Himeræ superstites Thermas concessêre, atq; dein Thermæ Himeræ dictæ.

Karthaginenses: Qui multa bella in Sicilia gesserunt, Siculosq; oppresserunt, donec hi à Romanis liberati, & illi quoq; non victi solùm, sed & penitùs eversi fuêre.

Dignum populo Rom: Pertinere ratus ad nominis Romani gloriam, si aliis benefaceret, & ablata restitueret.

Ipsa Himera: Himera fluvius est, qui per mediam Siciliam fluit, ut Strabo testatur lib VI. A fluvio dictum etiam est oppidum, Himera ergo in persona alicujus fœminæ fuit effigiata; nam solebant antiqui, sicut & nostris temporibus solent, civitatum, & fluminum simulacra, vel in persona virili, vel fœminea exprimere. In antiquis nummismatis hoc ipsum Himeræ signum cum inscriptione IMEPA expressum est. Exstant etiam monumenta

Laus Stesichori Pòëtæ, & ejus statua.

tiam Stesichori Pòëtæ statua senilis, incurva cum libro, summô, ut putant, artificiô facta; qui fuit Himeræ, sed & est, & fuit tota in Græcia summo propter ingenium honore & nomine. Hæc iste ad insaniam concupirêat. Etiam, quod pœnè præterii, capella quædam est, ea quidem mirè, ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possimus, scitè facta, & venustè. Hæc & alia Scipio non negligenter abjecerat, ut homo intelligens Verres auferre possit; sed Thermitata & signa Thermarum antiqua alia.

Ironia. Amplificatio à causa finali.

Stesichori Pòëtæ: Stesichorus Græcus & Lyricus Pòëta fuit, dictus Himereus ab Himera urbe, in qua vel natus est, vel aliquamdiu versatus. Catanæ defunctus est, & extra portam urbis sepultus, portaq; ab ipso Stesichoria dicta. Stesichorus hic infame carmen scripserat de Helena, in quo ejus libidinem belli Trojani causam esse dixerat: oculis subinde captus recantavit, quæ cecinerat, ajuntq; illi visum tum fuisse restitutũ. De eo etiam Quintil. l. 10. c. 1. Fertur prætereà lusciniam aliquando in ejus infantis ore cecinisse, mirabili auspiciô, summum eum Pòëtam futurum.

Ut putant: De suo hac in re judicio nihil dicit, sed de aliis, qui cùm signorum & rerum similium amore capiantur, artificii quoq; excellentiam noverint; similiter de capella, ut infrà, *qui rudes harum rerum sumus.*

Qui fuit Himeræ: Qui Stesichorus fuit Himeræ &c. Nõ alius hic intelligendus sculptor, aut statuarius.

Capella: Statua capræ.

Non negligenter abjecerat: Ironicè. Scipio hæc asservari jusserat, ut rerum istarum intelligens Verres ea aliquando auferre posset.

mitanis restituerat; non quò ipse hortos, aut suburbanum, aut locum omnino, ubi ea poneret, nullum haberet: sed si domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur, sed eorum, ad quoscunq; ipsius morte venissent: nunc his locis posita sunt, ut mihi semper Scipionis fore videantur, itaquè dicantur. Hæc cùm iste posceret, ageretur què ea res in Senatu, Sthenius vehementissimè restitit, multaquè, ut in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemoravit: urbem relinquere Thermitanos esse honestius, quàm pati tolli ex urbe monumenta majorum, spolia hostium, beneficia clarissimi viri, indicia Societatis populi Romani, atquè amicitiæ. Commoti animi sunt omnium. Repertus est nemo, quin mori diceret satiùs esse. Itaquè hoc adhuc oppidum Verres invenit propè solum in orbe terrarum, unde

36.

Definitiones ab adjunctis.

Non quò ipse hortos: Potuisset Scipio proprias domos his signis ornare, sed eo moriente in aliorum manus sub aliorum nomine erant ventura; ergo voluit esse perpetua sui nominis monumēta, adeoq; in publica civitate statui. Amplificat scelus Verris à causa finali Scipionis.

Suburbanum: Intelligitur prædiū, vel hortus urbi vicinꝰ.

Tolli ex urbe: In compendio sunt argumenta, quibus persvasit Sthenius, ne paterentur tolli ex urbe signa. A definitionibus.

Hoc adhuc oppidum: Hucusq; aliud oppidum non fuit, quod ita restitisset cupiditati Verris.

Repetitio. *Incisa.* unde nihil ejusmodi rerum de publico per vim, nihil occultè, nihil imperiô, nihil gratiâ, nihil pretiô posset auferre. Verumtamen hasce hujus cupiditates exponam alio loco: nunc ad Sthenium revertar. Itaquè iste vehementer Sthenio infensus, hospitium ei renuntiat: domo ejus emigrat, atquè adeò exit; nam jam ante migrârat. Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam statim invitant, ut animum ejus in Sthenium inflammarent, ementiendo aliquid, & criminando. Hi autem erant inimici, Agathinus, homo nobilis, & Dorotheus, qui habebat in matrimonio Callidamam, Agathini ejus filiam, de qua iste audiêrat. Itaquè ad generum Agathini migrare maluit. Una nox intercesse-

Reditus ad rem.

Correctio.

Metaphora.

Nihil pretiô: Extortum nempe pro pecuniis, aut malitiosè emptum.

Hospitium ei renuntiat: Significat ei, se ejus hospitiô non ampliùs usurum. Aliàs renuntiare accipitur etiam pro *nuntiare*.

Emigrat, atq; adeò exit: Emigrat imò etiam *exit:* etsi non sit plerumq; discrimen inter emigrare, migrare, exire, hic tamen Cicero facit: dicitur *migrare* in sensu proprio, qui vasa exportat, & res in aliud domicilium transfert. Exit,qui prorsus deserit illam habitationem. Verres jam antè migrârat ex illa domo, inquit Cicero, quia jam signa, etsi non sua inde exportavit; nunc totus abit.

Ementiendo aliquid,& criminando: In Sthenium,ut placerent Verri, nocerent Sthenio.

cesserat, cùm iste Dorotheum sic diligebat, ut diceres omnia inter eos esse communia: Agathinum ita observabat, ut aliquẽ affinem, ac propinquum. Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur quòd eum multò magìs figura & lineamenta hospitæ delectabant. Itaq; hortari homines cœpit, ut aliquid Sthenio periculi crearent, criminisq; confingerent. Dicebant, se illi nihil habere, quod dicerent. Tum iste his apertè ostendit, & confirmavit, eos, in Sthenium quidquid vellent, simul atq; ad se detulissent, probaturos. Ita illi non procrastinant: Sthenium statim educunt: ajunt ab eo litteras publicas esse corruptas. Sthenius postulat, ut, cùm secum sui cives agant de litteris publi-

Acumen. 37.

Hyperbaton.

Excipit Sthenius cōtra Verrem adductis rationibus.

Esse communia: Salsè: Etiam Dorothei uxorem, quod tanquam scelus maximum hic indirectè iterum, iterumq; castigat.

Ut aliquem affinem: Tanquam socerum, & cujus cum filia rem habuisset.

Periculi crearent: ut intentarent ei litem ficto etiam crimine.

Dicebant se illi: Trajectio vocum: dicebant illi, se nihil habere &c.

Simul atq;: Quamprimùm.

Eos probaturos: Pollicitus est ipsis, quidquid contra Sthenium detulissent, facilè probaturos, demonstraturos, sibi nempe judici, ut secundùm eos judicet.

Procrastinant: Non differunt de die in diem, sed statim rem agunt.

Statim educunt: Hoc est: in jus citant. Mos loquendi desumptus à Græcis.

Litteras publicas esse corruptas: quod crimen falsi dictũ.

publicis corruptis, ejusce rei legib9 Thermitanorũ actio sit; cùm Senatus populusq; Romanus Thermitanis, quòd semper in amicitia, fideq; mansissent, urbem & agros, legesq; suas reddidisset: Publiusq; Rupilius posteà leges ita Siculis ex S.C. de decem Legatorũ sententia dedisset, ut cives inter se legibus suis agerent: idemque hoc habuerit Verres ipse in edicto, ut de his omnibus causis se ad leges rejiceret. Iste, homo omnium æquissimus, atque à cupiditate remotissimus, se cogniturum esse confirmat: paratum ad causam dicendam venire horâ octavâ jubet. Non erat obscurum, quid

Ironia.

Ejusce rei legibus: Quandoquidem, & causa, & actores essent tales, ut juxta legem Rupiliam, & leges patrias agi debeat in judicio, ideò Sthenius postulavit, ut sibi liceret juxta leges patrias in judicium venire; excepit ergo contra Verrem. De his legibus patriis jam suprâ. *Ejusce* non est per modũ Conjunctionis, sed *ut ejus rei &c.*

Cives inter se: Ut civis cum cive juxta leges proprias judicium instituerct.

Verres in edicto: Præscriptum erat Verri, & Prætorib9 omnibus, quale jus & qua de re, secundùm quas leges possent dicere: & hæc præscripta à Romano Magistratu vocabantur edicta, & oportebat ea legis instar, & juris servare. Ita Sigonius de antiq. jure l. 1. c. 5.

His de omnibus causis: Ob has omnes causas paulò antè enumeratas permitteret rem secundùm suas leges &c.

Se cogniturum: Formula juris: se causam hanc discussurum, rem examinaturum.

Hora octava: De horis Romanis jam suprà N. 17. cur hanc horam elegerit, putant nonnulli, quòd circa illud tem-

quid homo improbꝰ ac nefarius cogitaret, neq; enim ipse satis occultârat, nec mulier tacere poterat. Intellectum est, id istum agere, ut, cùm Sthenium sine ullo argumento, ac sine teste damnâsset, tum homo nefarius de homine nobili, atq; id ætatis, suoquè hospite, virgis supplicium crudelissimè sumeret. Quod cùm esset perspicuum de amicorum, hospitumquè suorum sententia Thermis Sthenius Romam profugit. Hyemi, fluctibusquè sese committere maluit, quàm non istam communem Siculorum tempestatem, calamitatemquè vitare. Iste homo certus, & diligens, ad horam octavam prætò est. Sthenium citari jubet: quem postea quam videt non adesse, dolore ardere, atquè iracundiâ fure-

Injuriæ gravitas ab adjunctis personæ.

Allegoria.

38.

Ironia. Metaphora.

tempus homines plurimi discesserint à foro ad balnea, ad cœnas &c.

Nec mulier: Callidama, cui arcana communicârat.

Sine ullo argumento: Sine ulla causa.

Atq; id ætatis: Pro, *ea ætate:* ita sæpê & eleganter usurpatur, tam de adolescentibus, quàm senibus: ita Cicero in epistolis; *Id ætatis jam sumus, ut &c.*

Virgis supplicium: Quod quidem in cives Romanos neutiquam licebat.

Hyemi, fluctibusq;: Per fretum enim Siculum erat Româ navigandũ. *Hyems* accipitur pro tempestate maligna.

Non istam communem: Id est: maluit se periculoso mari committere, quâm non vitare, seu subire communem hanc Siculis tempestatem, quâ omnes divites persequebatur Verres.

Certus & diligens: Qui nempe tempus, quod edixisset, servat accuratè.

Similiter cadens. furere cœpit: Venerios in domum Sthenii mittere: equites circum agros ejus, villasquè dimittere. Itaquè dum exspectat, quidnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discessit. *Mēbrătim.* Postridie manè descendit: Agathinum ad sese vocat: jubet eum de litteris publicis in absentem Sthenium dicere. Erat ejusmodi causa, ut ille ne sine adversario quidem apud inimicum judicem reperire posset, quid diceret. Itaquè tantùm verbo posuit: Sacerdote Prætore Sthenium litteras publicas corrupisse. Vix ille hoc dixerat, cùm iste pronuntiat, Sthenium litteras publicas corrupisse videri: & hæc

Venerios: Venerii, vel Venerei in Sicilia dicebantur Servi Veneris, seu ad obsequia hujus Deæ, & templa mancipati, & hi quoq; Magistratibus populi Romani quasi apparitorum locô, ac numerô esse solebant.

Non sine adversario: Ita hæc causa jam erat adornata,& in tam maligno constituta loco, ut Sthenius se defendere non potuisset sub tali judice,ita inimico, etiamsi adversarium,& accusatorem nullum habuisset contra se dicentem.

Tantùm verbo posuit: Non probavit Agathinus,sed in his præcisè verbis accusationis vim & veritatem posuit: Sthenium tempore, quo Sacerdos Prætor erat, litteras publicas corrupisse: hoc solùm dixit verbo, non probavit.

Corrupisse videri: Illud animadversione dignum est hoc loco, morem fuisse judicibus, ita pronuntiare sententiam,ut non *fecisse aliquem* liquidò dicerent,sed *fecisse videri*;uti Cicero in quæst. Acad. q. II. & de testibus,

hæc prætereà addidit homo Venerius, *Ironicè.* novo modo, nullo exemplo: OB EAM REM H. S. QUINGENTA VENERI ERICINÆ DE STHENII BONIS EXACTURUM: bonaquè ejus statim cœpit vendere: & vendidisset, si tantulum moræ fuisset, quò minùs ei pecunia illa numeraretur. Ea posteaquam numerata est, contentus hac iniquitate non fuit: palàm de sella ac tribunali pronuntiat, siquis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese ejus nomen recepturum: & simul, ut ad causam accederet, nomenquè deferret, Agathinum novum affinem, atquè hospitem cœpit hortari. Tum ille clarè, omnibus audientibus, sese id non esse facturum, nequè se usquè eò Sthenio esse

bus, & de judicibus; *quæq; jurati judices cognovissent, ut ea non esse facta, sed ut videri pronuntiarent.*

Addidit homo Venerius: Homo pius, & religiosus, nam Erycinæ Veneri in speciem condemnaverat Sthenium.

H. S. quingenta: Hoc est XII. millia coronatorum, & quingentos.

Rei capitalis: Ergo hactenus non erat causa capitalis; & fortè idem erat crimen confictum de corruptis litteris, cujus eum tanquam capitalis postmodum accusavit Pacilius, cûm aliud non nominetur à Cicerone. Nam unius, ejusdemq; criminis duplicem interdum actionem esse, capitalem scilicet, & non capitalem, privatam & publicam nôrunt Juristæ. Res autem capitalis erat, cui pœna fuit aut mors, aut aquæ & ignis interdictio, sive exilium.

Rei

Metaphora. Ab adjunctis personæ. esse inimicum, ut eum rei capitalis affinem esse diceret. Hîc tum repentè Pacilius quidam, homo egens, & levis accedit, ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. Iste verò, & licere, & fieri solere, & se recepturum. Itaquè defertur. Edicit statim, ut Kalendis Decembr. adsit Sthenius Syracusis. Hic, qui Romam venisset, satisquè feliciter anni jam adverso tempore navigâsset, omniaquè habuisset æquiora, & placabiliora, quàm animum Prætoris, atq; hospitis rem ad amicos suos detulit: quæ ut erant acerba, atq; indigna, sic videbantur omnibus. Itaq; in Senatu continuò Cn. Lentulus, & L. Gellius Coss. faciunt mentionem, placere statui, si P. C. videretur, ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capi-

Synecdoche figura. Polysyndeton.

39.

Rei capitalis affinem: Affinis rei capitali, affinis culpæ vel sceleri dicitur is, in quē cadit culpæ vel sceleris suspicio, qui particeps est.

Nomen absentis deferre: Quod Romanis nullo modo licebat: cùm is, cujus nomen deferebatur, sive qui accusabatur, præsens apud Prætorem interrogari deberet, an fateretur se contra legē fecisse; si negâsset, ejus nomē in ordinē ac seriem reorū referebatur, & dicebatur dies, quo causa cognoscenda; & hinc dicitur, *nomen deferre*, *nomen recipere*.

Anni adverso tempore: Mitiores habuit ventos, licèt anni tempore iniquissimo, quàm Prætorem & hospitem suum.

Placere statui: In toto hoc numero sæpiùs redit formula decernendi, de qua suprà dixi: *Placet statui: videtur: nullum*

capitalium. Causam Sthenii totam, & istius crudelitatem, & iniquitatem Senatuum docent. Aderat in Senatu Verres, pater istius, & flens unumquemquè Senatorem rogabat, ut filio suo parceret: neque tamen multùm proficiebat. Erat enim summa voluntas Senatûs. Itaquè sententiæ dicebantur, cùm Sthenius absens reus factus esset, de absente nullum judicium fieri placere: & siquod esset factum, id ratum esse non placere. Eo die transigi nihil potuit, quòd & id temporis erat, & ille pater istius invenerat homines, qui dicendo tempus consumerent. Posteà senex Verres defensores atquè hospites omnes Sthenii convenit:

Ab authoritate Senatûs.

Polysyndeton.

lum judicium fieri placere: ratum esse, non placere:

Verres Pater istius: Qui divisor fuerat, de quo in Act: I.

Summa voluntas Senatûs: Antiqua locutio, pro, lubentissimis animis assentiebantur, inclinabant maximè.

Ratum esse, non placere: Non approbari, non confirmari.

Transigi nihil: Senatûsconsultum perscribi, res decidi non potuit.

Id temporis: Usurpatur eo modô, *quo id ætatis*, de quo suprà.

Dicendo tempus consumerent: Senatûsconsultum ante exortum, aut post occasum solis factum, ratum non erat. Itaq; siqui Senatûsconsultum, quominùs fieret, impedire vellent, dicendo tempus consumebant; licebat enim Senatori, & qua de re vellet, & quamdiu vellet, dicere. Atq; hoc *diem tollere*, & *diem eximere* Veteres appellabant.

Hospites omnes: Qui apud Sthenium in Sicilia hospites,

Metaphora. nit: rogat eos, atquè orat, ne oppugnet filium suum, de Sthenio ne laborent: confirmat his, curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur: se homines certos ejus rei causâ in Siciliam, & terrâ, & mari missurum. Et erat spatium dierum ferrè triginta ante Kalendas Decemb: quo die iste, ut Syracusis Sthenius adesset, edixerat. *Styl9 Narrationis.* Commoventur amici Sthenii, sperant fore, ut patris litteris nuntiisquè filius ab illo furore revocetur. In Senatu posteà causa non agitur. Veniunt ad istum domestici nuntii, litterasquè à patre afferunt ante Kalendas Decembr. cùm isti etiam tum de Sthenio integra tota res esset: eodemquè ei tempore de eadem re litteræ complures à multis ejus amicis, ac
40. necessariis afferuntur. Hic iste, qui *Amplificatio ex causis.* præ cupiditate, nequè officii sui, ne-

tes, atq; hinc amici fuêre.

Rogat, orat: Plus est orare, ut alibi dictum.

Ne laborent: Non habeant curam Sthenii, vel non sint soliciti.

Confirmat his: Promittit seriò.

Spatium dierum ferè XXX. Citatus est Sthenius, ut apparet, Kalendis Decembris, & quidem citatio facta uno ferè mense priùs: isto igitur tempore Romæ fuit, & tempus hoc suffecerat, ut ante diem citationis nuntii venirent in Siciliam.

Integra tota res esset: Cùm potuisset adhuc Verres facilè desistere ab instituenda hac actione.

Neq; officii sui: Non consideravit, quid se deceret, vel

neque periculi, neque pietatis, neque humanitatis rationem habuisset unquam: neque in eo, quod monebatur, auctoritatem patris, nec in eo, quod rogabatur, voluntatem antepo- nendam putavit libidini suæ. Manè Kalendis Decembr. ut edixerat, Sthe- nium citari jubet. Si abs te istam rem parens tuus alicujus amici rogatu, be- nignitate, aut ambitione inductus pe- tîsset, gravissima tamen apud te volun- tas patris esse debuisset: cùm verò abs te tui capitis causâ peteret, homines- què certos domô misisset, hique eo tempore ad te venisset, cùm tibi in in-

Repetitio.
Polysyndeton.
Incisa.
Similiter cadens.

Digressio, & Apostrophe in Verrem.

A minore.

Periodus fusa.

vel tanquam Prætorem, vel tanquam civem Romanum, cùm intellexisset ex parentis, & amicorum litteris, quæ Senatûs esset de hoc negotio voluntas & sententia.

Neq; periculi: Ne amitteret existimationem, ne vocaretur in judicium.

Neq; pietatis: in patrem.

Neq; humanitatis: Qua amicis bene consulentibus morem gerere debuisset.

Neq; in eo: Potiùs libidini suæ paruit, quàm auctoritati patris, vel voluntati eorum, qui rogabant.

Libidini: Hoc est: cupiditati pecuniarum, & avaritiæ.

Si abs te: Si parens tuus aliquid simile à te petiisset, vel in alterius gratiam, vel ut ipse alterius gratiam & favorem aucuparetur, debuisset à te obtinere; nunc cum petat tuæ salutis & capitis causâ, nec poterit te, vel pietas in patrem, vel propria salus permovere?

Ambitione inductus: Intelligitur hic ambitio, & cupiditas gratiæ & favoris apud alios.

Gravissima &c. Debuissent tales preces maximum apud te pondus habere.

Atten-

integro tota res esset, ne tum quidem te potuit, si non pietatis, at salutis tuæ ratio ad officium, sanitatemquè reducere? Citat reum. Non respondet; citat accusatorem. Attendite, quæso, judices: videte, quanto opere istius amentiæ fortuna ipsa adversata sit: & simul videte, quis Sthenii causam casus adjuverit. Citatus accusator M. Pacilius, nescio, quo casu non respondit, non affuit. Si præsens Sthenius reus esset factus, si manifesto in maleficio teneretur: tamen cùm accusator non adesset, Sthenium condemnari non oporteret. Etenim, si posset reus absente accusatore damnari, non ego à Vibone Veliam parvulo navigio inter fugitivorum, ac prædonum, ac

Ad attentionem obtinendam.

Repetitio.
A minore.

Cōparatio, & à proprio exemplo.

Attendite, quæso Hæc formula petendæ attentionis bene præponitur graviori rei,aut amplificationi majori.

Quanto opere: Hoc est; quantòpere, quantùm:

Si præsens Sthenius: A loco communi & thesi probare incipit,absente accusatore Sthenium,etsi nocentem,non debere condemnari.

Etenim si posset: Argumentum à pari, & ad hominem: si posset aliquis condemnari absente accusatore, non ego ita properâssem,ut tempori adessem Romæ,ne me accusatore absente tu dimittaris è numero reorū, & absolvaris.

Vibone:Vibo urbs est sita in agro Brutio, qua è Sicilia Cicero rediens, *Veliam* Lucaniæ oppidum navigio pervenit. *Parvulo*, inquit,*navigio*,nam magna in nave non ita festinare potuisset.

Inter fugitivorū tela: Erant enim aliqui adhuc residui fugitivi, qui se prædonibus associârant.

Tua

ac tua tela venissem, quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis ob eam causam, ne tu ex reis eximerêre, si ego non affuissem ad diem. Quod igitur tibi erat in tuo judicio optatissimum, me, cùm citatus essem, non adesse: cur Sthenio non putâsti prodesse oportere, cùm ejus accusator non affuisset? Itaq; fecit, ut exitus principio simillimus reperiretur. Quem absentem reum fecerat, cum absente accusatore condemnat. Nuntiabatur illi primis illis temporibus id, quod pater quoquè ad eum pluribus verbis scripserat, agitatam rem esse in Senatu: etiam in concione tribunumplebis de causa Sthenii M. Palikanum esse

Communicatio cum Verre.

Clausula narrationis.

41.

Tua tela: Verris insidias, de quibus in Act. 1. *cùm multæ mihi à C. Verre insidiæ terrâ, mariq; factæ sint.*

Non affuissem ad diem: Cùm ad judicium Prætor venisset, si accusator à præcone citatus non responderet, rei nomen de reorum numero eximebatur.

Ut exitus principio simillimus: Sicut malè cœpit rem, ita malè voluit finire.

Primis illis temporibus: Paucis post Sthenii damnationē diebus, quibus Romā ea res perlata erat, nuntii q; Romā in provinciā reversi, ea Verri narrabant, quæ Romæ paulò antè facta; nimirum, quòd præter Senatum ea de re agentem, etiam tribunusplebis, etiam Cicero rem moverit, & decretum factum sit, Sthenii damnationem Romæ non haberi ratam &c. ideo Verres hæc intelligens cœpit timere, respexit ad alia consilia, scripsit in litteris publicis, Sthenium non fuisse absentem condemnatum.

Palikanum: Erat hic Palikanus ab ingenio ad accusan-

esse questum: postremò me ipsum apud Collegium hoc tribunorumplebis, cùm eorum omnium edicto non liceret quemquam Romæ esse, qui rei capitalis condemnatus esset; egisse causam Sthenii: cùm rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos, docuissemque hanc damnationem duci non oportere, tribunos plebis hoc statuisse, idquè de omnium sententia pronuntiatum esse, non videri Sthenium impediri edicto, quò minùs ei liceret Romæ esse; Cùm hæc ad illum afferrentur, pertimuit aliquando, & commotus est. Vertit sty-

Oratio indirecta.

sandum prompto notissimus, de quo Cicero ad Atticum: *Dignus, qui Palikano os ad malè audiendum præbeat.*

Eorum omnium edicto: Tribuniplebis edictum fecerant, in urbe Romana non tolerandum,qui etiam alibi rei capitalis condemnatus esset;egit itaq; Cicero pro Sthenio à Verre damnato apud Tribunosplebis, & probavit, *talem damnationem duci non debere*, h.e. Sthenium pro damnato haberi non debere, cùm ipsi tribuniplebis edixissent,nec absentem, nec absente accusatore quemquam damnandum.

Vertit stylum: Quæ scripta jam erant in tabulis publicis, delevit & alia substituit. Stylus propriè erat acus ferrea, quali nunc utimur in pugillaribus, capite plano, extrema parte acuta: hac scribebant in cera, & complanâtâ tabulâ. Stylum autem vertere, seu invertere dicebatur, siquis utebatur capitata ejus parte ad delendum id, quod acumine scriptum erat. Ita Horatius Pöetam instruit,ut sæpè deleat,ac mutet, quod scripserit,si velit ea scribere, quæ digna sint iterùm ac sæpiùs legi: *Sæpè Sty-*

ſtylum in tabulis ſuis; quo facto cauſam omnem evertit ſuam. Nihil enim ſibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratione poſſet. Nam ſi ita defenderet: recipi nomen abſentis licet: hoc fieri in provincia nulla lex vetat: mala & improba defenſione, verùm aliquâ tamen uti videretur; poſtremò illo deſperatiſſimô perfugiô uti poſſet, ſe imprudentem feciſſe: exiſtimâſſe id licere. Quamquam hæc perditiſſima defenſio eſt, tamen aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id, quod erat, & facit, coràm delatum eſſe. Hìc videte, in quot ſe laqueos induerit, quorum ex nul-

Paronomaſia.

ſtylum vert..., iterum, quæ digna legi ſint, ſcripturus.

Quo facto: Cùm timeret ſibi Verres, & idcirco tabulas corrùperet, & tolleret in iis, quod erat teſtatū omnib9, & ex lituris res appareret, in plures ſe ipſe laqueos induit.

Nam ſi ita defenderet: Non confugit Verres ad id, quod aliquo ſaltem modo defendere poterat; *licet abſentis nomē recipi; licet ſaltem in provincia:* ſi hoc clypeo ſe defendiſſet, etſi mala foret defenſio, ſaltem foret aliqua; ſed omiſſa illa defenſione, ſcribit coràm delatum eſſe Sthenium; ergo non tantùm non ſe defendit, ſed magis implicat.

Improba defenſione: deſperatiſſimò perfugiò: perditiſſimæ defenſio. Obſerva, quantam vim addant apposita non inania, & ſuperlativi.

Imprudentem feciſſe: Hoc eſt: vel ignarum hujus legis, vel incautum, & non cogitantem de lege.

Tollit ex tabulis: Ergo quod actum eſt, quòdq; tabulis inſcriptum (ſive ut nunc vulgariter loquimur in protocollo) id delet, & ſcribit, Sthenium præſentem fuiſſe delatum, præſentis nomen inter reos receptum.

In quot ſe laqueos: Quomodo ſe ipſe implicet, ſibi ipſe diſ-

 ſi-

Allegoria. 42. nullo se unquam expediret. Primùm ipse in Sicilia sæpè, & palàm de loco superiore dixerat, & in sermone multis demonstrârat, licere nomen recipere absentis: se exemplo fecisse id, quod fecisset. Hæc eum dictitâsse priori actione & *Testes idonei.* Sex: Pompejus Chlorus dixit, de cujus virtute anteà commemoravi: & Cn. Pompejus Theodorus, homo Cn. Pompeji, *Polysyndeton.* clarissimi viri judicio, plurimis, maximisq; in rebus probatissimus, & omnium *Incisa. Dissolutio.* existimatione ornatissimus; & Posides Matro Solentinus, homo summa nobilitate, existimatione, virtute: & hac actione quàm voletis, multi dicent, & qui ex *Trajectio.* isto ipso audierint, viri primarii nostri ordinis: & alii, qui interfuerunt, cùm absentis nomen reciperetur. Deinde Romæ, cùm res esset acta in Senatu, omnes

ficilem defendendi, & evadendi viam faciat.

De loco superiore: De tribunali.

Se exemplo fecisse: Ab exemplo, juxta exemplum.

Hæc eum dictitâsse: Primus est hic laqueis; fatetur ipse se absentes condemnâsse, quod probatur testibus, qui audierunt.

Solentinus: Solentô urbe Siciliæ, inter Eleuterum amnem, & Thermas sitâ oriundus. *Solentum* alio nomine dicitur *Solus*, *Soluntum*, & hac tempestate *Solanto.*

Quàm voletis multi. Per Trajectionē: quàm multi, voletis, dicent, quòd in hac actione, in hac nempe causa Sthenii, Verres absentis Sthenii nomē inter reos retulerit; & ideò etiā Romæ Verris pater ac nōnulli amici defendebant, licitè egisse Verrem in provincia, quòd Sthenium absentē in-

omnes istius amici, in his etiam pater ejus hoc defendebat licere fieri: sæpè esse factum: istum, quod fecisset, aliorum exemplo, institutoquè fecisse. Dicit præterea testimonium tota Sicilia: quæ in communibus postulátis civitatum omnium consulibus edidit, rogare atquè orare Patres Conscriptos, ut statuerent, ne absentium nomina reciperentur. Qua de re Cn. Lentulum, Patronum Siciliæ, clarissimum adolescentem dicere audîstis: Siculos, cùm se causam, quæ pro his sibi in senatu agenda esset, docerent, de Sthenii calamitate questos esse: propterquè hanc injuriam, quæ Sthenio facta esset, eos statuisse, ut, quod dico, postularetur. Quæ cùm ita essent, tantâne amentiâ præditus atquè audaciâ fuisti, ut in re tam

A totius Siciliæ testimonio.

Amplificat Verris audaciam.

inter reos retulerit;ergo hoc disputârunt super facto Verris,ergo Verres fecit absentem reum, & ipse tamen vertendo stylum,mutavit, scripsit præsentem esse damnatum, atq; hac ratione suum factum malum supprimens, se malè fecisse ipse declarat.

Communibus postulatis: Legati Provinciarũ scripta quædam & postulata afferebant Romam mense Februario,quæ dabant Consulibus, ut de iis in senatu ageretur. Dicebantur communia,quæ communiter ab universis civitatibus alicujus provinciæ proponebantur;alia erant propria, quæ à singulis civitatibus proprio suo nomine consulib9 edebantur. Ergo Sicilia in communibus postulatis, quæ miserat, edidit, sive dedit Consulibus etiam hoc,ut statuatur, ne absentium nomina reciperentur inter reos.

Cum se causam docerent: Cùm Siculi dicerent, ac pro-

tam clara, tam testata, tam abs te ipsa pervulgata, tabulas publicas corrumpere auderes?* At quemadmodum corrupisti? nonne ita, ut omnibus nobis tacentibus, ipse te tuæ tabulæ condemnare possent? Cedo, quæso, codicem, circumfer, ostende. Videtisnè totum hoc nomen, coràm ubi facit delatum, esse in litura? Quid fuit istic anteà scriptum? quod mendum ista litura correxit? Quid à nobis, judices, exspectatis argumenta hujus criminis? Nihil dicimus: tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas, atq; interlitas esse clamant. Ex istis etiam tu rebus effugere te posse confidis, cùm te nos non opinione dubia, sed tuis vestigiis persequamur, quæ tu in tabulis publicis

Repetitio instādi causa. Interrogatio.

Apostrophe ad scribam.

Prosopopœia. Metaphora.

Allegoria.

ex-
ponerent sibi (Lentulo nempe) quid Siculorum nomine in senatu agere deberet, singulariter conquesti sunt ob calamitatem Sthenii, & ideò postulārunt, ut in senatu fieret edictum, ne absentium nomina deferrentur.

Cedo, quæso: Scribam alloquitur, cui litteras dederat, ut librum per oculos judicum circumferat. *Cedo:* dic significat, da, præbe.

Codicem: Tabulas, in quibus, quæ acta sunt, notantur.

Videtisnè: An non videtis, ut totum id, quod hic scriptum est, de delatione coràm facta, sit litura, sit maculosè scriptum, ut appareat aliquid deletum, & deleto aliud substitutum.

Mendum, vel menda &c. Est error vel vitium calami, aut typi.

Tabulæ sunt in medio: Res ipsa loquitur.

Tuis vestigiis: Lituræ sunt vestigia fraudis tuæ.

expressa ac recentia reliquisti? Is mihi etiam Sthenium litteras publicas corrupisse, causâ incognitâ, judicabit, qui defendere non potuerit, se non ipsius Sthenii nomine litteras publicas corrupisse? Videte porro aliam dementiam: videte, ut, dum expedire sese vult, induat. Cognitorem adscribit Sthenio. Quem? cognatum aliquem, aut propinquum? non. Thermitanum aliquem, honestum hominem ac nobilem? ne id quidem. At Siculum, in quo aliquis splendor, dignitasque esset? minimè. Quid igitur? civem Romanum. Cui hoc probari potest? Cùm esset Sthenius civitatis suae nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiis; cùm praetereà totâ Sicilià

Exclamatio indignantis.

43.

Conduplicatio.

Subjectio. Sustetatio.

Ab adjunctis personae.

Is mihi: Et ille condemnet Sthenium de corruptis litteris publicis, qui se ipsum defendere non potest, quòd non corruperit tabulas publicas?

Sthenii nomine: In causa Sthenii tabulas corrupisse.

Videte porrò: Secundus laqueus, in quem se induit Verres. Stultè egit Verres, quòd Sthenio adscribat cognitorem, homini Siculo, Romanū, ignobilem, inimicum Sthenio, familiarem Verri.

Expedire induat: Allegoria continuata à laqueis, sunt etiam contraria.

Cognitorem adscribit: Cognitor dicebatur, qui litem, & causam alterius suscepit; procurator dicebatur, qui absentis nomine causam egit. Ergo Verres scripsit cognitorem causae Sthenianae fuisse aliquem &c.

Cui hoc probari potest: Quis credet? cui persvadebitur hoc? argumentatur ab adjunctis personae, & ostendit neutiquam credibile esse Sthenium pro suo cognitore, suae

& à repugnantibus. ciliâ multùm auctoritate & gratiâ posset, invenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret? Hoc probabis? an ipse *Interrogationes instādi causâ.* civem Romanum maluit? cedo, cui Siculo, cùm, is reus fieret, civis Romanus cognitor factus unquam sit? Omnium Prætorum litteras, qui antè fuerunt, profer, *Amore &c. exemplo.* explica. Si unum inveneris, ego hoc tibi, quemadmodum in tabuli scriptum habes, *Occupatio.* ita gestum esse concedam. At, credo, Sthenius hoc sibi amplum esse putavit, eligere è civium Romanorum numero, ex amicorum atque hospitum suorum *Præteritio.* copia, quem cognitorem daret. Quem *Repetitio.* delegit? quis in tabulis scriptus est? C. *Incisa.* Claudius, C. filius, Palatina. Non *Per ironiā.* quæro, quis hic sit Claudius, quàm splendidus, quàm honestus, quàm idoneus, propter causæ actore, elegisse talem, qui habere ex suis potuisset plurimos.

Hoc probabis: Judicibus persvadebis?

Cedo: Dic; alibi, da.

Omnium Prætorum litteras: In quibus acta judiciorum describi consveverant.

Scriptum habes: Sicut apud te scriptum, quòd homini Siculo civis Romanus cognitor datus sit.

Hoc sibi amplum esse putavit: Honori sibi fore duxit.

Cajus Claudius, Caji filius, Palatina: Ex tribu Palatina: de quo loquendi modo dictum est suprà. Homo non splendidus, non honestus, non idoneus, propter cujus auctoritatem, & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorū consvetudine discederet, & civem Romanum, omissis Siculis, cognitorem daret. Propter ejus ignobilitatem, tribûs nomen

propter cujus auctoritatem, & dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consvetudine discederet, & civem Romanum cognitorem daret; nihil horum quæro. Fortasse enim Sthenius non splendorem hominis, sed familiaritatem secutus est. Quid si omnium mortalium Sthenio nemo inimicior, quàm hic C. Claudius, tum semper, tum in his ipsis rebus, & temporibus fuit? Si de litteris corruptis contrà venit? si contrà omni ratione pugnavit? utrùm potiùs pro Sthenio inimicum cognitorem esse factum, an te in Sthenii periculo inimici ejus nomine abusum esse cre-

Condupli-catio.

Refutatio per contraria & repugnantia.

men est additum; nam iis;ut noscerentur, addi solebat, qui parùm alioquin noti essent,non gestis honoribus,non majorum dignitate, non ordine Senatorio clari. Tribus Palatina vocata est à colle Palatino,sicut Collina,Esquilina &c.

Quodsi omnium: Refutatio Anteoccupationis per contraria, & repugnatia. Si Claudius hic inimicus fuit Sthenii maximus,& in hac etiam causa ei,quàm maximè adversarius, num credet aliquis, eum à Sthenio cognitorem datum?

Contrà venit: Est verbum judiciale, & significat contra aliquem in judicium procedere, adversarium esse: si ergo Claudius in causa Sthenii de litteris corruptis se acerrimum adversarium præbuit Sthenio, quomodo ejus cognitor fuit?

Utrùm potiùs: Quid credibilius, talem hominem inimici sui procuratorem & advocatum esse factum? vel potiùs te malè, inimicum Sthenii pro cognitore Sthenii posuisse, dolo malo ejus nomine usum?

44. credemus? Ac ne quis fortè dubitet, cujusmodi totum sit negotium, tametsi jam dudum omnibus istius improbitatem perspicuam esse confido, tamen paululum etiam attendite. Videtis illum subcrispo capillo nigrum, qui eo vultu nos intuetur, ut sibi ipse peracutus esse videatur? qui tabulas tenet? qui scribit? qui monet? qui proximus est? is est C. Claudius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur: nunc obtinet eum locum, ut vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur, & qui se non Timarchidis, sed ipsius Verris

Renovat attentionē.

Hypotyposis falsi cognitoris Claudii.

Repetitio.

Comparatio.

Ac ne quis: Attentio est ad descriptionem Claudii.

Peracutus esse: Contemptim nos intuens, quasi abjectos despiciens.

Sequester istius: Qui judiciis corrumpendis, aut aliis maleficiis suscipiendis operam suam locavit, suam fidem interponendo, mediatorem agendo &c. intelligit his autem operam, fidem, mediationem ad res malas.

Collega Timarchidi: Propè æqualis, & in eodem officio fuit cum Timarchide, quem non multò antè interpretem mercaturæ in judiciis faciendæ fuisse dixit. Est Dativus à *Timarchides.*

Nunc obtinet: Nunc, id est: in hoc cognitoris officio. in hac causa ita carus fuit Verri, ita familiaris; ut non tantùm Collega Timarchidis dici potuerit, seque ipse ita dixerit, sed & ipsius Verris, non aliter, atq; Apronius ille &c.

Ut vix Apronio: Ut æquè carus ac familiaris fuerit Verri, atq; Apronius, quem Cicero describit Verrina V. ubi inter cætera plurima ita de Apronio loquitur: *Hunc in omnibus stupris, hunc in fanorum expilationibus, hunc in impu-*

ris collegam, & socium esse dicebat. Dubitate etiam, si potestis, quin eum iste potissimùm ex omni numero delegerit, cui hanc falsi cognitoris improbam personam imponeret, quem & huic inimicissimum, & sibi amicum esse arbitraretur? Hic vos dubitabitis, judices, tantam istius audaciam, tantam crudelitatem, tantam injuriam vindicare? dubitabitis exemplum judicum illorum sequi, qui, damnatô Cn. Dolabellâ, damnationem Philodami Opuntii

Conclusio argumenti.

Apostrophe, & adhortatio ad judices ab exẽplo, & judicatis.

puris conviviis principem adhibebat, tantamq; habebat morum similitudo conjunctionem, atq; concordiam, ut Apronius, qui aliis inhumanus ac barbarus, isti uni commodus ac disertus videretur.

Improbam personam: Cui partes daret, & officium hominis improbi, & ementiti cognitoris: verbum ex re comica translatum.

Hic vos dubitabitis? Re narratâ convertit se ad judices, conclusionem principalis Syllogismi, & propositionẽ repetit: ergo non parcere, ergo vindicare, ergo damnare, vos Judices, Verrem debetis.

Dubitabitis exemplum sequi: Facite in hac gravissima causa, quod in alia leviore Judices alii. Modus iste proponendi per interrogationem utiq; vehementior est.

Damnatô Cn. Dolabellâ: Dolabella condemnatus fuit, cumq; damnaretur, rescissa quædam ejus acta, inter quæ damnatio Philodami Opuntii, qui proinde absolutus est, eò quòd absens à Dolabella esset condemnatus.

Philodami Opuntii: Alius hic est Philodamus, nimirũ Opuntius, non Lampsacenus, qui quidem & ipse à Dolabella damnatus erat, sed in Asia Neronis provincia; de quo Orat. 1. Verr. N. 25.

Quòd

puntii resciderunt, quòd is non absens reus factus esset: (quæ res iniquissima, & acerbissima est) sed cùm ei Legatio Romam à suis civibus esset data? quod illi, judices, multò in leviore causa statuerunt, æquitatem secuti, vos id statuere in gravissima causa, præsertim aliorum auctoritate jam confirmatum, dubitabitis? At quem hominem, C. Verres, tantâ, tam insigni injuria affecisti? cujus absentis nomen recepisti? quem absentem non modò sine crimine, & sine teste, verùm etiam sine accusatore damnâsti? quem hominem? Dii immortales? non dicam amicum tuum: quod apud homines carissimum est: non hospitem, quod sanctissimum est: nihil enim minùs liben-

A minore.

45. *Ab adjunctis personæ Sthenii. Cōduplicatio. Exclamatio Subjectio. Repetitio.*

Quòd is non absens: Ut Sthenius. Philodamus vix poterat reputari pro absente, nam moraliter præsens erat in persona suorum civium, quorum voluntate missus erat Romam, non quidem ut fungeretur legatione publica, sed aliqua libera, vel syngraphæ alicujus exigendæ causâ, vel hæreditatis persequendæ &c. cives, qui eum misêre Romam, causam ipsius interim recepêre. At Sthenius neminem habuit, qui reciperet, qui ageret; & objectum crimen erat gravissimum de corruptis litteris publicis. Notandum, quòd tales legationes, quali functus erat hic Philodamus, sæpè datæ fuerint iis, qui periculum aliquod judiciorum declinare vellent.

At quem hominem: Affectus odii concitatur in Verrem à persona Sthenii, cujus laus, & merita amplificantur.

Quem hominem Dii: Amplificatio venusta, & rebus, & figuris.

Nisi

libenter de Sthenio commemoro: nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, invenio, nisi quòd homo frugalissimus atque integerrimus te hominem plenum stupri, flagitii, sceleris, domum suam invitavit; nisi, quòd, qui C. Marii, & Cn. Pompeji, C. Marcelli, L. Sisennæ, tui defensoris, cæterorumq; virorum fortissimorum hospes fuisset, atq; esset: ad eum numerum clarissimorum hominum tuum quoquè nomen adscripsit; quare de hospitio violato, & de isto tuo nefario scelere nihil queror: hoc dico, non iis, qui Sthenium nôrunt, hoc est, ne-

Dissimilitudo Sthenii & Verris. Dissolutio. Incisa.

Præteritio. Longior suspensio.

Nisi quòd: Hoc unum interserit in Sthenio non esse laudabilissimum, quòd Verrem tam sui dissimilem, hospitem receperit, quòd in numero præclarissimorum alioru̅ hospitum etiam hunc esse voluerit; quod tamen ipsum est ad majorem Verris invidiam, qui suummet hospitem ita malè tractârit.

C. Marii: Celeberrimi viri, qui septies Consul fuit.

Cn. Pompeji: Qui tum Consul erat, quemq; semper cum maxima laude appellat Cicero.

Marcelli: Qui Siciliæ præfuerat, & in causa Verris judex erat.

Sisennæ: Qui ex gente Cornelia à Cic. ponitur in Bruto inter Oratores.

De hospitio violato: Usus est verbo de sacris rebus usurpari solito. Nam hospitibus præesse Jupiter, quem propter eà Hospitalem vocârunt, existimabatur.

Hoc dico: Facit in hoc loquendi modo longiorem Cicero suspensionem; quid enim est, quod dicit? tantùm observa interjectionem, & parenthesin; nimirum, *hoc dico*, ut etiam externi & alienigenæ intelligant, quis, qualis Sthenius fuerit. Hoc dico:

Estne

nemini eorum, qui in Sicilia fuerunt (nemo enim ignorat, quo hic in civitate sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate atquè existimatione sit) sed, ut illi quoquè, qui in ea provincia non fuerunt, intelligere possint, in quo homine tu statueris exemplum ejusmodi, quod tum propter iniquitatem rei, tum etiam propter hominis dignitatem, acerbum omnibus, atquè intolerandum videretur. Estne Sthenius is, qui omnes honores domi suæ facillimè cùm adeptus esset, amplissimè ac magnificentissimè gessit? qui oppidum non maximum, maximis ex pecunia sua locis, communibus, monumentisquè decoravit? cujus de meritis in rempublicam Thermi-

46.
Laus Sthenii à gestis muneribus.

A liberalitate.
A publicis honoribus ei decretis.

Estne is Sthenius &c. nunquid Sthenius is est? tum ejus laudes amplas addúcit.

Tu statueris exemplum: Exemplum est, quod aliis aut imitandum, aut fugiendum proponitur. Exemplum hoc, ait, iniquitatis, & acerbitatis maximæ, adeòq; omni contentione fugiendum, nulloq; modo tolerandum.

Estne Sthenius is: ne hic accipitur, pro *annon*, uti alibi sæpè; etiam Terentius: *isne est, quem quæro, annon?* Et hoc est, quod subjungitur illis verbis, *hoc dico?* (quasi diceret) nunquid Sthenius is est, qui cùm omnes honores domi suæ facillimè adeptus esset, eos amplissimè ac magnificentissime gessit, &c.

Non maximum: Non equidem maximum, sed tamen maximis ornamentis decoratum à Sthenio. Allusio & Traductio.

Ærea

mitanorum, Siculosquè universos, fuit aenea tabula fixa Thermis in curia? in qua publice erat de hujus beneficiis scriptum, & incisum? quae tabula tum imperio tuo revulsa, nunc à me tamen deportata est, ut omnes hujus honores inter suos, & amplitudinem possent cognoscere. Estne hic, qui apud Cn. Pompejum, clarissimum virum, cùm accusatus esset, quòd propter C. Marii familiaritatem & hospitium, contra Rempublicam sensisse eum inimici, & accusatores ejus dicerent, cùm magìs invidioso crimine, quâm vero arcesseretur: ita à Cn. Pompejo absolutus est, ut in eo ipso judicio Pompejus hunc hospitio suo dignissimum statuerit: ita porrò laudatus, defensusquè ab omnibus Siculis, ut

Repetitio.

A Pompeji judicio.

Ænea tabula fixa: Pro monumento,& memoria perpetua beneficiorum.

Deportata: Cùm refixisset eam Verres, denuò affigi jussit Cicero;vel ut alii putant, non Thermis in locum suum restituta,sed à Cicerone Romā ad judicium delata.

Apud Cn. Pompejum: Venit Pompejus in Siciliam,Carbonem persequens,qui erat in partibus Marii contra Sullam & Pompejum. Ibi ergo apud Pompejum delatus est Sthenius,quòd C. Mario hosti fuerit familiaris,atq; adeò contra Rempublicam senserit,& aliquid molitus sit;hoc dicebant inimici Sthenii, sed ex invidia & falsò. Pompejus Sthenium absolvit, eum etiam tum hospitio dignatus est.

Non

ut idem Pompejus non ab homine solùm, sed etiam à provincia tota se hujus absolutione inire gratiam arbitraretur? Postremò, estne hic, qui & animum in Rempublicam habuit ejusmodi, & tantum auctoritate apud suos cives potuit, ut perficeret in Sicilia solus, te Prætore, quod non modò Siculus nemo, sed ne Sicilia quidem tota potuisset, ut ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres, cùm præsertim essent multa præclara, & tu omnia concupîsses? Denique nunc vide, quid inter te, cujus nomine apud Siculos dies festi agitantur, & præclara illa Verrea celebrantur, cui statuæ Romæ stant inauratæ, à communi Siciliæ, quem-

Polysyndeton.

Traductio.

Incisa. Repetitio.

Traductio.

Non ab homine solùm: A Sthenio nimirum: non ab hoc solùm gratiam iniit, sed à tota Sicilia, quæ judicavit sibi factum, quod beneficii factum est Sthenio.

Estne hic: Annon iste Sthenius est, qui pro sua republica ausus est te opponere tibi, & facere, ne quid auferre Thermis posses?

Deniq; nunc vide: Dissimilis comparatio flagitiosi Verris, & Sthenii.

Dies festi: Irrisoriè exprobrat, & ironicè: videamus discrimen inter Sthenium, & inter te, qui tamē publica tibi instituta festa habuisti; cui erectæ statuæ, celebrata Verrea.

Verrea: Dies illi festi, de quibus suprà.

A communi Siciliæ: Græcismus est, pro: communitate Siciliæ, seu Republica: sic alibi *Commune Milyadum.*

Quem-

quemadmodum inscriptum videmus, datae: vide, inquam, quid inter te & hunc Siculum, qui abs te est Patrono Siciliae condemnatus, intersit. Hunc civitates ex Sicilia permultae testimoniô suô legationibûsquê ob eam rem missis publicè laudant: te omnium Siculorum Patronum una Mamertina civitas, socia furtorum, ac flagitiorum tuorum publicè laudat; ita tamen, novo more, ut legati lædant, legatio laudet: cæteræ quidem civitates publicè litteris, legationibus, testimoniis accusant, queruntur, arguunt: si tu absolutus sis, funditùs eversas se esse arbitrantur. Hoc de homine, ac de hujus bonis etiam in Eryce monte monumentum tuorum flagitiorum, crudelitatisquê

Cõduplicatio post aliquam interjectionem.

Laus Sthenii à cõmuni Siciliæ testimonio.

Repugnantia. Traductio. Incisa. Synonyma. Similiter cadens.

47.

Quemadmodum inscriptum: Iterùm ironicè. Verres jusserat sibimet ipsi exstrui statuas, & tamen iis inscribi jusserat, *à Communi Sicilia:* exstructas fuisse.

Abs te est, Patrono &c. Qui tamen Sthenius à te, Patrono Siciliæ, condemnatus est. Patronus Siciliæ debuisset esse Verre, & tanquam Prætor subditæ sibi Provinciæ curam, tutelam, ac patrociniũ habere, non eam devastare.

Mamertina civitas: De hac civitate jam dixit Cicero hujus Orationis N. 5.

Legati lædant, legatio laudet: Lædere, est accusare, & repetere sua: & est contrarium laudationi. Jam initio Orationis dixit, Mamertinos legationem misisse pro Verre, & tamen hos legatos repetere à Verrè ablata: ergo accusare simul, dum missi sunt ad laudandum.

Hoc de homine: De tali homine ita laudato, de ejus nem-

què posuisti: in quo Sthenii Thermitani nomen adscriptum est. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. Quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potissimùm Sthenianum, prœmium poneretur? utrùm hoc signum cupiditatis tuæ, an trophæum necessitudinis atquè hospitii, an amoris indicium esse voluisti? Faciunt hoc homines, quos in summa nequitia non solùm libido & voluptas, verùm etiam ipsius nequitiæ fama delectat, ut multis

Definitiones. Dubitatio.

Locus communis sivè Thesis.

nempe bonis etiam ponere monumentum voluisti scelerum tuorũ in Eryce monte;dum ex ejus bonis argenteã ibi Cupidinis statuam posuisti,adscripto Sthenii nomine. Statuæ enim fuit incisum,ex Sthenii damnati bonis hoc esse donum Veneri dicatum.Dictum suprà, à Sthenio exacta esse H. S.quingenta millia; ex his posita est statua.

Habuit argumenti: id est: quid fuit causæ? quæ ratio? cur, cum tanta infamiæ nota,adeò diuturna, in loco sacro semper mansura,Sthenii nomine & rebus utereris?

In eo: Monte Eryce, sacro& religioso loco donum hoc tanquam à Sthenio damnato profectum poneretur?

Signum cupiditatis &c. Ingeniosè Cupidinem tanquam Deum cupiditatis, necessitudinis, amoris positum insinuat; sed cum vituperio Verris, in quo cupiditas scelerata, avaritia, necessitudo hospitii violata, & ex turpi quidẽ amore Callidamæ in hac ipsa causa demonstratur.

Signũm, trophæum, indicium: Varietas dictionis *pro monumento*, quod suprà.

Faciunt hoc homines: Sequitur Cupidinis argentei à Verre positi allegorica & invidiosa interpretatio. Posuit Cupidinem pro æterna memoria turpis illius amoris in Callidamam. Agathini filiam. Voluit dare præmium Ve-

tis in locis notas ac vestigia scelerum suorum relinqui velint. Ardebat amore illius hospitæ, propter quam hospitii jura violârat. Hoc non solùm sciri tum, verùm etiam commemorari semper volebat; itaq; ex illa ipsa re, quam accusante Agathino gesserat, Veneri potissimùm deberi prœmium statuit, quæ illam totam accusationem, judiciumq; conflârat. Putarem te gratum in Deos, si hoc donum Veneri non de Sthenii bonis dedisses, sed de tuis: quod facere debuisti, præsertim cùm tibi illo ipso anno à Chelidone venisset hæreditas. Hîc ego si hanc causam non omniũ Siculorũ rogatu recepissem, si hoc

Traductio, & conjugata.

Metaphora.

Periodus fusa.

Repetitio.

Veneri ex illis ipsis rebus, quas Callidamæ pater, accusator Sthenii, procurârat, ut unde origo accusationis & damnationis, inde penderentur decimæ, & fructus afferrentur Veneri.

Notas, ac vestigia: Qui maximè scelerati sunt, volunt passim & publicè pro talibus haberi; volunt exstare monumenta suæ turpitudinis: ita etiam Verres.

Totam accusationem conflârat: Nam ob amorem hospitæ, cujus & vir & pater inimici erant Sthenio, recepta erat absentis à Verre delatio, & accusatio.

Putarem te gratum: Deo nempe munera non de rapinis sunt offerenda.

Facere debuisti: Debuisti Veneri & Cupidini donum & prœmium dare, quia per eosdem tibi obtigit hæreditas à Chelidone amasia tua.

Hîc ego: Ea est causa Sthenii, ut hanc, vel si non esset conjuncta cũ comuni causa Siculorũ, solùm cõtra Verrẽ & propter Sthenium tam indignè habitum multorum

Similiter cadens, & desinens. *Propositio syllogismi.* *Similiter cadentia.* *Synonyma.* *Ab exemplis.*

à me muneris non universa provincia poposcisset: si me animus atque amor in rempublicam, existimatioq; offensa nostri ordinis ac judiciorum non hoc facere coëgisset: atq; hæc una causa fuisset, quòd amicum, atq; hospitem meum Sthenium, quem in quæstura mea singulariter dilexissem, de quo optimè existimâssem. quem in provincia existimationis meæ studiosissimum, cupidissimumq; cognôssem, tam crudeliter, scelerate, nefarièq; tractâsses: tamen digna causa esset, cur inimicitias hominis improbissimi susciperem, ut hospitis salutem, fortunasq; defenderem, Fecerunt hoc multi apud majores nostros. Fecit etiam nuper homo

aliorum exemplo susciperem.

Existimatioq; offensa &c. Si non accessissem ad Verrem accusandum propter existimationem Senatorum læsam, & judiciorum infamiam tollendam &c. observa periodi membrum primum pluribus constans partibus usq; ad illa verba: *tamen digna esset:* habet enim membrum unum plura sæpè cola, sive constructiones. Serviunt particulæ *si tamen*, ad periodicam dictionem.

Quem in quæstura: Cùm Cicero quæstor fuisset in Sicilia, dilexit, æstimavit Sthenium, & vicissim à Sthenio æstimatus fuit.

Cur inimicitias: Cur accusarem: accusando enim sibi reddebant eum inimicum, quem accusabant.

Fecerunt hoc multi: Probat suam propositionem ab exemplis: continetur enim hic iste syllogismus: *nemo posset mihi vitio vertere, si accusarem Verrem solius Sthenii amore, non ex causis aliis & publicis.*

Sed *causa Sthenii est insuper connexa cum pluribus aliis* ami-

mo clarissimus, Cn. Domitius, qui M. Silanum, consularem virum, accusavit propter Egritomari Transalpini hospitis injurias; putarem me indoneum, qui exemplum sequerer humanitatis, atq; officii, proponeremq; spem meis hospitibus, ac necessariis, quò tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrarentur. Cùm verò in communibus injuriis totius provinciæ, Sthenii quoquè causa contineatur, multiquè uno tempore à me hospites, atquè amici publicè, privatimquè defendantur: profectò vereri non debeo, ne quis hoc, quod facio, non existimet me summi officii ratione impulsum, coactumquè suscepisse. Atquè ut aliquando de rebus ab isto cognitis, judicatisquè, & de judiciis datis

Syllogismo.

Assumptio Syllogismi, sive minor.

Conclusio Syllogismi.

48.

2. PARS. *De venali jurisdictione*

amicorum, totius Siciliæ, Romanorum rationibus &c.

Ergo multò minùs mihi poterit aliquis hoc vitio dare.

Major incipit: *Hîc ego si:* Minor: *Cùm verò.* Conclusio: *profectò. Major probatur ab exemplis:* etiam alii solius amicitiæ causâ accusârunt.

Cn. Domitius: De hoc in Divinatione N. 20. dixit, quòd Decimum Silanum accusârit, eo, quòd hic amicum & hospitem suum injuriis affecerit.

Consularem virum: Qui Consulatum gessit, quemadmodum Prætorius dicitur, qui Prætor fuit.

Proponeremq; spem: Ut amici mei & hospites per me hac ratione tutiores fiant.

Atq; ut aliquando: Epilogus est primæ partis Narrationis & Confirmationis, quæ fuit de rebus cognitis, & judicatis, judiciisq; datis ob pecuniam, & de rerum capi-

& honorib9 venditis.

A testibus. Enumeratio Synonymia. Similiter cadens.

tis dicere desistamus, & quoniam facta istius in his generibus infinita sunt, nos modum aliquem & finem orationi nostræ, criminibusq; faciamus; pauca ex aliis generibus sumemus. Audîstis ob jus dicundum Q. Varium dicere, Procuratores suos isti centum & triginta millia nũmûm dedisse: meministis Q. Varii testimonium, remq; hanc totam C. Sacerdotis, hominis ornatissimi, testimonio comprobari: scitis Cn. Sertium, M. Modium, Equites Rom. sexcentos præterea cives Rom: multosq; Siculos dixisse, se isti pecuniam ob jus dicundum dedisse.

De

capitalium quæstionibus. Tum transitur ad secundam partem, quæ est de vendita jurisdictione, & venditione honorum. Observa quomodo hæc partium divisio tendat ad primam & principalem propositionem: *C. Verres Siciliæ Prætor nulli rei pepercit, sed omnium communis hostis, prædoq; fuit: ergo.* Jam: *C. Verres non pepercit, quia jurisdictionem, honores Senatorios, sacros, censorios, venales habuit;* quod inprimis probatur à testimoniis; est autem vendita, vel venalis jurisdictio, cùm Magistratus, qui ex officio debent jus dicere nonnisi pro mercede & pecuniis dicunt. Jurisdictio propriè est potestas & facultas pronuntiandi, quid æquum, quid faciendum.

Audîstis ob jus dicundum: Antiqua locutio: quòd Verres, ut jus diceret, acceperit pecunias, testis est, Q. Varius, qui per Procuratores suos dedit.

Centum & triginta millia: Ter mille ducentos quinquaginta coronatos.

Sexcentos: id est: plurimos: qui numerus certus pro incerto sæpe adhibetur.

De

De quo crimine quid ego disputem, cùm id totum positum sit in testibus? quid porrò argumenter, qua de re dubitare nemo possit? An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia jurisdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum, atque omnia decreta vendiderit? quin is ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit, qui M. Octavium Ligurem ob jus dicundum poposcerit? quod enim prætereà genus pecuniæ cogendæ præteriit?

Dubitatio per præteritionem. A majore.

Repetitio.

Per interrogationē.

De quo crimine: Quid ego multa hic adducam ad probandum, cùm probatio tota & sola nitatur testibus. Proponitur per figuram præteritionis, & tanquam non opus esset in re testata & certa plura dicere.

Qui Romæ totum edictum: Si hoc Romæ, quis dubitabit, quin & in Sicilia? *totum edictum*, est illud edictum, quod inito Magistratu publicè proponebat Prætor urbis, ex quo toto anno jus diceret: erant deinde alia edicta, aut potiùs decreta, quæ ad singulas causas pro re nata accomodabantur. Ergo primum suum ac totum edictum Verres statim fecerat ad obtinendas pecunias.

Ob decreta interponenda: Decreta sua interponere, idem est: ac interponere auctoritatem suam, sua auctoritate aliquid demandare.

M. Octavium Ligurem: In Verrem lib. I. tota res hæc narratur, ubi Verres Prætor Romæ, Octavii Liguris, cui hæreditas venerat, cohæres esse voluit, & *ob jus dicundum hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, poscere pecuniam non dubitavit.*

Poposcerit: Nempe pecunias.

Genus pecuniæ cogendæ: Num omisit ullum modum, quo pecunia cogi, & extorqueri potuit?

teriit? quod non ab omnibus aliis præteritum excogitavit? ecqua res apud civitates Siculas expetitur, in qua aut honos aliquis sit, aut potestas, aut procuratio, quin eam rem tu ad tuum quæstum, nundinationemquè hominum traduxeris? Dicta sunt priore actione & privatim & publicè testimonia: Legati Centuripini, Halesini, Catinenses, Panormitaniquè dixerunt, multarum prætereà civitatum: jam verò privatim plurimi: quorum ex testimoniis cognoscere potuistis, totâ Siciliâ per triennium neminem, ulla in civitate Senatorem factum esse gratìs: neminem, ut leges eorum sunt, suffragiis: neminem nisi istius imperio, aut litteris: atquè in his omnibus Senatoribus cooptandis, non modò suffragia nulla fuisse, sed ne

Polysyndeton.

49.

Enumeratio partium.

Repetitio, & adjūctio. Amplificatio ab enumeratione partiū, & adjūctorū, & causarū.

Ab omnibus aliis præteritum: Ipse novos excogitavit modos, ab omnibus aliis præteritos, omissos, non cognitos.

Ecqua res: Quidquid Siculi petièrunt, sive honorem, ut e. g. inter Senatores cooptentur, sive potestatem, ut Magistratus fierent, sive procurationem in sacerdotiis mandandis; in omnibus his Verres suum quæstum, suam nundinationem, suum lucrum quæsivit.

Catinenses: Vel Catanenses; Catana enim dicebatur per Dialectum Doricam communiter Catina.

Jam verò: Nunc verò.

Factum esse gratis: Quin honorem & officium emere debuerit.

Ut leges sunt, suffragiis: Electione, quod juxta eorum leges fieri debuerat.

Ne

ne genera quidem ſpectata eſſe, ex quibus in eum ordinem cooptari liceret: neque cenſûs, neque ætatis, neque cætera Siculorum jura valuiſſe. Quicunque Senator voluerit fieri, quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco, ex quo non liceret: ſi is pretio apud iſtum fieret idoneus, ut vinceret, factum eſſe ſemper: non modò Siculorum nihil in hac re valuiſſe leges, ſed ne ab Senatu quidem populoque Romano datas. Quas enim leges Sociis, amicisq; dat is, qui habet imperium à populo Romano, auctoritatem legum dandarum à Senatu: hæ debent & populi Romani, & Se-

Polyſyndeton.

Repetitio

Ratio dicti.

Polyſyndeton.

Ne genera quidem: Status & conditiones hominum: nam e.g. libertini non poterant ſenatores fieri; iſtud autem tum ſpectatum non fuit.

Neq; cenſûs: habebatur lex & ratio cenſûs pro legendis ſenatoribꝰ, quia pro diverſitate cenſûs erant in diverſis claſſibꝰ & ſtatibus Primæ claſſis erant decuriones, equites, ſenatores; neq; ſenator eſſe poterat, qui non octingenta haberet millia, hoc eſt: ſcutatorum aureorum XXIV. millia &c. ſed hæc jura cenſûs non valuerunt apud Verrem.

Neq; ætatis: Qualis ætas requiſita fuerit, patebit infrà; nimirum, nequis ante 30. ætatis annum in ſenatum legeretur, etſi aliis Magiſtratibus fungi poſſet.

Ex eo loco: Ex loco, nempe ex genere, vel ſtatu humili & obſcuro.

Idoneus, ut vinceret: Si pecuniis vicit, & ſe hac ratione idoneum fecit.

Quas enim leges: Dixit, non tantùm non valuiſſe leges Siculas, ſed neq; datas ab Senatu Romano; jam confirmat dictum: ſunt enim leges illæ, quas Provincialibus dat

Testimoniū Halesinorū. Senatûs existimari. Halesini pro multis & magnis suis, majorumquè suorum in Rempubl: nostram meritis, atquè beneficiis, suo jure nuper, L. Licinio, Q. Mutio Coss. cùm haberent inter se controversias de Senatu cooptando, leges ab Senatu nostro petiverunt. Decrevit Senatus honorifico S. C. ut his C. Claudius, Appii filius Pulcher, Prætor de Senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius, adhibitis omnibus Marcellis, qui cum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit: in quibus multa sanxit de *Leges decreandis Senatoribus.* æta-

dat aliquis nostrûm, habens imperium à Senatu, populoq; R. habendæ tanquam ipsæ leges populi Rom. & Senatûs; & hoc dicit de legibus Rupilii, quas iste Siculis dedit de decem Legatorum sententia, & auctoritate Romana.

Halesini: Passim & ubiq; violatis legibus honores vendidit; patet nominatim testimonio Halesinorum, quorum leges à Senatu datas evertit iste Prætor. Post Halesinos adducuntur Agrigentini, quorum omnium jura Verres pretio exæquavit. Idem fecit Heracleæ.

L. Licinio, Q. Mutio Coss: Annos abhinc XXXIV. nam vox *nuper* etiam de longinquo tempore frequenter.

C. Claudius: Videtur is esse, qui cum Perperna dein consul fuit.

Adhibitis omnibus Marcellis: In consilium quoq; advocatis Marcellis, tanquam Siciliæ Patronis, & ut ejusdem, cujus ipse erat, gentis; Claudii enim Pulchri, & Claudii Marcelli gentiles fuère; gentiles autem sunt, qui inter se eodem nomine sunt, ut est apud Ciceronem; discrimen tamen erat inter gentiles & agnatos.

Ne

ætate hominum, ne qui minor triginta annis natu: de quæstu; quem qui fecisse, ne legeretur: de censu, de cæteris rebus. Quæ omnia ante istum Prætorem, & nostrorum Magistratuum auctoritate, & Halesinorum summa voluntate valuerunt. Ab isto, & Præco, qui voluit, istum Ordinem pretio mercatus est: & pueri annorum senûm, septenûmq; denûm, Senatorium nomen nundinati sunt: & quod Halesini, antiquissimi & fidelissimi socii, atque amici Romæ impetrârant, ut

Repetitio, & Compar.

Metaphora.

Ne qui minor triginta: Qui pro *quis*; uti sæpè Cicero. Apparet, quo ætatis anno etiam Romæ Senatores legi possent; cùm enim Halesini de senatu cooptando leges ab senatu Romano petiverint: non est dubitandum, quin eæ leges imaginem quandam Romani Senatûs expresserint. Ergo ante annum ætatis trigesimum nemo in senatum adlegi poterat.

De quæstu, quem qui; Leges latæ sunt de quæstu, siquis quæstum fecisset, ne legeretur; intelligitur autem hic quæstus potissimùm sordidus, illiberalis, qualem facere solebant lenones, histriones, præcones; talem autem quæstum, imò ferè omnem Senatoribus Romanis fuisse prohibitum scribitur, & patet ex verbis Cic. in Parad. *propter aviditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas; cùm isti Ordini ne honestus quidem esse possit ullus.*

De censu: Jam suprà dictum est.

Summa voluntate: Cum maxima Halesinorum approbatione, illis maximè volentibus.

Annorum senûm &c. Annorum sedecim vel septemdecim. Ita enim conjungendum, *senûm, denûm:* vel &c.

Ne

ut apud se ne suffragiis quidem fieri liceret, id pretio, ut fieri posset, effecit. Agrigentini de Senatu cooptando Scipionis leges antiquas habent. In quibus & eadem illa sancta sunt, & hoc amplius cùm Agrigentinorum duo genera sint, unum veterum, alterum colonorum, quos T. Manlius Prætor ex S. C. de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum cautum est in Scipionis legibus, ne plures essent in Senatu ex colonorum numero, quàm ex veterum Agrigentinorum: Iste, qui omnia jura pretio exæquâsset, omniumquè rerum delectum, atquè discrimen pecuniâ sustulisset: non modò illa, quæ erant, ætatis, ordinis, quæstûsquè, permiscuit: sed etiam in his duobus generibus civium novorum, veterumquè

50. *Testimoniū Agrigentinorum.*

Metaphoræ. Allegoriæ.

Ne suffragiis: Obtinuerunt, ne tales eligi possint; ille etiam sine electione admittit, modò pretium pendant.

Illa sancta sunt: Sancita & decreta sunt eadem de censu, quæstu, ætate &c.

Et hoc amplius: Et insuper istud.

Alterum Colonorum: Qui ex aliis Siciliæ oppidis Agrigentum deducti fuerant.

Cautum est: Pro: statutum, jussum est. Sic Cic. de finibus: *pro testamento cavere*, sive jubere.

Pretio exæquâsset: Qui nihil secundùm jus, eximium, exceptumq; ut oportebat, habuisset, vel habuerat, sed ob pretium omnia habuerat perinde, sine discrimine, uti sequens Constructio per Synonymiam explicat, qui rerum omnium discrimen & delectum ob pecuniam sustulit.

Permiscuit: Significanter: non modò nullum discrimen fe-

què delectum, ordinemquè turbavit. Nam cùm esset ex veterum numero quidam Senator demortuus, & cùm ex utroquè genere par numerus reliquus esset, veterem cooptari necesse erat legibus, ut is amplior numerus esset. Quae cùm ita se res haberet: tamen ad istum venerunt, emptum locum illum Senatorium, non solùm veteres, sed etiam novi. Fit, ut pretio novus vincat, litterasquè à Prætore auferat. Agrigentini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant, consvetudinemquè omnium annorum demonstrent: ut iste intelligeret, ei se illum locum

Exemplum specificum.

Stylus narrationis.

fecit, in ætate, ordine, quæstu, ut antè dictum, sed neq; hoc discrimen observavit, quod debuisset esse inter novos colonos, & veteres inquilinos ad legendos senatores. Vide, ut maneat in allegoria cœpta; *delectum*, *discrimen*, *ordinem*, & *permiscuit*, *turbavit*, *exæquasset*.

Ut is amplior numer9. Lex prohibuit, ne in senatu plures essent coloni novi, quàm veteres. Cùm modò numerus esset utrinq; par, & Senatori demortuo substituere aliquem oporteret, non potuit substitui novus, aliàs contra legem, novorum colonorum numerus amplior, sive major fuisset. Hoc æquum erat, ut veterum numerus amplior & major esset, ergo coloni novi debebant esse pauciores.

Venerunt emptum: Ex utraq; sorte nova & vetere Verri promiserunt pecunias nunnulli, & emere voluerunt; *empturi* tale munus, *locum illum Senatorium.*

Pretio novus vincat: Contigit, ut ex novis aliquis plus dederit, ergo hic litteras decretorias de munere Senatorio sibi conferendo accepit.

locum vendidisse, cui ne commercium quidem esse oporteret; quorum oratione iste, cùm pretium jam accepisset, ne tantulum quidem commotus est. Idem fecit Heracleæ; nam eò quoquè Colonus P. Rupilius deduxit, legesquè similes de cooptando senatu, ac de numero veterum ac novorum dedit. Ibi non solùm iste, ut apud cæteros, pecuniam accepit: sed etiam genera veterum ac novorum, numerumq; permiscuit. Nolite exspectare, dum omnes obeam oratione mea civitates. Hoc uno complectar omnia: neminem isto Prætore Senatorem fieri potuisse, nisi qui isti pecuniam dedisset. Hoc idem transfero in Magistratus, Curationes, Sacerdotia: quibus in rebus non solùm hominum jura, sed etiam Deorum reli-

Eadē venditio bonorū fit Heracleæ.

51. *Cōclusio, & Transitio.*

De vēditis Sacerdotiis Dissoluta.

Cui ne commerciū: Ludit ex significatione verbi *vendere:* Nam vendere solent & emere, inter quos est commercium. At hic emptor, novus nempe colonus, cùm contra legem accepturus esset Senatum, ne emere quidem Senatum potuit, aut debuit, quia fas non erat novorum colonorum augeri numerum.

Ne tantulum quidem: Tantulum adverbium vim habet extenuandi: nihil omnino, nec minimùm.

Nolite: Transitio est ad vendita Sacerdotia, ubi duo exempla recenset.

Omnes obeam: Ut sigillatim, quid unaquâq; in civitate fecerit, persequar.

Magistratus: Propriè sunt illi, qui potestatem & jurisdictionem habent rempublicam regendi.

Curationes: Procurationes & administrationes munerum publicorum.

Sy-

ligiones immortalium omnes repudiavit. Syracusis lex est de religione, quæ in annos singulos Jovis sacerdotem sortitò capi jubebat: quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur. Cùm suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem. Perfecerat iste imperio, ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur. In sorte, cui imperare non poterat, exspectabant homines, quidnam acturus esset. Homo id, quod erat facillimum, primò vetat sortiri: jubet extra sortem Theomnastum renuntiari. Negant id Syracusani per religiones sacrorum ullo

De Theomnasto Syracusis.

Stylus narrationis.

Syracusis: Primum facinus improbum in venditis Sacerdotiis: Syracusis Verres falsa sortitione Theomnasto Jovis sacerdotium dedit.

Sortitò capi jubebat. Lex erat, ut singulis annis per sortes eligeretur sacerdos Jovis.

Amplissimum Sacerdotium: Quam dignitatem sacram maximi faciebant: pro honorificentissimo munere habebant.

Tres ex tribus generibus: Ex diversis tribus hominum generibus & statibus singuli electi sunt; iiq; dein sortilegio educuntur, quis ex tribus his Sacerdos Jovis creandus.

Perfecerat imperio: Verres imperavit Syracusanis, ut loco suffragii haberent suum mandatum & Theomnastum inter illos tres proponerent.

Cui imperare non poterat: Sors enim res est fortunæ. Verres imperare non potuit, ut sortitò exiret nomen Theomnasti. Quid ergo agit? vide technam.

Per religiones: Per significat *propter*, causâ religionis, permittente religione.

Lex Syracusana. ullo modo fieri posse: fas deniq; negant esse. Jubet ille sibi legem recitari. Recitatur: in qua scriptum erat; UT QUOD ESSENT RENUNTIATI, TOT IN HYDRIAM SORTES CONJICERENTUR: CUJUS NOMEN *Ironia.* EXISSET, UT IS HABERET ID SACERDOTIUM. Iste homo inge- *Sermocinatio.* niosus, & peracutus, optimè, inquit: nempe scriptum ita est, QUOT RENUNTIATI ERUNT. Quot ergo, inquit, sunt renuntiati? responsum; tres. Nunquid igitur oportet nisi tres *Verris techna.* sortes conjici, unam educi? nihil. Conjici jubet tres, in quibus omnibus scriptum esset nomen Theomnasti. Fit *Epiphonema.* clamor maximus, cùm id universis indignum atquè nefarium videretur. Ita
52. Jovis illud Sacerdotium amplissimum *Alterum.* per hanc rationem Theomnasto datur. Cephalœdi mensis est certus, quo mense

Fas negant esse: Injustum ac nefarium esse dicunt.

In hydriam: Urnam: sic etiam dicit actione VI. *Hydriæ grandes in fano positæ.* Non enim tantùm sunt pro aqua asservanda.

Nomen exîsset: Eductum fuisset.

Homo ingeniosus & peracutus: Irridet fatuam Verris calliditatem, qua leges elusit non acutè, sed stultè & impudenter, uti mox iterum dicet: *dixi jam dudum, non est homo acutior quisquam:* scilicet ironicè.

Nunquid igitur: Nunquid aliud fieri debet, nisi &c. Et respondetur, *nihil.*

Cephalœdi: Siciliæ urbs; hodie Cefalum, vel Cefala, Citta placentissima.

ſe Sacerdotem maximum creari oportent. Erat ejus honoris cupidus Artemo quidam, Climachias cognomine, homo ſanè locuples, & domi nobilis; ſed is fieri nullo modo poterat, ſi Herodotus quidam adeſſet. Ei locus ille atque honos in illum annum ita deberi putabatur, ut ne Climachias quidem contrà diceret. Res ad iſtum defertur & iſtius more deciditur. Toreumata ſanè nota, ac pretioſa auferuntur. Herodotus Romæ erat, ſatis putabat ſe ad Comitia tempore venturum, ſi pridie veniſſet. Iſte, ne aut alio menſe, ac fas erat comitia haberentur, aut Herodoto præſenti honos adimeretur, id, quod iſte non laborabat, Climachias mini-

Exemplum venditi Sacerdotii de Climachia Cephalœdi.

Stylus narrationis.

Sacerdotem maximum: Apud Romanos jam Sacerdotum munia in maxima erant dignitate;& Sacerdotia plerumq; ad cives nobiliſſimos, & ferè Senatorii Ordinis deferebantur; Sacerdos maximus,qui idem & Pontifex communem rerum omnium ſacrarum curationem habebat;erant alii, qui ſingulorum Deorum ſacra curabant. Aliquando ſorte,aliquando à populo,vel Magiſtratu Sacerdotes creabantur.

Herodotus quidam adeſſet: Hic enim certo jure Sacerdotium hoc petebat;adeoq; præ iſto neutiquam Sacerdotium ſperare potuit Artemo Climachias.

Iſtius more deciditur: Verres more ſuo agit, decidit,ſi ſibi ſpondeatur certa pecunia.

Toreumata: Ita dicuntur opera torno facta,itemq; ſculpta, ac cælata. Hæc ejusmodi pretioſa dona ab Artemone Verri dantur.

Ad Comitia: Quibus Sacerdotem legi oportebat.

Ac fas erat: Quàm conſvetudo aut lex ferebat. Ex-

Ironia. minimè volebat, excogitat, (dixi jam
Geminatio. dudum: non eſt homo acutior quisquam, nec fuit:) excogitat, inquam, quemadmodum menſe illo legitimo Comitia haberentur, nec tamen Herodotus adeſſe poſſet. Eſt conſvetudo
De mēſibus Græcorum. Siculorum, cæterorumquè Græcorum, quòd ſuos dies, menſesquè congruere volunt cum Solis, Lunæquè ratione: ut nonnunquam ſiquid, diſcrepet, eximant unum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi ἐξαιρεσίμȣς dies nominant: item nonnunquam uno die longiorem menſem faciunt, aut biduo. Quæ iſte cùm co-
Ironicè. gnoviſſet, novus Aſtrologus, qui non tam

Excogitat, inquam: Conduplicatio poſt aliquam interjectionem.

Menſe illo legitimo: Certo nempe & præſtituto.

Eſt conſvetudo Siculorum: Græci tres in partes menſem dividebant. Prima & ſecunda pars decem diebus perpetuò conſtabat. Tertia autem ideò incerta & varia erat, quòd Luna modò tardiùs, modò celeriùs ſe oſtendit. Cùm igitur celeriùs appareret, eximebatur: cùm ſeriùs; addebatur dies unus, aut ſummùm alter.

ἐξαιρεσίμȣσ, hoc eſt: dies exemptos, exemptiles. Ab ἐξάιρεσισ, exemptio, ſublatio. Contrà vocantur intercalares, qui inſeruntur uti à nobis in anno Biſſexto juxta reformationem Kalendarii Gregoriani, cùm annus noſter contineat quidem trecentos & ſexaginta quinque dies, ſed inſuper ferè ſex horas, easq; non integras, & ſic ſingulis annis aliqua fiat inæqualitas propter reſiduas horas, quæ nonniſi per intercalarem aliquem diem tollitur.

Non

cam cœli rationem, quàm cælati argenti duceret, eximi jubet non diem ex mense, sed ex anno unum, dimidiatūq; mensem; hoc modo, ut quo die, verbi causâ, esse oporteret idus Januarias, eo die Kalendas Martias perscriberet. Itaq; fit, omnibus recusantibus, & plorantibus. Dies is erat legitimus Comitiis habendis. Eo modo Sacerdos Climachias renuntiatus est. Herodotus cùm Româ revertitur, diebus, ut ipse putabat, quindecim ante Comitia, offendit eum mensem Comitialem Comitiis jam abhinc tri- *Paronomasia.*

Non tam cæli: Verres erat Astrologus, qui non tam cælo & cæli situ motuq; quàm cælato (annominatio) argento duceretur.

Eo die Kalendas Martias: Quo die dici debuisset, esse Januarii diem 13. vel juxta Græcos medium circiter Januarium, eo die jussit ipse scribi primum Martii, adeòq; exemit unum, dimidiatumq; mensem.

Itaq; fit: Et sic fit, uti jubet Verres, cum omnium in ea urbe summo dolore; anticipatur unus ac dimidius mensis.

Dies is erat: Nimirum Kalendæ Martiæ, quo die, ipsa Sacerdotis creatio & inauguratio fieri solebat, putabat Herodotus tempori se venturum, si adesset Idibus Januariis, ut quindecim dies ante Februarium adesset, & in Martio Sacerdos crearetur: at se deceptum vidit, cùm creatio Sacerdotis facta jam esset, & apud Græcos modò mensis Martius esset, ipse autem putâsset se venire in Januario.

Offendit eum mensem Comitialem: Tricesimo die mensis v.g. aderat, & intelligebat jam hunc esse mensem Comitialem, & juxta Verris institutum, triginta abhinc diebus jam esse Sacerdotis Creationē factam, Fortè primo

triginta diebus habitis. Tunc Cephalœditani decreverunt intercalarium XLV. dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur. Hoc si Romæ fieri posset, certè aliqua ratione expugnâsset iste, ut dies XLV. inter binos ludos tollerentur, per quos solos judicium fieri posset. Jam verò Censores quemadmodum in Sicilia isto Prætore creati sunt, operæ pretium est cognoscere. Ille enim est Magistratus apud Siculos, qui diligentissimè mandatur à populo, propter hanc causam, quòd

Epiphonema.

53. *De Censoribus ob pecunias creatis.*

Amplificatur potestas

statim die Mensis Comitialis creationem hanc instituerat Verres, ut properaret, ne superveniret Herodotus.

Intercalarium: Substantivè, tempus quod intercalatur. Quadraginta quinque dies, unus nempè & dimidius mensis, fuerunt interpositi, ut rectò iterum cursu annus iret.

Hoc si Romæ: Si Verres Romæ ita potuisset dies eximere, tunc vicisset profectò in hac causâ; nam circumscripsisset Ciceronem, & antequam à Cicerone agi potuisset causa, rem devolvisset ad Metellum Prætorem, & judices alios sibi faventes, ut in Actione prima N. 10.

Inter binos ludos: à ludis votivis ad ludos plebejos: dies enim inter hos numerabantur quadraginta & aliquot.

Jam verò: Venditos honores Censorios describit, quomodo Verres quasi concordiæ causâ, sed revera turpissimo mercatu indicto, sine Comitiis, domi suæ, censuras omnium civitatum vendiderit.

Censores: Definitio Censorum data est alibi, & paulò pòst intelliges, quale munus ac potestatem habuerint.

Qui diligentissimè mandatur: Mandare Magistratum, mandare honorem, est: dare, tribuere, creare Magistratum, ergo

quòd omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt: in censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ, summæquè faciundæ Censori permittitur. Itaquè eum populus, cui maximam fidem suarum rerum habebat, maximâ curâ deligit: & propter magnitudinem potestatis hic Magistratus à populo summa ambitione contenditur. In ea re iste nihil obscurè facere voluit, non in sortitione fallere, nequè dies de fastis eximere. Nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est: sed, ut studia cupiditatesquè honorum, atquè am-

Censorum ad augendū crimen.

Ironia.

ergo popul9 apud Siculos in Comitiis creabat Censores; & hoc perdiligenter, accuratè, ne malos & indignos crearet.

Ex censu tributa conferunt: Prout Censores populum censent, ita debent dare tributa.

In censu habendo potestas: Penes Censores est hæc potestas æstimandi cujusq; bona, & juxta æstimationem, faciendi & imponendi summam, quantum quisq; conferre debeat tributi nomina.

Itaq; eum: Tales eligit populus, quibus potissimùm fidit.

Magnitudinem potestatis: Censorū potestatem & officia colligere poteris ex iis, quæ Cicero de legibus III. *Censores populi civitates, soboles, familias, pecuniasq; censento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populiq; partes in tribus distribuunto, exin pecunias, civitates, ordines partiuntor. Equitum peditumq; prolem describunto. Mores populi regunto. Magistratum quinquennem habento, eaq; potestas semper esto.*

Sortitione fallere: Ut in Theomnasto. Vide suprà.

Dies de fastis &c. Ut in illo Climachiæ. Fasti sunt, quos Calendaria nos dicimus.

Ut studia: Ironia, ne ambitioni locus esset.

ambitiones ex omnibus civitatibus tolleret, quæ res evertendæ Reipublicæ solent esse, ostendit, sese in omnibus civitatibus censores esse facturum. Tanto mercatu Prætoris indicto, concurritur undiquè ad istum Syracusas. Flagrabat domus tota Prætoria studio hominum & cupiditate, nec mirum: omnibus Comitiis tot civitatum unam in domum revocatis, tantaquè ambitione provinciæ totius in uno cubiculo inclusa. Exquisitis palàm pretiis, & licitationibus factis describebat Censores binos in singulas civitates Timarchides. Is suo labore, suisquè accessionibus, hujus negotii atquè operis mo-

Metaphora.

Contraria.
Acumen.

Quæ res evertendæ: Non est necesse, ut subintelligatur, causa; sed est antiqua & elegans locutio: *hæ res sunt reipublicæ evertendæ*, id est: hæ res ad rempublicam evertendam valent.

Sese facturum: Non Prætor, sed populus debebat hunc Magistratum mandare, creare.

Tanto mercatu: Nimirum ipse Censores dare volebat, & cùm sciret multos prensare eum honorem, mercatum instituit, ut qui plus daret, acciperet honorem.

Omnibus Comitiis: Ea Comitia, quæ in singulis civitatibus habenda fuissent, jam nunc in una Verris domo celebrantur.

Licitationibus: Palàm taxabatur, & petebatur pretium. Tum etiam licitabantur; hoc est: vel ipsi, qui censuras mercabantur, majus & majus pollicebantur pretium, vel Verres & Timarchides postulabant; hoc est enim *licitari.*

Describebat: Partiebatur, partitò distribuebat.

Accessionibus: Timarchides accedebat ad unumquemq; &

molestiâ consequebatur, ut ad istum sine ulla solicitudine summa pecunia referretur. Jam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, planè adhuc cognoscere non potuistis: verumtamen priore actione, quàm variè, quàm improbè prædatus esset, multorum ex testimoniis cognovistis. Sed ne miremini, qua ratione hic tantùm apud istum libertus potuerit; exponam vobis breviter, quid hominis sit, ut & istius nequitiam, qui illum secum habuerit, eo præsertim numero ac loco; & calamitatem provinciæ cognoscatis. In mulierum corruptelis, & in omni ejusmodi luxuria, atquè nequitia mirandum in modum reperiebam hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines singularemquè nequitiam natum atquè aptum fuisse: investigare, adi-

Repetitio.

54. *Digressio.*

Descriptio Timarchidis.

& pretium honoris, quem Verres daturus esset, postulabat.

Molestiâ consequebatur: Per suum laborem, per suas accessiones, per suâ molestiâ id effecerat ut summa pecunia, nullâ Verris solicitudine, nullâ molestiâ deferretur.

Sed ne miremini: Fit digressio in Timarchidē Verris administrum, qui describitur.

Libertus: Vide alibi, N. 28.

Quid hominis sit: Qualis hic homo. Contemptim.

Eo numero ac loco: in tali officio & æstimatione; inter persamiliares, & eos, quorum fidei omnia committeret.

Corruptelis: In negotio corrumpendarum mulierum: corruptela à *corrumpere*, quod est invitare, illicere muneribus, seducere.

Articuli, Incisa. Similiter cadentia. Repetitio.

adire, appellare, corrumpere, quidvis facere in ejusmodi rebus, quamvis callidè, quamvis audacter, quamvis impudenter: eundem mira quædam excogitare genera furandi. Nam ipsum Verrem, tantùm avaritia semper hiante atquè imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla: ut, quidqu d suâ sponte faciebat, item, ut vos Romæ cognovistis, eripere potiùs, quàm fallere videretur. Hæc verò hujus erat ars, & malitia miranda, quòd acutissimè totâ provinciâ, quid cuiquè accidisset, quid cuiquè esset necesse, indagare & odorari solebat: omnium adversarios, omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare: ex utraquè parte causas, voluntates perspicere, facultates, & copias, quibus opus

Metaphora.

Metaphoricè. Dissolutio, quæ celeritatē conciliat orationi. Adjunctio.

Eundem mira &c. Subintellige: *reperiebam:* quod suprà positum pro verbo principali. Observa etiam modum loquendi, per dissolutionem, articulos, hoc est: incisa, ut oratio currat, dum orator aliquid vult cursim, celeriter dicere.

Avaritia semper hiante: Metaphora sumpta à corvis & vulturibus, qui cadaveribus imminere solent, ore & faucibus apertis.

Hæc verò hujus erat ars: Timarchidis nempe, nam Verres suapte parùm artis habebat, nulla in eo cogitatio, nullum ingenium: non sciebat fallere, dolo agere sed crudè & violenter rapiebat, non clàm, sed palàm.

Voluntates perspicere: Observabat quid *prò, & contrà* esset. Est hic figura adjunctionis, pertinetq; hoc verbum perspicere ad reliqua membra omnia constructionis, intel-

opus esset: metum afferre: quibus expediret, spem ostendere: accusatorum & quadruplatorum quidquid erat, habebat in potestate: quod cuiquè negotii conflare volebat, nullo labore faciebat: istius omnia decreta, imperia, litteras peritissimè, & callidissimè, venditabat. Ac non solùm erat administer istius cupiditatum, verùm etiam ipse sui meminerat æquè. Non solùm nummos, siqui exciderant, tollere solebat, ex quibus pecuniam maximam fecit: sed etiam voluptatum flagitiorumquè istius ipse reliquias colligebat. Itaquè in Sicilia non Athenionem, qui nullum oppidum cepit: sed Timarchidem fugitivum

Dissolutio.

Acutè, & allegoricè.

Epiphonema per comparationem.

Intelligebat Timarchides, perspiciebat, quæ cujusquè causa, voluntas, facultas, copia.

Metum afferre: Aliquibus minabatur, aliis spem faciebat, prout vel opus esse, vel expedire sibi judicabat.

Accusatorum &c. In promptu habebat, & ad obsequia paratos, qui accusare vellent, & ex accusatione lucrum, aut quartam etiam partem capere.

Quod cuiq; negotii: Si cui placeret negotium, sive molestiam facessere, apud Prætorem Verrē, facilè id fieri poterat. Habebat enim accusatores & Prætorem in potestate.

Administer: Qui juvat in aliquo & opem præbet.

Non Athenionem: Athenio dux erat in Sicilia eorum, qui à populo Romano desciverant, & præsertim fugitivorum, à quibus se Regem appellari jusserat; ludit jam in hujus persona Cicero, à contrariis. Timarchides erat Siculis longè perniciosior, quàm Athenio; Athenio enim, qui quidem in Sicilia regnare volebat, nullum tamen oppidum Siciliæ sibi subjecit; Timarchides regnavit per omnia

vum omnibus oppidis, per triennium scitote regnâsse: in Timarchidi potestate Sociorum populi Romani antiquissimorum atquè amicissimorum liberos, matresfamilias, bona fortunasquè omnes fuisse. Is igitur, ut dico, Timarchides in omnes civitates accepto pretio, Censores dimisit. Comitia, isto Prætore, Censorum, ne simulandi quidem causâ fuerunt. Jam hoc impudentissimè: palàm (licebat enim videlicet legibus) singulis Censoribus denarii trecenti ad statuam Prætoris im-

Distributio partium. Reditus ad rem.

55.

mnia Siciliæ oppida, imponendo omnibus Censores. Athenio erat fugitivorum dux, non ipse fugitivus, sed hic Timarchides est fugitivus, contemptibile mancipium, libertus &c. & regnavit tamen.

In Timarchidi potestate: pro *Timarchidis*. Ita judicat Ciceronem dixisse Priscianus, nam & Genitivos hujusmodi Nominum Veteres sic formabant: sic Cicero in epistolis. *Ariobarzani filius* pro *Ariobarzanis*. Sic Veteres Ulyssi, pro Ulyssis.

Liberos, Matresfamilias: Hanc potestatem habebant Censores, uti patet ex N. priore: ergo, qui potestatem Censoribus dedit, habebat & ipse.

Is igitur: Redit à digressione.

Comitia isto Prætore: Nec simulatò institui jussit Comitia Verres, pro eligendis Censoribus, sed palàm & impudenter pro singulis Civitatibus ipse descripsit, ipse constituit.

Jam hoc impudentissimè: Istud verò impudentissimè fecit, quòd alium pecuniæ quæstum ab ipsis Censoribus quæsiverit, titulo ponendæ sibi statuæ.

Licebat enim: Ironicè.

Denarii trecenti: In singulis denariis sestertii sunt

qua-

imperati sunt. Censores CXXX. facti sunt. Pecuniam illam ob Censuram contra leges clàm dederunt; ac denariûm XXXIX millia palàm salvis legibus contulerunt in statuam. Primùm, quò tantam pecuniam? deinde quamobrem Censores ad statuam tibi conferebant? Ordo aliquis, C. nsorum est Collegium? Genus aliquod hominum? nam aut publicè civitates istos honores habent, aut generatim homines, ut aratores, ut mercatores, ut navicularii. Censores quidem quî magis, quàm

A consuetudine.

Enumeratio, cum repetitione.

quatuor: quare trecenti denarii, triginta efficiunt Coronatos.

Ad statuam Prætoris: Moris erat, ut Romani in provinciis sibi curarent erigi statuas.

Contrà leges clâm: Illam pecuniam, nimirum denarios trecentos, h. e. triginta Coronatos singuli clàm dederunt, sed triginta novem millia denariûm palàm dederunt: illam pecuniam contrà leges, hanc veluti salvis legibus; ironicè.

XXXIX. Hoc est 3900. Coronat.

Tantam pecuniam: Cùm statui multò minore pecuniâ statua potuisset.

Ordo Censorum est Collegium? Estne genus quoddam hominum sejunctum ab aliis ordinibus, ut cùm alii Ordines conferrent, ipsi non conferant? nequaquam. Creantur enim v.g. ex aratoribus, ex mercatoribus. Quamobrē cùm sui ordinis homines, id est: v.g. aratores, mercatores conferebant ad statuam, ipsi quoq; prò sua virili parte conferre jubebantur; & sic dupliciter, iterū tanquam censores.

Istos honores habent: Tribuunt honorem statuarum.

Quî magis: Cur ipsi potiùs pecuniam ad statuam conferant, quàm ædiles?

Ob

quàm ædil s? ob beneficium? Ergo hoc fatebere, abs te hæc petita esse, (nam empta non audebis dicere) te eos Magistratus hominibus beneficii, non reipublicæ causâ permisisse? Hoc autem cùm tute fatebere, quisquam dubitabit, quin tu istam apud populos Provinciæ istius invidiam atq; offensionem non ambitionis, neq; beneficiorum collocandorum, sed pecuniæ conciliandæ causâ susceperis? Itaq; illi Censores fecerunt, idem, quod in nostra republica solent ii, qui per largitionem Magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris ex-

Communicatio.

Causa finalis.

Metaphora.

Ob beneficium: Quòd à te Censores creati sint?

Ergo hæc fatebere: Ergo idcirco beneficium illud contulisti, eos Censores creâsti, ut tibi darent pecunias?

Non empta: Erubeſces, non audebis dicere, quòd hæc Censorum munera à te empta sint, quòd ex contractu dederis officium Censoris, si illi dent pecunias; sed dices petiisse te pecunias in statuam, tanquam pro beneficio iis collato; at hoc modo non reipublicæ causâ, & in bonum reipublicæ constituisti hos Magistratus; sed ut hominibus illis, Censoribus factis, exhiberes beneficium, reciperes pecunias; hoc autem idem est, ac emere, nundinari, quamvis tu non audeas dicere & fateri. Et hoc est: quod infert. Hoc autẽ cùm tute, tu ipse fatebere &c. &c.

Non ambitionis: Ambitio item hic, ut suprâ, demerendæ gratiæ & favoris.

Itaq; illi Censores: Ergo hi Censores ideò largiti tibi sunt, ut ipsi obtento Magistratu suam egestatem sublevare possent.

Lacunam: Rem familiarem exinanitam expleant, redintegrent.

explerent. Sic census habitus est te Praetore, ut eo censu nullius civitatis respublica posset administrari. Nam locupletissimi cujusq; census extenuârant, tenuissimi hauserant. Itaq; in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur, ut etiam si homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret: id quod intelligi facillimè re ipsa potest. Nam L. Metellus, qui, posteaquam ego inquirendi causâ in Siciliam veni, repentè Letilii adventu, istius non modò amicus, verùm etiam cognatus factus est: is, quòd videbat istius censum stare nullo modo posse, eum censum observari jussit, qui viro fortissimo atquè innocentissimo Sex: Peducæo Prætore habitus esset. Erant enim

Ab effectis.

Censorum sub Verre iniquitas, ipsius Metelli judicio probata.

56.

Extenuârant: Censores à Verre creati iniquissimê census fecerunt; nam divitum census minuerunt, illis exigua tributa ob suas facultates tribuenda imposuerunt: hominum tenuium & egenorum bona exhauserunt, grandia iis tributa imponendo.

Res ipsa: Hominibus etiam tacentibus res loquebantur, & indicabant iniquitatem.

L. Metellus: Propterea L. Metellus, licèt amicus Verris, tamē census Prætore Verre institutos magna cū Verris ignominia sustulit, & Peducæanū censum observari jussit.

Letilii adventu: Quem suprà Verris tabellarium fuisse dixit, & Româ ad Metellū complures litteras attulisse, quibus acceptis Metellus totus est immutatus, Verris & amicus & cognatus factus. Et tamē Metellus, ut ut amic9, judicavit Verris census nondum adimpleto tempore mutandorum censuum, esse mutandos.

Si-

enim tum Censores legibus facti, delecti à suis civitatibus: quibus, siquid commisissent, pœnæ legibus erant constitutæ. Te autem Prætore, qui Censor aut legem metueret, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat: aut animadversionem tuam, cùm id, quod abs te emerat, vendidisset? Teneat jam sanè meos testes Metellus: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est, modò hæc faciat, quæ facit. Quis enim unquam tantâ à quoquam contumeliâ, quis tantâ ignominiâ affectus

Adjunctio.

Concessio.

Siquid commisissent: Si fecissent aliquid contrà æquitatem, juxta leges puniebantur.

Qui Censor: Pro *quis Censor*, ut sæpe aliàs. Etiam Terentius in Phormione; *qui erit rumor populi.*

Aut animadversionem: Intellige: *metueret* à te pœnam; si & ipse pro pecuniis venderet suum officium, prostitueret, negligeret officii sui rationem, cùm officium à te pecuniis emerit.

Teneat sanè Metellus: Tolerabo equidem, quòd Metellus detineat in provincia testes, qui vellent contrà Verrem testari, uti suprà: cogat etiam aliquos, ut laudent Verrem, modò hoc sæpiùs faciat, quod jam fecit in hoc casu; rescindat Verris census, & decreta; per hoc enim satis demonstrat, quàm iniquus fuerit Verres; per hoc sat magnam ei infert notam ignominiæ; ut sequitur.

Quis enim unquam: Amplificat modò, quòd Metellus census Verris sustulerit, atq; ostendit, quàm hoc Verri in probrum cedat, quòd nec de tempore fuerit, ut mutarentur census, & amicus Verris id fecerit.

Contumelià: Est acerbior injuria, includens etiam convitium. *Ignominia* est dedecus cum infamia.

Quin-

ctus est? Quinto quoq; anno Sicilia tota censetur? erat censa Prætore Peducæo. Quintus annus cùm te Prætore incidisset, censa denuò est. Postero anno L. Metellus mentionem tui censûs fieri vetat: Censores dicit de integro sibi creari placere: interea Peducæanũ censum observari jubet. Hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tametsi animo æquò provincia tulisset, inimici judicium grave videretur. Fecit amicus recens, & cognatus voluntarius. Aliter enim si provinciam retinere, si salvus ipse in provincia vellet esse, facere non potuit. Exspectas etiam, quid hi judicent? Si tibi Magistratum abrogâsset, minore ignominia te affecisset,

A consuetudine.

Argumentatio A personæ adjunctis. Comparatio à contrario & minore.

57.

Conclusio syllogismi.

Quinto quoq; anno: Etiam Romæ hoc observatum, ut Censores, & Census ab iis facti permanerent in quinquennium. Summa autem iniquitas Verris cöegit Metellũ, ut uno ãnô post Cẽsus prætore Verre institutos, alius & antiqui Prætoris Census substitueretur.

Hoc si tuus inimicus: Syllogismus est: *si fecisset inimicus, grave tibi foret præjudicium: sed fecit amicus: ergo longè gravius est.*

Judicium grave: Magni ponderis, cum tua singulari contumelia, præjudicium ingens.

Cognatus voluntarius: Alludit ad id, quod suprà. Primò nihil Metellus dixit de amicitia Verris, de cognatione: ut ubi accepit litteras per Letilium, repentè cœpit dicere, se omnia Verris causâ velle, sibi cum eo amicitiam, cognationemq; esse.

Magistratum abrogâsset: *Abrogare* Magistratum est legem ferre, ut alicui suus Magistratus à populo tollatur; & ipse privatus reddatur.

Neq;

& argumentationis. cisset, quàm cùm ea, quæ in Magistratu gessisti, sustulit, atquè irrita jussit esse. Nequè in hac re sola fuit ejusmodi: sed antequam ego in Siciliam veni, in maximis rebus, ac plurimis. Nam & Heraclio Syracusano tuos illos palæstritas bona restituere jussit, & Epicrati Bidinos, & pupillo Drepanitano A. Claudium: & nisi maturè Letilius in *Transitio.* Siciliam venisset cum litteris, minùs XXX. diebus Metellus totam triennii *3. Pars. De extortis pecuniis in statuas.* præturam tuam rescidisset. Et, quoniam de ea pecunia, quam tibi ad statuam Censores contulerunt, dixi: non mihi prætermittendum videtur, ne illud quidem genus pecuniæ conciliatæ, quam tu à civitatibus statuarum nomine

Neq; in hac re sola: Et Metellus non tãtùm immutavit census Verris, sed in plurimis aliis rescidit acta Verris.

Heraclio: De Heraclio & Epicrate suprà in hac oratione.

Pupillo Drep: A. Claudium: Jussit etiam Metellus, ut A. Claudius restitueret injustè extorta bona pupillo Drepanitano; fuit hic filius Sosippi, fratris Epicratis Agyrinensis, de quibus fratribus suprà N. 9. Antequam autem Metellus veniret in Siciliam, mortuus est Sosippus, ergo ejus filius erat pupillus; & Drepanitanus, quia hic ex Drepano civitate Siciliæ erat. A. Claudius civis erit Drepanitanus, postmodùm civis Romanus factus, & in Clodiorum familiam adscitus & ideò alibi vocatur A. Clodius.

Et quoniam: Verres nomine statuarum magnas pecunias abstulit, quæ quidem pecuniæ sive sint in eos usus consumptæ, sive consumendæ, tamen hoc ferendum nullo modo est, tantam à Sociis pecuniam auferri.

H.

ne cöégisti. Video enim ejus pecuniæ summam esse pergrandem, ad H.S.CXX. millia. Tantum conficitur ex testimoniis, ac litteris civitatum: & iste hoc concedit, nec potest aliter dicere. Quare cujusmodi putamus esse illa, quæ negat, cùm hæc tam improba sint, quæ fatetur? Quid enim vis constitui? consumptam esse omnem istam pecuniam in statuis? fac ita esse. Tamen hoc ferendum nullo modo est, tantam ab sociis pecuniam auferri, ut omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur, quà vix tutò transiri posse videatur. Verùm ubi tandem, aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumpta est: Consumetur: inquies, scilicet exspectemus legitimum illud quinquennium. Si hoc intervallo non consumpserit, tum deniquè nomen ejus

A testimoniis, & confessione Verris.

Syllogismo.

Anteoccupatio.

H. S. CXX. Coronatorum tria millia.

Quare cujusmodi: Si ipse fatetur: se ab una civitate (ita enim videtur intelligendus) tria millia coronatorũ cöegisse pro statuis, quàm magna erunt illa, quæ negat. Minora enim fatetur; majora negat.

Consumptam esse: Syllogismus hic est talis:

Si consumpta esset pecunia: tamen ferendum non est, tantam pecuniam sociis auferri;

At non est consumpta;

Multò igitur minùs ferendum est.

Angiportis: Sunt vici angusti, & flexuosi.

Quà vix tutò: à prædone enim, & latrone ubiq; occurrente quis tutus est?

Legitimum illud quinquennium: Videtur ad consumendam pecuniam in statuas collatam permitti legibus *quinquen-*

ejus de repetundis pecuniis ſtatuarum nomine deferamus. Reus eſt maximis plurimisquè criminibus in judicium
58. vocatus. H.S.CXX. millia ex hoc uno genere capta videmus. Si condemnatus eris, non opinor, id ages, ut iſta pecunia quinquennio conſumatur in ſtatuis. Sin abſolutus eris, quis erit tam amens, qui te ex tot tantisquè criminibus elapſum poſt quinquennium ſtatuarum nomine arceſſat? Ita ſi nequè adhuc conſumpta iſta pecunia eſt, & eſt perſpicuum, non conſumptum iri: licet jam intelligamus, inventam eſſe rationem, quare & iſte H. S. CXX. millia uno genere conciliârit, & ceperit: & cæteri, ſi à vobis hoc erit comprobatum, quàm volent magnas hoc no-

Dilemma.

Periodus fuſa.

Complexio.

quennium, quo elapſo, neq; poſitis ſtatuis, accuſare licere.

Ex hoc uno genere: Uno hoc titulo, & nomine ſtatuarum.

Si condemnatus eris: Dilemma: propter alia plurima crimina accuſatus eſt Verres, ergo vel condemnabitur, vel abſolvetur; quidquid ſit; tolerandum non eſt, pecuniam illam, quæ dicitur conſumenda, eſſe ſine pœna & damnatione jam nunc decernenda, & non primùm poſt quinquennium. Si enim damnabitur Verres, tunc certè pecunias illo quinquennio non impendet ad ſtatuas: ſi abſolvatur à tantis criminibus, quis accuſabit poſt 5. annos de uno crimine ſtatuarum; ergo.

Licet jam intelligamus: Licet, hoc eſt: poſſumus jam intelligere, quo fine ille tot pecunias ſibi comparârit, & pariter inde colligere poſſumus, niſi hoc puniatur jam in Verre, quàm multis iſta ratio, iſte titulus futurus ſit, quàm

nomine pecunias capere possint: ut jam videamur non à pecuniis capiundis homines absterrere: sed cùm genera quædam capiundarum comprobârimus, honesta nomina turpissimis rebus imponere. Etenim, si C. Verres H. S. CXX. millia populum, verbi gratiâ, Centuripinum poposcisset, eamquè ab his pecuniam abstulisset, non, opinor, esset dubium, quin eum, si tum id planum fieret, condemnari necesse esset. Quid, si eundem populum H. S. CCC. millia poposcit, eaquè coëgit, atquè abstulit? num idcirco absolvetur, quòd adscriptum est, eam pecuniam datam statuarum nomine? non, opinor; nisi fortè id agimus, non ut

A consequẽtibus.

A pari.

Subjectio.

quàm magnas volent pecunias capiendi.

Ut jam videamur: Si nos judices & Magistratus ista toleremus, non videbimur nos homines nostris decretis deterrere à furtis & rapinis, sed his furtis & rapinis, his generibus & modis extorquendæ pecuniæ iniquissimis, æquos & honestos titulos, pulchra nomina honestatis dare & imponere.

Etenim si: Per hypothesin: si minorem summam iniquo modo peteret ab hac e. g. civitate Verres; re probatâ damnandus esset; quòd si ergo ab eodem populo petat summam majorem, num idcircò absolvetur, quia adscriptum est, eam pecuniam datam statuarum nomine?

H. S.CCC.millia: 7500. Coronatos.

Nisi fortè id agimus: Modus loquendi, qui pertinet ad negandum, & ostendendum, nos nullo modo id facturos.

ut à Magiſtratibus noſtris morem accipiundi, ſed ut ſociis cauſam dandi auferre videamur. Quòd ſiquem ſtatuæ magnopere delectant, & ſiquis earum honore & gloriâ ducitur, is hæc tamen conſtituat, neceſſe eſt: primùm, averti pecuniam domum non placere: deinde, ipſarum ſtatuarum modum quemdam eſſe oportere: deinde illud, certè ab invitis exigi non oportere. Ac de avertenda pecunia, quæro abs te, utrùm ipſæ civitates ſolitæ ſint ſtatuas tibi faciundas locare ei, cui poſſent optima conditione locare, an aliquem cura-

Theſis, & Propoſitio ſyllogiſmi. Enumeratio.

59. *Minor, ſive aſſumptio.*

Repetitio.

Morem accipiundi: Eſt iſte ſenſus: ſi abſolvitis Verrem, quòd adſcripſerit, eam pecuniam ſibi datam ſtatuarum nomine non auferetis Magiſtratibus noſtris, & prætoribus morem accipiendi, qui auferri omnino debet, ſed ſociis, cauſam dandi. Non autem debet ſociis cauſa dandi pecunias omninò auferri: honori enim hoc eſt Magiſtratui Romano, ſi ponant ſtatuas. At ſi abſolvetur Verres, & approbabitur avaritia Magiſtratuũ noſtrorum, qui titulo ſtatuarum furantur, & compilant provinciam, cauſam ſocii habebunt nihil ampliùs dandi, ergo cauſa dandi, quæ priùs fuit, auferetur.

Quòd ſiquem: Syllogiſmus. *Qui honore ducitur & amore ſtatuarum, pecuniam non debet domum ſuam avertere, ſed modum ſtatuere, nec ab invitis exigere. At Verres pecuniam avertit domum, nec modum tenuit, & ab invitis exegit &c. ergo Verres non honore ducitur, ſed amore pecuniarum.*

De avertenda pecunia: Probat primum membrum, non licere pecuniam in ſtatuas collectam accipere ſecum domum ſuam, ſed debere hanc pecuniam locari alicui, qui curam dein habeat pro his pecuniis collocandi ſtatuam.

Mi-

curatorem præficere, qui ſtatuis faciundis præeſſet, an tibi, an cui tu imperâſſes, adnumerare pecuniam? Nam ſi per eos ſtatuæ fiebant, à quibus tibi iſte honos habebatur, audio. Sin Timarchidi pecunia numerabatur, deſine, quæſo, ſimulare, te, cùm in manifeſto furto teneâre, gloriæ ſtudioſum ac monumentorum fuiſſe. Quid verò? modum ſtatuarum haberi nullum placet? at qui habeatur, neceſſe eſt. Etenim ſic conſiderate. Syracuſana civitas, ut eam potiſſimùm nominem, dedit ipſi ſtatuam. Eſt honos. Et patri; bella hæc pietatis, & quæſtuoſa ſimulatio. Et filio; ferri hoc poteſt. Hunc enim

Dilemma.

Concluſio, primum membrum minoris.
Membrum 2dum minoris.
Conceſſio.
Ironia.
Subjectio.
Diſtributio.

Minor hìc eſt ſuperioris ſyllogiſmi, quæ tractatur per dilemma: Si pecunia hæc data eſt alicui Curatori, vel civitas ipſa in hos uſus depoſuit, concedo, quòd licitè: ſi numerata eſt Verri vel Timarchidi; nego,quòd licitè; tum enim accepta eſt pecunia manifeſti furti causâ.

Audio: Rectè, bene; concedo, quòd licitè.

*Deſine,quæſo, ſimulare:*Tunc Verres tantùm ſimulat ſe ſtudio honoris captum,re ipſâ manifeſta commiſit furta.

*Quid verò:*Tranſitioad ſecundam partem,& membrum alterum in ſyllogiſmo poſitum: debet teneri modus: Verres non habuit modum.

Ut eam potiſſimùm nominem: Verbi gratiâ.

Eſt honos: Singulis partibus ſubjicit rationem propriam. Dedit Verri ſtatuam: concedatur hoc factum eſſe in ejus honorem. Dedit etiam patri Verris: ita Verres nempe voluit eſſe pius, petendo aliquid pro patre, re ipâs hoc titulo quæſtum & lucrum petiit. Etiam filio: eſto

enim puerum non oderant. Verùm quoties, & quot nominibus à Syracusanis ſtatuas auferes? ut in foro ſtatuerent, abſtuliſti: ut in Curia, còëgiſti: ut pecuniam conferrent in eas ſtatuas, quæ Romæ ponerentur, imperâſti: ut iidem darent homines aratorum nomine, dederunt; ut iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent; etiam id contulerunt. Una civitas cùm tot nominibus pecuniam contulerit, idemquè hoc civitates cæteræ fecerint, non res ipſa vos admonet, ut putetis, modum aliquem huic cupiditati conſtitui oportere? quòd ſi hoc voluntate ſuâ nulla civitas fecit: ſi omnes imperio, metu, vi, malo adductæ tibi pecuniam ſtatuarum nomine contulerunt: per Deos immortales! num cui dubium eſſe pote-

Similiter deſinentia.

Concluſio.

Membrum 3tium minoris.
Diſſolutio, & inciſa.
Exclamatio.

eſto & hoc; tanquam puero blandulo; ſed toties, in tot diverſis locis, ab iisdem ſæpiùs &c, id non placet.

Non oderant: Blandum, & qui Syracuſanorum gratiam ætatis flore colligeret; uti actione I. *curſare iſte homo potens cum filio blando & gratioſo circum tribus.*

Abſtuliſti: Non obtinuiſti, ſed abſtuliſti pro imperio ſcilicet. Sequuntur ſimilia duo verba: *còëgiſti*, *imperâſti.*

Ut iidem darent homines: Id eſt: bis iidem conferrent, ſemel ordinis ſui nomine, aratorum ſcilicet: iterum pro virili parte, cùm Siculi omnes communiter conferrent.

Quòd ſi hoc: Nulla ſua voluntate, ſed inviti, coacti; hìc ponit concluſionem ab initio. Priùs poſuit in fine. Debet enim eſſe varietas in ſyllogiſmo oratorio.

Siquis

poterit, quin, etiam ſiquis ſtatuerit accipere ad ſtatuas licere, idem tamen ſtatuat, eripere certè non licere. Primùm igitur in hanc rem teſtem totam Siciliam citabo: quæ mihi una voce ſtatuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam eſſe demonſtrat. Nam Legationes omnium civitatum in poſtulatis communibus, quæ ferè omnia ex tuis injuriis nata ſunt, etiam hoc ediderunt, ut ſtatuas ne cui, niſi cùm is de provincia deceſſiſſet, pollicerentur. Tot Prætores in Sicilia fuerunt, toties apud Majores noſtros Siculi Senatum adiêrunt, toties hac memoria: tamen hujusce novi poſtulati genus atquè principium tua Prætura attulit. Quid enim tam novum, non ſolùm re, ſed genere ipſo poſtulandi? nam

A teſtimonio.
Metonymia.

Metaphoræ.

60.
Ab exemplis.

Metonymia.

Siquis ſtatuerit: Siquis judicaverit, licitum eſſe accipere pecunias pro ſtatua.

In poſtulatis communibus: De quibus jam ſuprà dictum, quòd menſe Februario Romæ audiri ſolitæ Legationes, ubi exteræ provinciæ,& ſocii ſua ad Rempublicam Romanam poſtulata ediderunt, ſive propoſuerunt. Communia hæc erant, quia communi nomine totius provinciæ, non ſingularum civitatum, aut privatorum hominum poſtulata ſunt; & hoc eſt, quod multùm auget.

Ne cui: Nemini.

Hac memoria: etiam his noſtris temporibus, quantùm nos recordari poſſumus.

Novi poſtulati genus: Hoc poſtulatum de ſtatuis prorſus erat novum; non enim tantùm poſtulabant, ne cogantur ſtatuere, ſed prorſus, ut ne liceat.

Tua prætura attulit: Novi hujus poſtulati cauſam,genus,

Enumeratio postulatorũ per distributionem, & subjectionem.

Concessio.

nam cætera, quæ sunt in iisdem postulatis de injuriis tuis, sunt nova, sed tamen non novo modo postulantur. Rogant, & orant Siculi Patres Conscriptos, ut nostri Magistratus posthac decumas lege Hieronicâ vendant. Tu primus contrà vendideras: audio. Ne in cellam, quod imperatur, æstiment. Hoc quoquè propter tuos ternos denarios nunc primùm postulatur, sed genus illud postulandi non est novum. Ne absentis nomen recipiatur. Ex Sthenii calamitate, & tua natum est injuria. Cænus, originem & principium tu dedisti.

Cætera: Ordine postulata annotabimus:

1. Ne cui statuas, nisi cùm is de provincia decessisset, pollicerentur; nevè ipsis statuere liceat. 2. Ut Rom. Magistratus posthac decumas lege Hieronicâ vendant. 3. Ne in cellam, quod imperatur, æstiment. 4. Ne absentis nomen recipiatur.

Lege Hieronicâ: Prætores Siculorum decimas vendebant in Sicilia, inde redigebant pecunias. Huic venditioni certæ leges positæ erant ab Hierone, quas Verres non observârat.

Audio: Sit ita: rectè hoc permittatur.

Ne in cellam: Ne in suum usum, suam domum convertant id frumentum, quod ex S.C. Prætori licebat imperare tanquam tributum Romanis pendendum, vel redactas inde nimis magnas pecunias ne ad se trahant. De hac re jam egit in Divinatione N. 10. & in Lib. III. aget.

Propter tuos ternos denarios: Quia tu pro singulis tritici modiis tres denarios exegisti, cùm tamen binis tantùm sestertiis modius esset. Item in Divin.

Ne absentis nomen recipiatur: De hac re jam suprâ.

Cæte-

Cætera non colligam. Sunt omnia Siculorum postulata ejusmodi, ut crimina collecta in unum te reum esse videantur. Quæ tamen omnia novas injurias habent, sed postulationum formulas usitatas. Hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur ei, qui rem sententiamquè non perspiciat. Postulant enim, non, ut ne cogantur non statuere. Quid igitur? ut ipsis ne liceat. Quid est hoc? petis à me, quod in tua potestate est, ut id tibi facere non liceat? pete potiùs, ne quis te invitum polliceri aut facere cogat. Nihil ergo, inquit: negabunt enim omnes se coègisse. Si me salvum esse vis, mihi impone istam vim, ut omnino mihi non

Metaphora.

Interrogatio, & suspensio.

Sermocinatio.

Subjectio.

Cætera non colligam: Non huc adducam omnia Siculorum postulata.

Formulas usitatas: Modus ista petendi est consvetus;& cùm contineantur meræ tuæ injuriæ,sunt ferè nihil aliud, quàm usitatæ accusationes, & criminationes.

Hoc postulatum: Istud autem, ut neq; liceat ponere statuas,rem non satis perspicientibus videri posset non mirum duntaxat,sed & ridiculum.

*Quid est hoc:*Dialogismus hic est,& loquitur Cicero,tanquam aliquis è Senatu, nomine Senatûs,cum aliquo Siculo postulante: cur petis, Sicule, ut id tibi facere non liceat, quod potes non facere,si velis; quod prorsus in tua potestate est,ut omittas;cur, non petis,ut ne cogi possis;

Nihil ergo: inquit: Respondet mihi Siculus,ergo nihil consultum mihi erit,si hoc tantùm petam. Est abruptus loquendi modus; reliqua subintelliguntur facilè ex sequentibus: nam si tantùm petam, ne possim cogi,semper excusabunt se, & negabunt se coègisse; sunt enim tam sub-

non liceat polliceri. Ex tua Prætura
Conclusio. primùm nata est hæc postulatio: quà cùm utuntur, hoc significant, atquè adeò apertè ostendunt, sese ad statuas tuas pecuniam metu ac malo coactos
Concessio. invitissimos contulisse. Quid, si hoc non dicant? tibi non necesse sit ipsi id confiteri? Vide, & perspice, qua de-
61. fensione sis usurus. Nam intelliges, hoc tibi de statuis confitendum esse.
Ironicè. Mihi enim renuntiatur, ita constitui à tuis Patronis, hominibus ingeniosis, causam tuam, & ita eos abs te instistui, & doceri: ut quisquè ex provincia Sicilia gravior homo atquè honestior

subtiles cogendi formulæ, ut Prætores dicere possint, se non coëgisse, cùm cogant tamen. Ergo decernatur, ut neq; liceat ponere statuas, antequam è provincia decesserint.

Hoc significant: Ex hoc Siculorum postulato manifestè sequitur, se priùs fuisse coactos,& invitos posuisse.

Quid si hoc non dicant? Si verò ipsi hoc non apertè dicerent, annon tu tuâmet confessione convinci potes? ex tuis tibi verbis rem probo: observa argumentationẽ: tu dicis aratores esse tuos inimicos; sed inimici non ponunt alicui statuam splendidam lubentes & volentes, sed coacti; aratores, qui maximam partem Siciliæ conficiunt, posuerunt tibi statuam: ergo posuerunt coacti, quia ut ipse dicis, tui inimici sunt.

Mihi renuntiatur: Dicitur mihi, quòd siquis contra te acerbius testimonium dicat, tu illum semper appelles inimicum tuum, ex eo,quòd talis sit ex genere aratorum.

Ut quisq;: Quicunq;

Quòd

ſtior teſtimonium vehementius dixerit, ſicuti Siculi multi primarii viri multa dixerunt, te ſtatim hoc iſtis tuis defenſoribus dicere: inimicus eſt, proptereà, quòd arator eſt. * Itaquè uno genere, opinor, circumſcribere habetis in animo genus hoc aratorum, quòd eos infenſo animo, atquè inimico veniſſe dicatis, quia fuerit in decumis iſte vehementior. Ergo aratores, inimici omnes, adverſarii ſunt. Nemo eorum eſt, quin periiſſe te cupiat. Omnino præclarè te habes, cùm is ordo, atquè id genus hominum, quod optimum atquè honeſtiſſimum eſt, à quo uno & ſumma reipublicæ & illa provincia maximè continetur, tibi eſt inimiciſſimum. Verùm eſto: alio loco de arato-

Ironicè.

Conceſſio.

Quòd arator eſt: Erant autem, qui tum dicebantur aratores, vel Cives Romani, adeòq; nobiles & clari homines, vel Siculi ditiores, qui ex agricultura ingentem quæſtum faciebant, adeòq; & hic Cicero *graviores: honeſtiores, primarios* vocat, & alibi.

Circumſcribere: Vultis hoc uno modo, & argumento excludere & rejicere ab idoneo teſtimonio, quia ſunt inimici Verris, & ideo ut inimici verum teſtimonium non dicunt; læſit eos Verres, quia vehemens fuit in exigendis decimis pro Republica.

Ergo aratores: Accipiamus hoc: omnes aratores infenſi ſunt Verri, & vellent periiſſe, vel perire Verrem.

Omnino præclarè te habes: Enimverò præclarè tecum agitur; habes, unde gaudeas, quòd maxima & optima pars Siciliæ, quæ in aratoribus conſiſtit, tibi inimica ſit. Sed omittamus iſta.

Summa reipublicæ: Noſtræ nimirum, Romanæ.

torum animo, & injuriis videro. Nunc, quod mihi abs te datur: id accipio, eos tibi esse inimicissimos. Nempe ita dicis, propter decumas. Concedo, non quæro, jure, an injuriâ sint inimici. Quid ergo illæ sibi statuæ equestres inauratæ volunt, quæ populi Romani oculos animosq; maximè offendunt, propter ædem Vulcani? nam inscriptum esse video, quandam ex his statuam aratores dedisse. Si honoris causâ statuam dederunt, inimici non sunt. Credamus testibus. Tum enim honori tuo, nunc jam religioni suæ consulunt. Sin autem metu coacti dederunt, confiteâre, necesse est, te in provincia pecuniam statuarum nomine per vim ac metum coë-

Argumentum A repugnãtibus. Dilemma.

Conclusio tertii membri.

Abs te datur: id accipio: quod concedis, id arripio: ex concessis promoveo argumentum.

Propter ædem Vulcani: Ædes Vulcani à Romulo primùm extra pomærium constructa, in urbem diu admissa non fuit, ut is Deo procul incendia arceret; dein in urbe fuit condita, in qua tribuniplebis solebant convenire, & eô plebejos advocare. In hac æde canes pro ædituis esse, & sacrilegos tantùm allatrare fama ferebat. Positæ autem Prætoribus statuæ sunt non tantùm in provincia, sed & Romæ.

Si honoris causâ: Primum dilêmatis membrũ: si volentes, & ad te honorandum posuêre statuam, non sunt inimici, adeôq; exceptio tua adversùs hos testes nulla est. Credendum est iis tanquam bonis testibus. Tunc enim quando statuam posuerunt, honorem tuum quæsiverunt ut amici: quòd nunc contra te testimonium dicant, faciunt, quia religioni & veritati volunt dare locum.

Utrum

coëgisse. Utrum tibi commodum est, elige. Equidem libenter hoc jam crimen de statuis relinquam, ut mihi tu illud concedas (quod tibi honestissimum est) aratores tibi ad statuam honoris tui causâ, voluntate suâ contulisse. Da mihi hoc, jam tibi maximam partem defensionis praecideris. Non enim poteris aratores tibi iratos esse, atquè inimicos dicere. O causam singularem! O defensionem miseram ac perditam! nolle hoc accipere reum ab accusatore, & eum reum, qui Praetor in Sicilia fuerit: aratores ei statuam suâ voluntate statuisse: aratores de ec bene existimare, amicos esse, salvum esse cupere! metuit, ne hoc vos existimetis. Obruitur enim aratorum testi- 62.

Exclamatio ad irrisionem.

Geminatio.

Utrum tibi commodum est: Latet hic magna dilemmatis vis: vel debes fateri,aratores à te coactos ad ponendam statuam, quia dicis inimicos: vel si dicis, eos non coactos,sed sponte & volentes posuisse,ergo sunt amici, ergo eos à testimonio dicendo non potes excludere,ergo te eo titulo contra ipsos defendere non potes,quòd sint inimici.

O causam singularem! O pulchram! O speciosam excusationem! vel potiùs: O! miseram defensionem! vellem tibi reo aliquid dare & concedere,quod esset pro te, ac tibi honorificum, sed tu accipere non audes, ne in novos laqueos incidas.

Metuit, ne hoc vos: Non vult, non potest admittere statuam sibi ab aratoribus volentibus & amicis positâ, ne vos judices existimetis ita esse,quod dicunt pro testimonio; nam eorum testimoniis obrutus est, & oppressus.

Utar

Repetitio. testimoniis. Utar eo, quod datur. *Cōclusio 3tii membri in minore.* Certè hoc ita vobis judicandum est, eos, qui isti inimicissimi sunt, ut ipse existimari vult, ad istius honores, atquè monumenta pecuniam non voluntate sua contulisse. Atquè ut hoc totum facil- *Permissio.* limè intelligi possit, quem voles eorum testium, quos pro duxero, qui ex Sicilia testes sint, sive togatum velis, sive Siculum, rogato, & eum, qui tibi inimicissimus esse videbitur, qui se spoliatum à te dicet: ecquid suo nomine in tuam statuam contulerit. Nemi- *Conclusio.* nem reperies, qui neget. Etenim omnes dederunt. Quemquam igitur putas dubitaturum, quin is, quem inimicissimum tibi esse oporteat, qui abs te

Utar eo, quod datur: Ergo concludam ex ipsis verbis Verris, ex ejus confessione: *Metu coactos statuam posuisse.* Quis non admiretur hanc vim & artem argumentandi?

Atq; ut hoc totum: Pergit in amplificatione,ut rem adhuc planiorem faciat: Jam tu ipse Verres omnes præsentes testes interroga, & inimicissimos quosq;, an aliquid contribuerint ad statuam; dicent, ita: omnes dederunt aliquid. Atqui sunt inimicissimi; ergo dederunt inviti, coacti.

*Sive togatum, sive Siculum:*Per togatum intelligit, qui origine civis Romanus,deinde vel negotiatus in Sicilia, vel hospes,vel colonus & arator fuit.Usus enim togæ proprius Romanorum fuit, ut Græcorum pallium; & hinc palliati pro Græcis, togati pro Romanis accipiuntur.

Et eum: Etiam illum, qui inimicissimus; dicet, se dedisse pecuniam in statuas.

Non

te gravissimas injurias acceperit, pecuniam statuae nomine dederit, vi atquè imperiò adductus, non officiò ac voluntate. Et hujus ego pecuniae, Judices, quae permagna est, impudentissimèquè coacta ab invitis, non habui rationem, nequè habere potui, quantum ab aratoribus, quantum ab negotiatoribus, qui Syracusis, qui Agrigenti, qui Panormi, qui Lilybaei negotiantur, esse coactum: quoniam intelligitis, ipsius quoquè confessione ab invitissimis coactam esset. Venio nunc ad civitates Siciliae, de quibus facillimè judicium fieri voluntatis potest. An etiam Siculi inviti contulerunt? non est probabile. Etenim sic C. Verrem praeturam in Sicilia gessisse constat, ut cùm utrisquè satisfacere non posset, & Siculis, & togatis, offi-

Repetitio. Enumeratio.

63.

Subjectio per Ironiã.

Non officiõ: Non benevolentiæ & humanitatis causâ.

Et hujus ego pecuniæ: Ego numerum non inivi pecuniæ maximæ, collectæ ab iis, qui cives Romani in Sicilia negotiabantur; vel ibidem aratores erant (de his enim in hac periodo; in sequente de Siculis: *venio nunc:*) quoniam satis est, agnoscere vos, & intelligere, quòd ipse fateri debeat Verres, extortam esse ab invitis. *Quoniam intelligitis*, est membrum annexum huic periodo, non initium novæ; secùs non invenies sensum.

Venio nunc: Jam de Siculis ipsis, hoc est: civibus Siciliæ, quia quæ suprà, ad cives Romanos, qui in Sicilia agebant, pertinent.

Judicium fieri voluntatis: Facilè possumus judicare, num hi volentes &c.

Non est probabile: Quòd Siculi dederint inviti; nam -Verres

officii potiùs in Socios, quàm ambitionis in cives rationem duxerit. Itaquè eum non solùm Patronum istius Insulæ, sed etiam Sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirùm Soter, qui salutem dedit. Hujus nomine etiam dies festi agitantur, pulchra illa Verrea, non quasi Marcellea, sed

pro

Verres in Sicilia saltē bene mereri voluit de Siculis, cùm non posset de utrisq;, de Siculis & Romanis.

Officii potiùs in Socios: Voluit potiùs gratiam & favorem mereri aput Siculos, quàm apud cives suos. Nam hoc iterum hic significat *ambitio*. Est autem subjectio ironica: tanquam Verres non potiùs habuerit rationem suorum civium, ut apud hos gratiam ineat.

Sotera: In basi statuæ Verris fuit inscriptum Græcum nomen σωτῆρι: Salvatori populi.

Ut Latino uno verbo: Soter, Græcum nomen esse, & eum significare, qui salutem dedit, ipso constat interprete Cicerone. Putant inde non pauci, quòd Cicero dicat, hoc uno verbo Latino reddi non posse: nomen *Salvator* non esse Latinum, dicendumq; potius *Servator;* quamquam *Si Servator Soteris* significationē exprimeret, id ipsū Cicero usurpaturus fuisset. Quin Servatoris nomen JESUM Christum Salvatorem nostrum non sufficienter videtur exprimere, cùm aliud sit servare, aliud salutem dare, & salvare. Dicatur igitur nomen *Salvatoris* nostris temporibus esse latinitate donatum; quoniam in re nova, quæ à Christo facta omne exemplum superat, novum etiam verbum licet usurpare; quamvis in antiqua aliqua inscriptione Latina hoc ipsum verbum legatur: *Jovi Quirino Salvatori pro salute Cæsaris Nervæ.*

Non quasi Marcellea: Ad imitationem Marcelleorum

sua

pro Marcelleis: quæ illi iſtius juſſu ſuſtulerunt. Hujus fornix in foro Syracuſis eſt: in quo nudus filius ſtat: ipſe autem ex equo nudatam ab ſe provinciam proſpicit: hujus ſtatuæ omnibus locis: quæ hoc demonſtrare videntur propemodum, non minùs multas ſtatuas iſtum poſuiſſe Syracuſis, quàm abſtuliſſe. Huic etiam Romæ videmus in baſi ſtatuarum, maximis litteris inciſum, à communi Siciliæ datas. Quamobrem? qui hoc probari poteſt cuiquam, tantos honores habitos eſſe ab invitis? Hic tibi etiam multò magìs, quàm paulò antè in aratoribus, videndum & conſiderandum eſt, quid velis. Magna res eſt: utrùm tibi Siculos publicè privatimquè amicos, an inimicos exiſtimari vis? ſi inimicos, quid te fu-

Paronomaſia, & Traductio.

Salſum, & invidioſum.

64.

Novum dilemma de Siculis.

ſua dixit Verres Verrea;ſed hæc non ſunt,inquit Cicero, pro imitatione (quia maxima diſparitas) ſed pro everſione & commutatione.

Hujus fornix: Arcus & opus concameratum, in quo nuda filii ſtatua; ipſe autem nudam ſive nudatam à ſe Provinciam videt,& quodámodo ex alto,ex equo proſpicit.

Communi Siciliæ: Commune Siciliæ,uti jam ſuprà, ad modum Græcorum: tota Sicilia communiter.

Quamobrem? qui hoc: Probavit hactenus id,quod ironicè aſſumpſit: non eſt probabile, quòd Siculi inviti contulerint,cùm tot poſuerint ſtatuas,tam ſplendidis inſcriptionibus &c. jam concludit: quomodo alicui probatur, quomodo aliquis credet,quòd volentes Siculi poſuerint?

Quid te futurum eſt? Pro de te: ut lib. 1.*quid hoc homine facias?*

Ubi

futurum eſt? quò confugies? ubi nitêre? modò aratorum, honeſtiſſimorum hominum, ac locupletiſſimorum, & Siculorum & civium Romanorum maximum numerum abs te alienâſti. Nunc de Siculis civitatibus quid ages? dices tibi Siculos eſſe amicos? quî poteris? qui, quòd núllo in homine antea fecerunt, ut in eum publicè teſtimonium dicerent, (cùm præſertim ex ea provincia condemnati ſint complures, qui ibi Prætores fuerunt, duo ſoli abſoluti) huc conveniunt cum litteris, veniunt cum mandatis, veniunt cum teſtimoniis publicis. Qui ſi te publicè laudarent, tamen id more potiùs ſuo; quàm merito tuo facere vide-

Altera pars dilemmatis, ex repugnātibus.

Repetitio. Similiter cadens. Compar. A minore. Antitheta.

Ubi nitêre? In quo te firmabis, ſuſtentabis?

Et Siculorum, & Civium: Intelligit hic eos Siculos, qui aratores: dein de communitatibus Siculorum, & aliis Ordinibus: maximam partem Siculorum tu ipſe dicis tibi eſſe inimicam; ſi jam omnes cæteros Siculos dicas eſſe inimicos, num poteris defendere cauſam tuam, quando firmiſſima contra te probatio eſt, te apud omnes Siculos eſſe in odio.

Dices tibi Siculos: Probat Siculos Verri non eſſe amicos ex loco repugnantium per hunc ſyllogiſmum:

Nullus amicus publicè teſtimonium dicit contra amicum:
At Siculi (quî aliàs nunquam) publicè teſtimonium dicunt in Verrem: Siculi ergo Verris amici non ſunt.

Si te laudarent: Argumentum à minore; ſi te Siculi laudarent, non multùm tibi prodeſſet, quia ſoliti ſemper, tanquam patientes, Prætores ſuos etiam iniquos laudare: jam

derentur: hi cùm de tuis factis publicè conqueruntur, nonne hoc indicant, tantas esse injurias, ut multò maluerint de suo more decedere, quàm de tuis moribus non dicere? Confitendum est igitur tibi necessariò, Siculos inimicos esse, qui quidem & in te gravissima postulata Consulibus ediderint, & me, ut hanc causam, salutisquè suæ defensionem susciperem, obsecrârint: qui cùm à Prætore prohiberentur, à quatuor Quæstoribus impedirentur, omnium minas atquè omnia pericula pro salute sua levia duxerint: qui priore actione ita testimonia graviter vehementerquè dixerint, ut Artemonem Centuripinum legatum, & publicè testem, Q. Hortensius accusatorem, non te-

Annominatio.
Adjunctio.
Synæciosis.
Complexio, & conclusio argumenti.
Repetitio.
Similiter cadens.
Simil. desin:

jam cùm contra te testentur, quid putas concludendum?

De suo more, quàm: Deserere maluerunt consvetudinem suam laudandi, patiendi, quàm talem reum non accusare.

Consulibus ediderint: Postulata gravissima in te, & contra te Romano Senatui obtulêre, & in publicū quodammodo emanare voluerunt, ediderunt publicè, & proposuerunt.

A Prætore: L. Metello, Successore Verris.

A quatuor. Quæstoribus: Duobus Verris, qui post eum in Sicilia remanserunt, & duobus Metelli Quæstoribus.

Ediderint: Obsecrarint, duxerint, dixerint: enumerat per eas causas, quæ probent Siculos omnes esse inimicos Verris.

Accusatorem, non testem: Adeò vehementer locutus est, ut non tam testis, quàm ipse accusator videretur Hortensio.

testem esse diceret. Etenim ille cùm propter virtutem, & fidem cum Androne, homine honestissimo, & certissimo, tum etiam propter eloquentiam Legatus à suis civibus electus est, ut posset multas istius & varias injurias quàm apertissimè vobis planissimèquè explicare. Dixerunt Halesini, Catinenses, Tyndaritani, Ennenses,
65. Herbitenses, Agyrinenses, Netinenses, Segestani. Numerare omnes non est necesse. Scitis, quàm multi & quàm

Polyptoton.

Etenim ille: Elegerunt eum civis legatum, quia erat fidelis, & eloquens, ut contra Verrem rem bene ageret.

Cùm propter: Partim ob virtutem, *tum etiam:* partim ob eloquentiam.

Certissimo: Firmissimo constantissimo; ita enim certus interdum accipitur pro; firmus, non vacillans.

Halesini: Halesina Siciliæ civitas, quam Cicero laudat l.3. in V. *nullam reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate graviorem.*

Tyndaritani: Tyndaris urbs à Castore & Polluce, qui filii Tyndarei erant, cōdita fuit; unde Sili9 XIV. *Cæminoq; Lacone*

Tyndaris attollens sese.

Ennenses: Ennam urbem describit Cicero l.4. in Verrē.

Herbitenses: Herbita Siciliæ urbs. Creditur hodie esse *Nicosia Citta Constantissima, S. Nicolas.* de qua Cluv. Sicil. ant. l. 11. c. 8.

Agyrinenses: Oppidum Mediterraneum, Agyrium, nunc *Argyro & S. Philippo de Argyrone.* Cluv. l. 11. c. 6.

Netinenses: In V. Verrina vocat Tullius *Netinos.* Oppidum Siciliæ Mediterraneum. Silio *Netum:* dicitur; *Et Netum, & Mutyce pubesq; liquentis Acheti.* Hodie *Note Citta Ingeniosa.* Cluver.

Segestani: Incolæ urbis Segestæ, & Egestæ, quæ & ipsa Mediterranea est; quam Æneas condidit, & ab *Acestis* matre Egestam nominavit.

Hos

quàm multa priore actione dixerint: nunc & illi & reliqui dicent. Omnes deniquè hoc in hac causa intelligent, hoc animo esse Siculos, ut si in istum animadversum non sit, sibi relinquendas domos ac sedes suas, & ex Sicilia decedendum, atquè adeò fugiendum esse arbitrentur. Hos homines tu persvadebis ad honores, atquè amplitudinem tuam pecunias maximas voluntate sua contulisse? Credo, qui te in tua civitate incolumem esse nollent, hi monumenta tuæ formæ, ac nominis in suis civitatibus esse cupiebant. Res declaravit, ut cupierint: jam dudum enim mihi nimiùm tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor, utrùm statuas voluerint tibi statuere, an coacti sint. De quo homine hoc auditum est unquam,

Polysyndeton.

Ironicè. A minore.

Transitio intrinseca ad novum Argumentū. A consequētibus.

Hos homines tu persvadebis: A repugnantibus. Et tu persvadebis alicui, quòd hi homines adeò tibi infensi, te exosi, pro tuo honore procurando liberè & spontè contulerint?

Res declaravit, ut cupierint: Re ipsâ, & in effectu patuit, quàm cupierint hoc, quàm voluerint. Est transitio elegans, & intrinseca rei ad aliam rem; probatur non libenter statuisse statuas, quia postmodum statim dejecerunt. Et hoc amplificatur à circumstantiis: nulli hoc contigit, nisi tibi, ut per vim dejicerentur; tali modo; ab universis: ab hominibus Græcis, qui maximè ducuntur religione statuarum &c.

De quo homine: Exemplum in Verre inusitatum probat odium

quam, quod tibi accidit, ut ejus in provincia statuæ, in locis publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris per vim, per universam multitudinem dejicerentur? Tot homines in Asia nocentes, tot in Africa, tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in ipsa Sicilia fuerunt: ecquo de homine hoc unquam audivimus? Novum est, judices, in Siculis quidem, & in omnibus Græcis monstri simile. Non crederem hoc de statuis, nisi jacentes revulsasque vidissem: propterea quòd apud omnes Græcos hic mos est, ut honorem hominibus habitum in monumentis hujusmodi, nonnulla religione Deorum consecrari arbitrentur. Ita-

Ab adjunctis.

Repetitio.
Enumeratio.
Dissolutio.

odium Siculorum non commune; & inde concluditur, cùm dejecerint ex singulari odio statuas Verris, statuas illas non voluntate libera, sed coactos posuisse, hoc syllogismo:

Qui statuas alicujus per vim dejicit: Is non posuit voluntate, sed coactus:
At Siculi statuas Verris per vim dejecerunt;
Siculi igitur statuas coacti posuerunt.

Tot homines: Probatio à comparatis: nullius alterius in quacunq; regione, etsi nocentis, etsi damnati statuas meminimus dejectas; ergo novum in Verre, & tantò magis novum, quòd à Siculis.

Monstri simile: Monstrum est, quod contra naturam. Alibi Cicero: incredibile, ac simile portenti est.

Nonnulla religione: Magnam religionem erga statuas habent Græci, inter quos & Siculi, qui ad Græcos pertinent, atq; etiam Græcè tum loquebantur. Ex hac religione erga statuas manavit etiam consvetudo, ut ad statuas tan-

Itaquè cùm Rhodii bellum illud propè soli superius cum Mithridate rege gesserint, omnesquè ejús copias acerrimùmquè impetum mœnibus, littoribus, classibusquè suis exceperint, cùm & Regis inimici præter cæteros essent: statuam ejus, quæ erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco, ne tum quidem in ipsis urbis periculis attigerunt. Forsitan vix convenire videretur, quem ipsum hominem cuperent evertere, ejus effigiem simulacrumquè servare. Sed tamen videbam, apud eos cùm essem, & religionem esse quandam in his rebus à majoribus traditam, & hoc disputare: cum statua se ejus habuisse temporis rationem, quo posita esset; cum

Exemplum Rhodiorum. Dissoluta.

Repugnantia.

Polysyndeton.

tanquam ad asylum confugerent.

Cùm Rhodii: Populi, qui insulam Rhodum inhabitabant, quæ nunc in Turcarum potestatem venit.

Superius cum Mithridate: In quo bello Mithridates populum Romanum vehementer afflixerat, Rhodii autem se contra eum insigniter defenderant, ac propè soli efficaciter restiterant, Romanis gravia detrimenta patientibus, donec Pompejus tandem Mithridatem devicit.

Vix convenire videretur: Putaret aliquis, non debuisse hoc facere Rhodios, & hosti in sua statua parcere, cujus personam deberent velle prostratam.

Et hoc disputare: Et ita ratiocinari, ita disserere Græcos: statuam positam esse pro tempore, quo quis merebatur; bellum modò geri cum homine, qui nunc hostis esset. Hoc autem non potuit prodesse Verri: non enim primùm post suum discessum oppressit Siculos, atq; hostis evasit, sed eo jam tempore, cùm statuæ ponerentur.

cum homine verò, quo gereret bellum, atquè hostis esset. Videtis igi-
66. *Conclusio.* tur consvetudinem religionemq; Graecorum, quae monumenta hostium in
Contraria. bello ipso soleat defendere, eam summa in pace Praetoris populi Romani statuis praesidio non fuisse. Taurominitani, quorum est civitas fœderata, homines quietissimi, qui maximè ab injuriis nostrorum Magistratuum remotissimi consvêrant esse, praesidio fœderis: hi tamen istius evertere statuam non dubitaverunt. Quâ ablatâ basin tamen in foro manere voluerunt: quòd gravius in istum fore putabant, si scirent homines, statuam ejus à Taurominitanis esse dejectam, quâm si nullam unquam positam arbitrarentur. Tyndaritani dejecerunt in foro: & eadem

Enumeratio partium & inductio.

Summa in pace: Quae statuae propter religionem in bello fuerunt servatae, eae in pace propter nimis magna scelera omnem religionem evertentia non permanserunt. Religio illa non praesidio fuit, non profuit Verri in pace. A contrariis.

Taurominitani: Enumerat hic sigillatim civitates, in quibus dejectio facta; nimirum apud Taurominitanos, Tyndaritanos, Leontinos, Syracusanos, Centuripinos. De Taurominitana civitate fœderata in l. 3. Accus.

Maximè remotissimi: Maximè cum superlativo non rarò adhibetur; eleganter tamen in positione removetur ab altero superlativo.

Praesidio fœderis: Propter fœdus cum Romanis civitas illa & quieta fuit, & fœderatos Romanos nulla unquam affecit injuriâ.

Quòd

dem de causa equum inanem reliquerunt. Leontini misera in civitate atque inani, tamen istius in Gymnasio statua dejecta est. Nam quid ego de Syracusanis loquar, quod non est proprium Syracusanorum, sed & illorum commune, & conventûs illius, ac propè totius provinciæ? quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur tum, cùm statuæ sunt illius dejectæ, atquè eversæ? at quo loco? celeberrimo ac religiosissimo; ante ipsum Serapim, in primo aditu vestibulo-

Transitio, & Præteritio.
Polysyndeton.
Synonyma.
Interrogatio.
Subjectio.
Ab adjunctis loci.

Quòd gravius in istum: Quia existimabant majus fore opprobrium Verris.

Leontini: In genitivo ponitur, ut Taurini, Friburgi. Nam inferiùs etiam Cicero in singulari utitur. Quanquàm & Leontinos dicamus. Leontium etiam dicebatur hæc Siciliæ civitas; Nunc *Lentini Citta fœcundissima.*

Misera in civitate: Quam nimirum Verres expilaverat, aut quæ aliàs inops erat, ergo coacta dedit, & invitissima.

In Gymnasio: Statua, quæ in Gymnasio stetit, dejecta est. Gymnasium erat locus, in quo fiebant exercitia palæstritarum; jam accipitur plerumquè pro loco, in quo fiunt exercitia litteraria.

Et Conventûs illius: Non soli Syracusani hoc fecêre, sed & alii accolæ & externi, qui convenerant in eam civitatem ad judicia, ad negotia &c.

At quo loco? Figura ad amplificandum idonea, qualis illa suprà *quem hominem dii immortales?*

Celeberrimo: Et hinc notior Verris infamia.

Religiosissimo: Ubi dejiciendæ, nisi maximam ob causam, statuæ non viderentur.

Ante ipsum Serapim: Serapis, idolum quod singulariter in figura bovis colebant Ægyptii. Vocabatur etiam *Apis, Osiris.*

buloque templi. Quòd nisi Metellus hoc tam graviter egisset, atque illam rem imperio edictoque prohibuisset: vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esset relictum. Atque ego
Causam à se removet, à tempore. hoc non vereor, ne quid horum non modò impulsu, verùm omnino adventu meo factum esse videatur. Omnia ista antè facta sunt, non modò, quàm ego Siciliam, verùm etiam quàm
Adjunctio. iste Italiam attigit. Dum ego in Sicilia sum, nulla statua dejecta est. Posteaquam illinc discessi, quæ sunt gesta, cognoscite. Centuripinorum Senatus
67. decrevit, populusque jussit, ut, quæ statuæ C. Verris ipsius, & patris, & filii essent, eas quæstores demoliendas locarent: dumque ea demolitio fieret,

Sena-

Quòd nisi Metellus: De Metello queritur, quòd prohibuerit dejici statuas, & hoc imprudenter; nam patuit tamen de voluntate populorum in Verrem, quæ sola argumentum præbet, quàm inviti fecerint, quæq; probat, quàm Verri inimici fuerint.

Atq; ego hoc non vereor: Non poterit hæc dejectio statuarum mihi adscribi; facta enim est, antequam ego in Siciliam venirem, & antequam Verres rediisset in Italiam. Soli Centuripini post meum discessum primùm publico consilio & auctoritate quæstoribus mandârunt, ut statuas Verris dejicerent, quod quidem Metellus fieri prohibuit.

Demoliendas locarent: Ut homines constituerentur à quæstoribus, qui pro mercede accepta dejicerent statuas; erant enim statuæ hæ plerumq; magni operis, magnorumq; sumptuum.

Sena-

Senatores ne XXX. minùs adessent. Videte gravitatem civitatis, & dignitatem. Nequè eas in urbe sua statuas esse voluerant, quas inviti per vim atquè imperium dedissent: nequè ejus hominis, in quem ipsi cum gravissimo testimonio publicè, quod nunquam anteà, Romam mandata, Legatosquè misissent: & id gravius esse putaverunt, si publico consilio, quàm si per vim multitudinis factum videretur. Cûm hoc consilio statuas Centuripini publicè sustulissent, audit Metellus: graviter fert: evocat ad se Centuripinum Magistratum, & decem primos: nisi restituissent statuas, vehementer iis mi-

Exaggerat à numero Senatorum. Polysyndeton. Amplificatio.

Stylus narrationis.

Senatores ne XXX minùs: Ut res videretur agi non aliquorum tantùm nomine, sed totius Senatûs & populi, executioni & decreto adesse debebant semper triginta saltem senatores, non pauciores.

Videte gravitatem &c. Horum decretum ab authoritate amplificat: primùm ex Senatu copioso colligi potest numerus civium; hi nolebant durare statuas, quas inviti posuissent; deinde nolebant statuas ejus hominis durare, contra quem testes & legatos misissent, & judicârunt debere hoc potiùs fieri publico consilio ad majus opprobrium, quàm si cives tantùm eas per tumultum disturbâssent.

Decem primos: Decem primi vocabantur, non qui in Magistratu primi, imò qui neq; Magistratum gerebant, sed qui juniores, antequam ad rempublicam administrandam admittebantur, in aliis officiis senatui proximis, atq; in sumptibus reipublicæ causâ faciendis erant occupati.

Illi

minatur. Illi ad Senatum renuntiant. Statuae, quae istius causae nihil prodessent, reponuntur. Decreta Centuripinorum, quae de statuis erant facta, non tolluntur. Hîc ego aliud alii concedo, Metello, homini sapienti, prorsus non possum ignoscere, si quid stultè facit. Quid? ille hoc putabat Verri criminosum fore, si ejus statuae essent dejectae, quod saepè vento, aut aliquo casu fieri solet? non erat in hoc neque crimen ullum, neque reprehensio. Ex quo igitur crimen, atquè accusatio nascitur? Ex hominum judicio, & voluntate. Ego, si Metellus statuas reponere Centuripinos non coëgis-

Argumentatio, & amplificatio. Contraria. Interrogatio. Subjectio.

68.

Illi ad Senatum renuntiant: Metelli mandatum referunt Senatui.

Statuæ &c. Statuæ juxta Metelli mandatum reponuntur (quod tamen ad Verris causam nihil facit) manent autem, in memoria nimirum, neq; tolluntur decreta hujus civitatis.

Hîc ego aliud alii concedo: Ego istud, & aliud Centuripinis ignosco: aliud alii, nempe Metello ignoscere non possum. Centuripinis ignosco, quòd tam repentè statuas reposuerunt, quas publico consilio demoliendas curârant.

Ex quo igitur &c. Quid ista adducit Cicero? an putat augeri Verris crimina ex eo, quòd dejectæ Verris statuæ denuò fuerint repositæ? minimè. Sed hoc est, quod adducit Cicero pro accusatione Verris; quòd civitas illa publico consilio statuerit dejiciendas statuas. Ex hoc publico consilio & decreto patet, qua mente fuerint in Verrem hi cives, sive deiu statuæ alterius jussu repositæ fuerint, vel non, hoc parùm ad rem.

Vi-

gisset, hæc dicerem. Videte, Judices, quantum & quàm acerbum dolorem Sociorum atquè amicorum animis inusserint istius injuriæ, cùm Centuripinorum amicissima & fidelissima civitas, quæ tantis officiis cum populo Romano conjuncta est, ut non solùm rempublicam nostram, sed etiam in quovis homine privato nomen ipsum Romanorum semper dilexerit, ea publico consilio, atquè auctoritate judicârit, C. Verris statuas esse in urbe suâ non oportere. Recitarem decreta Centuripinorum, laudarem illam civitatem, id quod verissimè possem, commemorarem decem millia civium Centuripinorum, fortissimorum, fidelissimorumquè Sociorum: eos omnes statuisse, monumentum istius in sua civitate nullum esse oportere. Hæc tum dicerem, si statuas Metellus non reposuisset. Velim quærere nunc ex ipso Metello, quidnam sua vi & auctoritate mihi ex hac oratione præciderit. Eadem opi-

Prosopopœia Ciceronis.

Metaphora.

Ex hypothesi.

Similiter cadens.

Disjunctio.

Communicatio.

Videte Judices: Cicero se ipsum ex hypothesi introducit loquentem: hæc dixissem, si Metelli jussu non fuissent repositæ statuæ; at id ipsum modò dicere possum.

Ea: Nempe civitas Centuripinorum.

Esse in urbe: Non debere in urbe tolerari.

Sua vi & auctoritate Num huic meæ argumentationi efficaciã ademerit, quãdo suo imperio statuas roponi jussit.

Eadem opinor omnia convenire: Eadem quoquè nunc con-

opinor omnia convenire. Neque enim, si maximè statuæ dejectæ essent, eas ego vobis possem jacentes ostendere. Hoc uno uterer, Civitatem tam grave, statuas judicâsse C. Verris demoliendas. Hoc mihi Metellus non eripuit: hoc etiam addidit, ut quererer, si mihi videretur, tam iniquo jure Sociis atquè amicis imperari, ut iis ne in suis quidem beneficiis libero judicio uti liceret: ut vos rogarem, ut conjecturam faceretis, qualem in his rebus in me L. Metellum fuisse putaretis, in quibus rebus obesse mihi posset, cùm in hac re tam aperta cupiditate fuerit, in qua nihil

Comparatio à minore.

convenienter dici posse existimo.

Jacentes &c. Quòd si non essent repositæ, tamen ego vobis Judicibus, qui Romæ estis, statuas jacentes in Sicilia utiq; coràm repræsentare non possem; sed uterer hoc argumento; patet, qua voluntate statuas posuerint Centuripini, cùm dein eas dejecêre: patuit, quomodò affecti sint erga Verrem: atqui hoc ipsum argumentum nunc manet, quando Metelli jussu repositæ sunt statuæ.

Hoc etiam addidit: Non solùm argumenti vim mihi non ademit, sed insuper occasionem dedit querendi, nostros Socios ita asperè gubernari, ut nec liberi sint in dandis vel non dandis beneficiis suis.

Ut vos rogarem: Subintellige, hoc etiam addidit, insuper causam dedit, ut jam ex vobis Judicibus quærerem, annon meritò suspicari possitis, qualis erga me fuerit, quàm nempe malignus mihi Metellus, in cæteris, in quibus nocere potuit, cùm ita cupidus fuerit mihi nocendi in aliqua re, in qua tamen noceri nil poterat.

Suam

nihil obfuit. Sed ego Metello non irascor, neque ei suam purgationem eripio, qua ille apud omnes utitur, ut nihil malitiosè, neque consultò fecisse videatur. Jam igitur est ita perspicuum, ut negare non possis, nullam tibi statuam voluntate cujusquam datam: nullam pecuniam statuarum nomine nisi vi expressam, & coactam; quo quidem in crimine non illud solùm intelligi volo, te ad statuas H. S.CXX. millia coëgisse: sed multò etiam illud magis, quod simul demonstratum est, quantum odium in te aratorum, quantum omnium Siculorum sit, & fuerit. In quo quæ vestra defensio futura sit, conjecturâ assequi non queo: Oderunt Siculi: togatorum enim causâ multa feci. At hi quidem acerrimi, inimicissi-

Præteritio.

69. *Cōclusio de statuis vi coactis.*

Traductio, Prolepsis, quomodo se Verres defensurꝰ sit. Responsio. Subjectio.

Suam purgationem: Excusationem.

Ut nihil malitiosè: Excusat, se non fecisse animo juvandi Verris, & hujus criminis extenuandi causâ.

Est ita perspicuum: Complexio illius Syllogismi: *qui statuas alicujus per vim dejicit &c.* N. 65. Nec solùm ex hac argumentatione deducit, per vim expressas esse statuas, sed Verrem in odio maximo Siculorum fuisse. Nota hanc formulam concludendi syllogismum probatum.

In quo quæ vestra: Non video, quid sitis responsuri ad id, quòd Verres adeò exosus omnibus Siculis.

Oderunt Siculi: Si dicat Verres: ideò me Siculi odio habent, quia nimis ego fovebam togatos, sive Romanos &c. At respondet Cicero: tamen togati, Romani, te summo odio habent; quomodo igitur verum, quòd eos foveris, pro iis steteris contra Siculos. Si dicat Verres: Ro-

Dilemma. cissimiquè sunt. Inimicos habeo Cives Romanos, quòd Sociorum commoda ac jura defendi. At socii in hostium numero se abs te habitos queruntur. Aratores inimici sunt propter decumas. Quid? qui agros immunes liberosquè arant, cur oderunt? cur Halesini? cur Centuripini? cur Segestani? cur Halycienses? quod genus hominum, quem numerum, quem Ordinem proferre possis, qui te non oderit, sive Civium Romanorum, sive Siculorum? ut etiam si causam, cur te oderint, non possim dicere, tamen illud dicendum putem, quem omnes mortales oderint, eum quoquè vobis odio esse oportere. An hoc dicere audebis: utrùm de te aratores, utrùm de-

Inductio. Interrogatio. Repetitio. Traductio.

Conclusio, à conjugatis. Nova prolepsis.

Romani me ideò odio habent,quia Siculos Socios nimiùm fovi: at respondet Cicero:Socios Siculos omnes conqueri, quòd à te non tanquam Socii, sed hostes habiti fuerint; quomodo igitur verum, quòd istos foveris.

Aratores inimici: Si dicat Verres:aratores me ideò habent odio, quia petii decimas. At etiam odio habent, qui non dant decimas; ergo nec ista ratio subsistit.

Cur Halesini &c. Inductione cum repetitione,& interrogatione vehementi omnium odium in Verrem declarat. Erant autem hæ civitates immunes ac liberæ.

Illud dicendum putem: Qui omnium Siculorum in odio fuit, debet etiam esse in odio judicum.

An hoc dicere audebis? Fortasse dicet Verres:hoc nihil facit ad rem; quòd isti omnes me odio habuerint. Hoc neq; dices, uti puto, quia clarum est testimonium malè ad-

deniq; Siculi universi bene existiment, aut quo modo existiment, ad rem id non pertinere? neque tu hoc dicere audebis: neque, si cupias, licebit. Eripiunt enim tibi istam orationem contemnendorum Siculorum, atque aratorũ, statuae illae equestres, quas tu paulò antè, quàm ad urbem venires, poni, inscribique jussisti, ut omnium inimicorum animos accusatorumque tardares. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, cùm videret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, à communi Siciliae; quod est aliud in illa provincia genus humanum? nullum. Ergo ab universa Provincia, generatimque à singulis ejus partibus non solùm diligitur, sed etiam ornatur. Quis hunc attingere audeat? po-

Polysyndeton.
Dilemma.
Repetitio.
Interrogatio.
Subjectio.

administratae provinciae; & si velles dicere, non posses; tibi enim contradiceres, qui ideò statuas poni, & ita inscribi jussisti, ut per hoc inhiberes accusationem, ut ne auderet aliquis te accusare, quem Siculi adeò laudant, adeò honorant, & publicis praemiis testantur bene administratam à Verre Provinciam.

Quo modo existiment: Bene vel malè sentiant.

Eripiunt tibi istam orationem: Statuae à te jussae collocari non permittunt te ita loqui, ita contemnere Siculos.

Inscribi jussisti: Ostendisti, quanti faceres Siculorũ judicium, affectando Siculorum inscriptiones.

Quis enim tibi molestus: Si statuae tibi inscriptae sunt, & bona voluntate datae à negotiatoribus, aratoribus, ab universis Siculis, ergo tota provincia laudat, diligit Verrem, ergo nemo te audebit attingere, nemo accusare, quòd malè egeris in Sicilia.

Po-

potes igitur dicere, nihil tibi obesse oportere aratorum, negotiatorum, Siculorumquè omnium testimonia, cùm eorum nominibus in statuarum inscriptione positis omnem te speràris invidiam, atquê infamiam tuam posse extinguere? an, quorum auctoritate tu statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero, nisi fortè, quòd apud Publicanos gratiosus fuisti, in ea re spes te aliqua consolatur. Quæ gratia ne quid tibi prodesse posset, ego meâ diligentiâ perfeci: ut etiam obesse deberet, tu tuâ sapientiâ curâsti. Etenim rem totam, judices, breviter co-

Argumentū à cōtrariis.

Transitio ad novum argumentū.

Antithets.
Ironia.

Potes igitur dicere: Quomodo ergo potes dicere, nihil tibi debere obesse Siculorum omnium odium, quando tu per eorum amorem, elucentem ex positis statuis, sperâsti te certô liberandum ab accusatione. Est argumentum efficax à contrario.

Apud Publicanos: Publicani quinā vide in Div:n. 10. est hic transitio ex re ipsa ad novam confirmationis partem, quæ est: *cum publicanis Verres collusit in furtis:* his fortè gratiosus fuit: in horum amore sperat aliquod causæ suæ emolumentum.

Quæ gratia: Ut istorum hominum amor & gratia tibi non prosit in hac accusatione, ego diligenti rerum omnium investigatione perfeci; erui enim plurimas fraudes, quæ in lucem protractæ indicant causam favoris talem, quæ potiùs nocet tibi.

Tu tua sapientiâ: Calliditate, in removendis, & supprimendis litteris; & per hoc ipsum tibi maximè nocuisti: volebas te extricare & intricâsti.

In

cognoſcite. In Scriptura Siciliæ pro Magiſtro eſt quidam L. Carpinatius, qui & ſui quæſtûs causâ, & fortaſſe, quòd Sociorum intereſſe arbitrabatur, bene penitùs in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. Is cùm Prætorem circùm omnia fora ſectaretur, nequè ab eo unquam diſcederet, in eam jam venerat familiaritatem, conſvetudinemquè in vendendis iſtius decretis, & judiciis, tranſigendisquè negotiis, ut propè alter Timarchides numeraretur. Hoc erat etiam

Attentionē petit.

70.

4. Pars *Narrationis de publicanorum colluſione &c. Deſcribitur Carpinati9 & ejus artes.*

In Scriptura Siciliæ: Scriptura dicebatur ratio, ſive rationes publicanorum, & eorum, qui paſcua publica conducebant: annotabantur nimirùm ea, quæ à ſociis ſuo periculo habebant exigenda, vel exacta, & quæ dein Reipublicæ Romanæ erant repræſentanda.

Pro Magiſtro: Unus aliquis publicanorũ Societati præerat, & ſcripturæ, portorii, vectigalium, Decumanos cogendi ad ſenatũ, aliaq; agendi ſumma habebat poteſtatem, qui & Magiſter Societatis dicebatur, curamq; omnem gerebat tabularum & rationum, quæ deinde Romam mitti debebant. Jam pro Magiſtro erat Carpinatius, hoc eſt: hujus Magiſtri, & Præfecti Vicarius, vel ferè totus ipſe Magiſter.

L. Carpinatius: Hujus perſona, artesq; deſcribuntur, ut intelligatur, cur Publicani viderentur favere Verri.

Et ſui quæſtûs causâ: Quia etiam ſuâ interreſſe, ſe lucrari poſſe judicabat: & Sociorum, qui ſcripturæ ſocietatem habebant.

Circùm omnia fora: In certis Siciliæ urbibus Prætores jus dicere ſolebant. Hoc *forum agere* latinè dicitur. Ad ea fora vadimonia ex proximo territorio conſtituebantur. Prætor ea certis temporibus obibat, quò ſequi Verrem Carpinatius ſolebat.

Hoc erat etiam capitalior: Deterior, perniciosſior, magis exitialis.

 Fæ-

etiam capitalior, quòd idem pecuniam iis, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat. Ea autem fœneratio erat hujusmodi, judices, ut etiam hic quæstus huic cederet. Nam, quas pecunias iis ferebat expensas, quibuscum contrahebat: aut scribæ istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi isti referebat acceptas. Idem præterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fœnerabatur. Hic primò Carpinatius, antequam in istius tantam familiaritatem pervenisset, aliquoties ad socios litteras de istius injuriis miserat. Canulejus verò, qui in portu Sy-

Polysyndeton.

Fœnori dabat: Pecunias dabat cum obligatione certis temporibus lucrum sibi aliquod pendendi. Est fœnus à fœtu dictum, ut putat Festus, eò, quòd creditæ alteri pecuniæ alias pariant, & sic novos fœtus, novos semper fructus faciant. Vocatur etiam usura.

Hic quæstus huic cederet: Istud lucrum huic, Verri nempe, cedebat.

Aut scribæ istius: Verris, quem scribam annulo aureo à Verre in concione donatum pixit; plura de hoc Lib: III.

Referebat acceptas: Suprà *ferebat expensas:* referre acceptas pecunias, est in tabulas referre, in tabulis fateri & perscribere, se accepisse; ferre expensas, est scribere, quòd dederis. Hinc modus loquendi translatus, alicui in acceptis referre, fateri aliquod ab alio beneficiũ acceptũ.

Extraordinarias: Quæ in accepti & exspensi tabulis non habentur. Etiam has pecunias Verris dabat Carpinatius fœnori.

In portu operas dabat: Societates illæ, de quibus suprà, Romæ à Censoribus certo pretio conducebant vectigalia,

Syracusis operas dabat, furta quoquè istius permulta nominatim ad Socios perscripserat ea, quæ sine portorio Syracusis erant exportata: portum autem & Scripturam eadem Societas habebat. Ita factum est, ut essent permulta, quæ ex Societatis litteris dicere in istum, ac proferre possemus. Verùm accidit, ut Carpinatius, qui jam cum isto summa consvetudine, præterea re ac ratione conjunctus esset, crebras posteà litteras ad Socios de istius summis officiis in rem communem, beneficiisquè mitteret. Etenim cùm iste omnia, quæcunquè Carpinatius postulabat, facere ac decernere solebat: tum ille etiam plura scribebat ad socios, ut, si posset, quæ anteà scripserat, ea

pla-

lia, quæ in portibus pro exportandis rebus pendi debebant. Habebat ergo Societas illa in singulis provinciæ urbibus & portibus socium aliquem, qui ea vectigalia exhibebat, interdum Socios plures, pro ratione civitatum; hi curabant ea vectigalia, & dicebantur *operas dare*, vel etiam *Servi Societatis*, erantq; sub illo, qui Magister totius Societatis in provincia appellabatur.

Portum autem & Scripturam: Iidem habebant vectigalia è portu, & habebant rationes & vectigalia rerum, pecuniarum, & frumenti.

Re ac ratione: Fœnore nimirum, quæstu, vectigalium utilitate, immunitate rerum exportandarum cum eo conjunctus erat; inter se communicabant.

Ad Socios: Ad Societatem Publicanorum scribebat sæpè, multùmq; laudabat Verrem, quòd ingentia rei communi bona præstaret, ut hac ratione extingveret priores

planè exftingveret. Ad extremum verò cùm ifte jam decedebat, ejusmodi litteras ad eos misit, ut huic frequentes obviàm prodirent, gratiasq; agerent, facturos se, si quid imperâsset, studiosè pollicerentur. Itaq; Socii fecerunt: vetere instituto publicanorum; non quòd istum ullo honore dignum arbitrarentur, sed quòd suâ interesse putabant, se memores, gratosquè existimari, gratias isti egerunt: Carpinatium sæpè ad se de ejus officiis litteras misisse dixerunt. Iste cùm respondisset, se ea libenter fecisse, operasquè Carpinatii magnopere laudâsset: dat amico suo cuidam negotium, qui tum Magister erat ejus Societatis, ut diligenter caveret, atquè prospiceret, ne quid esset in litteris Sociorum, quod contra suum caput atquè existimationem valere posset. Itaq; ille multitudine Sociorum remota, decumanos convocat: rem defert. Statuunt illi atquè

71. *Membratim.*

suas querelas, quas antè in eum scripserat.

Ad extremum: Deniq; ultimò:

Decedebat: Ab officio & provincia.

Dat negotium: Demandat alicui.

Contra suum caput &c. Quod sibi perniciosum foret, & vel periculum crearet condemnationis, vel amittendæ bonæ existimationis.

Multitudine Sociorum remota: Paucis sevocatis, reliquis dimissis.

Decumanos: Dictum jam est Orat. 1. in Divin: decumanos esse dictos, qui decimas à Siculis emebant, & popu-

atquè decernunt, ut eæ litteræ, quibus existimatio C. Verris læderetur, removerentur, operaquè daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset. Si ostendo, hoc decrevisse decumanos: si planum facio, hoc decreto remotas essè litteras, quid exspectatis ampliùs? possumne rem magìs judicatam afferre? magìs reum condemnatum in judicium adducere? At quorum judicio condemnatum? nempe eorum, quos ii, qui severiora judicia desiderant, arbi-

Major.

Interrogationes vehementes.
Ab adjunctis personarum.
Geminatio.

pulo Romano pecunias pro his solvebant.

Fraudi esse posset: Ne Verri damnum & incommodum afferat.

Si ostendo: Si probari potest, & idoneis testibus confirmari, litteras, quæ condemnando Verri essent, fuisse suppressas & remotas, nunquid satis probatum est, Verrem esse reum, & damnandum: sed hoc probari potest, & probatur.

Condemnatum: Hi decumani, cùm decernerent litteras illas removendas, judicârunt has litteras nocere Verri, ergo Verrem criminum illorum esse reum, ergo suo judicio, sua opinione jam damnârunt, ergo damnatus jam aliorum judicio reus in hoc judicium adductus est. Subtiliter, sicut & illa, quæ sequuntur.

At quorum judicio? Quinam autem sunt illi, qui Verrem agnoverunt reum, & damnatum? decumani, publicani; isti sunt ex ordine Equestri. At ex ordine Equestri judices poscunt, qui judicia transferenda à Senatoribus volunt, qui severiora judicia flagitant, ergo jam habetis ex ordine severiore judices judicantes Verrem esse damnatum.

Res judicare: Ita veteres, *res judicare*, pro judicare simpliciter.

bitrantur res judicare oportere: publicanorum judicio: quos videlicet nunc populus judices poscit: de quibus, ut eos judices habeamus, legem ab homine non nostri generis, non ex Equestri loco professo, sed nobilissimo promulgatam videmus. Decumani, hoc est, principes, & quasi Senatores Publicanorū, removendas de medio litteras censuerunt. Habeo ex iis, qui affuerunt, quos producam, homines honestissimos ac locupletissimos, istos ipsos Principes Equestris Ordinis: quorum splendore vel maximè istius, qui legem promulgavit, oratio & causa nititur. Venient in medium, dicent, quid statuerint. Professò, si rectè homines

A testimonio. Minor.

Testium auctoritas.

Publicanorum judicio: Ab adjunctis personæ. Publicani sunt, hoc est: Equites, qui desiderantur ad severiora judicia: hi censuerunt Verrem damnatum, nisi removeantur litteræ.

Legem ab homine: L. Aurelium Cottam Prætorem dicit, qui legem promulgârat de judiciis Equestri Ordini restituendis.

Non nostri generis: Non ex Equestri familia nati, ut Cicero ipse natus erat.

Sed nobilissimo: Ut appareat eum re ipsâ commotum, non ulla generis conjunctione, legem promulgâsse de judiciis mutandis.

Quorum splendore: Propriè splendor Equitibus, dignitas & amplitudo Senatoribus tribuitur.

Oratio & causa: Ideò dicit Aurelius Cotta Equestri Ordini tribuendam esse judicandi potestatem, quia tales, tam egregii, tam splendidi viri omnino honore judicandi dignissimi sunt: hi tales tam splendidi viri, testes præsentes sunt: & testes integri, non mentientur &c.

Fi-

mines novi, non mentientur. Litteras enim communes de medio removere potuerunt: fidem suam & religionem removere non possunt. Ergo Equites Romani, qui te suo judicio condemnârunt, horum judicio condemnari noluerunt. Vos nunc utrùm illorum judicium, an voluntatem sequi malitis, considerate. At vide, quid te amicorum tuorum studium, quid tuum consilium, quid Sociorum voluntas adjuvet. Dicam paulò promptiùs. Neq; enim jam vereor, ne quis hoc

Traductio.

Conclusio.

72.

Repetitio.

Adjunctio.

Licentia.

Fidem suam: Blanditur decumanis, & laudat eos à fide jam multis documentis cognita. Litteras quidem possent supprimere; sed suam fidem, suam auctoritatem non ipsi volent supprimere.

Ergo Equites Romani: Ergo hoc quidem verum est: Equites, homines nobilissimi, qui judicantur dignissimi, ut habeant potestatem judiciariam, isti te habent damnatum, te condemnant suo judicio; sed nolunt tamen, ut ab aliis & ab his judicibus damneris quandoquidem removerunt litteras. Quid autem nunc potiùs considerandum, quid majoris faciendum, illorum voluntas? vel judicium? sed voluntas eorum te non juvabit, postquam damnavit judicium. Vide, quæ sequuntur paulò pòst.

Horum judicio: Istorum judicium, qui nunc huic judicio præsident.

At vide: Vide, quid prosit tibi eorum voluntas, quæ non fuit absq; partium studio, cupiditate, proprio lucro, studio amicitiæ. Non tantùm non prodest, sed & obest: nam: *Si litteras non removissent Decumani, non licuisset mihi plus dicere, aut judicibus plus suspicari, quàm re ipsâ scriptum: At modo mihi plus licet dicere, judicibus plus suspicari,* ergo &c.

Dicam paulò promptiùs: Magis liberè; minùs obnoxiè. Vult

hoc me magis accusatorie, quàm liberè dixisse arbitretur. Si istas litteras non decreto Decumanorum Magistri removissent: tantum possem in te dicere, quantum in litteris invenissem. Nunc decreto isto facto, litterisq; remotis, tantum mihi licet dicere, quantum possum; tantum judici suspicari, quantum velit. Dico, te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, multam Deliacam suppellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis maximam, Syracusis exportâsse: his pro rebus, quòd portorium non esset datum, litteras ad Socios misisse L. Canulejum, qui in portu operas daret. Satisne magnum hoc

Major.

Minor.

Complexio cum enumeratione.

Incisa.

Dissoluta.

Interrogatio.

Responsio.

Vult enim videri se hactenus metu offensionum nonnihil contraxisse libertatem loquendi.

Magis accusatoriè: Magis animo infenso,& cupiditate ducto, qualis esse solet accusatorum. Cupiditas latinè pro passione vehemente, quod vulgariter ita dicitur.

Mihi licet: Meritò enim possum suspicari, & dicere plus esse in litteris; quæ ideò remotæ sunt.

Melitensem: Vestis Melitensis muliebris fuit, quæ fiebat Melitæ,in insula Mediterranei maris, hodie Malta.

Plurimam stragulam: Accipitur pro aulæis, pro peripetasmatis, pro tegumentis lectorum, & variis aliis, quæ sterni solent.

Deliacam: Æris Deliaci prima nobilitas post Corinthiacum fuit, de quo supra.

hoc crimen videtur? nullum, opinor, majus. Quid defendet Hortensius? postulabit, ut litteras Canuleji proferam? crimen hujusmodi, nisi litteris confirmetur, inane esse dicet? clamabo, litteras remotas esse de medio: decreto Sociorum erepta mihi esse istius indicia, ac monumenta furtorum. Aut hoc contendat nunquam esse factum: aut omnia tela excipiat, necesse est. Negas esse factum: placet mihi ista defensio: descendo. Æqua enim conditio, æquum certamen proponitur; producam testes, & producam plures eodem tempore: quoniam tum, cùm actum est, unà fuerunt: nunc quoquè unà sunt: cùm interrogabuntur, obligentur non solùm jurisjurandi atquê existimationis periculo, sed etiam communi inter se conscientiâ. Si pla-

Dubitatio.

Dialogism9, Subjectio.

Dilemma.
Allegoria.

Traductio.
Geminatio.
Testes.

Aut hoc contendat: Dilemma, vel Syllogismus disjunctus: aut dicere & probare debebit Hortensius, hoc nunquam esse factum: nunquam decretum esse à publicanis, ut removerentur litteræ; vel si hoc dicere non audet, sicut non audebit, quidquid ego contra Verrem dixero, sustinere debebit, *omnia tela excipere.* Allegoria à jaculantib9, hoc est: patiatur se his telis & criminibus confici.

Negas: Assumptio approbata testimoniis, & illustrata metaphorâ, descendere enim dicimur in campum, aut in certamen.

Conscientiâ: Conscii enim sunt inter se, quid gestum sit, cùm unà fuerint. Alter igitur alterius conscientiâ ab omni tum simulatione, tum dissimulatione revocabitur, ne sci-

planum fit, hoc ita, quemadmodum dico, esse factum: num poteris dicere, Hortensi, nihil in istis fuisse litteris, quod Verrem læderet? non modò id non dices, sed ne illud quidem tibi dicere licebit: tantum, quantum ego dicam, non fuisse. Ergo hoc vestrô consiliô & gratiâ perfecistis, ut quemadmodum paulò antè dixi, & mihi summa facultas ad accusandum daretur & judicibus libera potestas ad credendum. Quod cùm ita sit, nihil fingam tamen. Meminero me non sumpsisse, quem accusarem: sed recepisse, quos defenderem: vos ex me causam non à me prolatam, sed ad me delatam, audire oportere: me Siculis

Cōclusio dilemmatis.

Adjunctio. Similiter cadens.

73.

Antitheta. Enumeratio Causarum. Annominatio.

satis

scilicet mendacii ab aliis ejusdem rei cōsciis coarguatur.

Planum fit: Demonstratur, quòd sæpe usurpat.

Quod Verrem læderet: Quod ei obesset?

Sed ne illud: Neq; negare poteris ea, quæ ego ampliùs dicam, & ultrà quàm re ipsa sit.

Ergo hoc: Ergo Verres cum Sociis suo consilio de removendis litteris,& gratiâ,quâ hoc Verres impetravit à Decumanis,nihil sibi profuit,sed nocuit,dando mihi causam dicendi, quod vellem,& judicibus plura suspicandi.

Summa facultas ad accusandum: tantum enim mihi licet dicere, quantum possum.

Quod cùm ita sit: Quamvis ergo possim plura dicere; tamen non faciam, nihil fingam, ob rationes illas,quibus inductus hanc accusationem suscepi.

Non sumpsisse: Ego non accessi ex cupiditate, & volens ad accusandum, sed recepi hoc in me officium rogatus, coactus &c.

Non à me prolatā: Non ego author fui hujus accusationis; Siculi à me petiêrunt. *Nulli-*

satis esse facturum, si, quae cognovi in Sicilia, quae accepi ab ipsis, diligenter exposuero populo Romano, si nullius vim, nullius potentiam pertimuero: vobis, si facultatem verè atquè honestè judicandi, fide & diligentiâ meâ fecero: mihimet, si ne minimùm quidem de eo curriculo vitae, quod mihi semper propositum fuit, decessero. Quapropter nihil est, quod metuas, ne quid in te confingam; etiam quod lætêre, habes. Multa enim, quae scio abs te esse commissa, quòd aut nimiùm turpia, aut parùm credibilia sunt, prætermittam; tantùm agam de hoc toto nomine Societatis. Ut jam scire possitis: quæram, decretumne sit: cùm id invenero, quæram, remotaene sint litterae? cùm id quoquè constabit,

Similiter desinens.

Distributio partium.

Conclusio iterata.

Contraria.

Præteritio.

Polysyndeton.

Sorites.

Nullius vim, nullius potentiam: Si ab æquitate non me patiar deduci metu, ac vi cujusquam.

De eo curriculo vitæ: De mea clementia, benignitate, veritate &c.

Quapropter nihil est: Reperit suam conclusionem; non utar ea facultate, quam hæc res mihi præberet, maxima adhuc crimina fingendi.

Toto nomine Societatis: Quomodo te gesseris in hac parte cum publicanis.

Quæram, decretumne: Hoc primùm quæram, an verum sit, decrevisse Decumanos, ut removerentur litteræ: tũ deinde, si hoc negari non possit, ulteriùs quæram, an opere ipso amotæ sint litteræ? si & hoc patet, vos judices concludite, annon isti Publicani & Equites per tale suum decre-

bit, vos jam, me tacito intelligetis, si illi, qui hoc istius causâ decreverunt, Equites Romani, nunc iidem in eum judices essent, istum sine dubio condemnarent, de quo litteras eas, quæ istius furta indicarent, & ad se missas, & suo decreto remotas scirent esse. Quem igitur ab iis Equitibus Rom. qui istius causâ cupiunt omnia, qui ab eo benignissimè tractati sunt, condemnari necesse esset, is à vobis judices, ulla vi, aut ratione absolvi potest? Ac, ne fortè ea, quæ remota de medio, atquè erepta vobis sunt, omnia ita condita fuisse, atquè ita abditè latuisse videantur, ut hac diligentia, quam ego à me exspectari maximè puto, nihil horum

Conclusio Apostrophe ad judices.

Synonymia.

decretum removendarum litterarum judicaverint damnandum, atq; adeò damnatum Verrem; deniq; si Equites Romani adeô addicti Verri, tamen eum damnandum censuerunt, quomodo vos poteritis absolvere? Est Sorites & talis argumentatio, cùm ex uno argumento alterum, & una ex conclusione alia deducitur.

Me tacito: Me tacente; nam tacitus is, qui tacet.

Istius causâ cupiunt: Qui ei tantopere favent, & quidlibet pro ipso facerent.

Ulla vi aut ratione: Cogere vos vis ulla, aut ratio potest, ut eum absolvatis?

Absolvi potest? Observa hic interrogationis figuram, sine qua hæc conclusio omnino frigida esset.

Ac ne fortè: Sed neq; tamen omnia fuerunt remota. Per fidem ac diligentiam meam factum est, ut aliquæ saltem publicanorum litteræ deprehenderentur, ex quibus cætera conjici possunt.

Asse-

rum investigari, nihil assequi potuerit: quæ consilio aliquo, aut ratione inveniri potuerunt, inventa sunt, judices. Manifestis in rebus hominem jam teneri videbitis. Nam quòd in publicanorum causis vel plurimum ætatis meæ versor, vehementerquè illum Ordinem observo, satis commodè mihi videor eorum consvetudinem usu, tractandoquè cognôsse. Itaquè ut hoc comperi, remotas esse litteras Societatis, habui rationem annorum, per quos iste in Sicilia fuisset: deinde quæsivi, quod erat inventu facillimum, qui per eosdem annos Magistri istius Societatis fuissent, apud quos tabulæ fuissent. Sciebam enim hanc Magistrorum, qui tabulas haberent, consvetudinem esse, ut cùm tabulas novo Magistro traderent, exempla litterarum ipsi habere non nolent. Itaquè ad L. Vibium, Equitem Rom. virum primarium, quem reperiebam Magistrum

Traductio.

74.

Facti quasi vestigia, & notas persequitur.

Assequi: passivè usurpatur, nisi legere malis: *hac diligentia investigare: assequi &c.* legitur tamen, & apud Plautum passivè.

Habui rationem annorum: Annos computavi.

Qui tabulas haberent: Quarum ipsi rationibus exigendis & conficiendis præerant.

Exempla litterarum: Exscriptiones vel descriptiones litterarum, quas vulgariter *Copias* vocant.

Non nollent: Vellent, non inviti essent, si possent exempla litterarum habere pro multis causis.

Itaq.

ſtrum fuiſſe eo ipſo anno, qui mihi maximè quærendus erat, primùm veni. Sanè homini præter opinionem improvisò incidi. Scrutatus ſum, quæ potui, & quæſivi omnia: inveni duos ſolos libellos ab L. Canulejo miſſos ſociis ex portu Syracuſis: in quibus erat ratio ſcripta menſium complurium, rerum exportatarum iſtius nomine ſine portorio. Itaquè obſignavi ſtatim. Erant hæc ex eo genere, quod ego maximè genus ex ſociorum litteris reperire cupiebam; verùm tantum inveni, judices, quod apud vos, quaſi exempli causâ proferre poſſem. Sed tamen, quidquid erit in his libellis, quantulumcunquè videbitur eſſe, hoc quidem certè manifeſtum erit: de cæteris ex hoc conjecturam facere debebitis. Recita mihi,

Traductio.

Itaq; ad L. Vibium: Narrat quomodo apud Vibium Magiſtrum Societatis, duos à L. Canulejo miſſos libellos invenerit, ex quibus Prætoris furta cognôrit.

Itaq; obſignavi ſtatim: Accuſatoribus, lege Prætoris atq; imperio, poteſtas dabatur, omnia, quæ apud quemq; ad accuſationem inſtruendam pertinentia reperirent, obſignandi, ne quid removeri poſſet.

Erant hæc ex eo genere: Erant res ejusmodi ibi contentæ, quas inveſtigabam. *Ex eo genere, quod genus:* talis modus loquendi aliquoties in Cicerone deprehenditur, ut in Divin: *ſiquod tempus accidiſſet, quo tempore &c.*

Ex Sociorum litteris: Socii hic ſemper accipiuntur pro ſociis illius Societatis, non pro Siculis univerſim, ut alibi.

Am-

mihi, quæso hunc primum libellum: deinde illum alterum LIBELLI CANULEJI. Jam non quæro, unde CCCC. amphoras mellis habueris. Unde tantum Melitensium, unde quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra: non inquam, jam quæro, unde hæc habueris: sed quò tibi tantum opus fuerit, id quæro. Mitto de melle: sed tantumne Meltensium? quasi etiam amicorum uxores: tantum lectorum? quasi etiam omnium istorum villas ornaturus esses. Cùm hæc paucorum mensium ratio in his libellis sit, facite, ut vobis triennii totius veniat in

Præteritio criminosa.

Conduplicatio.

75. *Ex minore amplificat.*

Amphoras mellis: Amphora, sive quadrantal Romanis dictum à mensuræ figura, quæ omni ex parte pedem habebat quadratum; est vas complectens congios octo, sive quadraginta & octo sextarios.

Tantum Melitensium: Vestium muliébrium, de quibus suprà.

Quinquaginta tricliniorum lectos: Triclinia sunt, in quibus lecti, ubi accumberetur, ponebantur. Per lectos intellige sellas illas in modum lecti compositas, substratam etiam culcitram habentes, quibus in tricliniis & conviviis ita utebantur antiqui,ut accumberent ad mensam, nec omnino sedentes, nec omnino jacentes,sed medio quodam situ,subjectis cervicalibus utentes.

Mitto de melle: Omitto dicere de melle.

Amicorum uxores: Acutè; facit enim occultè suspicionem,donata hæc esse amicorum uxoribus, quos in invidiam conatur adducere, quippe Verris defensores. Apparet autem ex hoc loco, Melitenses vestes esse muliebres.

Cùm hæc paucorum: Si,ut legebatur ex libellis Canuleji, paucis mensibus talis defraudatio est facta, quid toto trien-

in mentem. Sic contendo: ex his parvis libellis apud unum Magistrum Societatis repertis, vos jam conjecturâ assequi posse, cujusmodi prædo iste in illa provincia fuerit, quàm multas cupiditates, quàm varias, quàm infinitas habuerit: quantam pecuniam non solùm numeratam, verùm etiam hujusmodi in rebus positam, confecerit: quæ vobis alio loco planiùs explicabuntur. Nunc hoc attendite. His exportationibus, quæ recitatæ sunt, scribit H.S.LX. Socios perdidisse ex vicesima portorii Syracusis. Pauculis igitur mensibus, ut hi pusilli & contempti libelli indicant,

Repetitio.

fur-

triennio Præturæ? si hæc apud unum magistrum Societatis deprehensa sunt, qualis conjectura de multis, de omnibus provinciæ locis?

Positam: Non solùm in parata pecunia, sed in rebus ipsis.

Confecerit: Conficere pecuniam, est colligere, acquirere, corradere.

H. S. LX. Subaudi millia, ut semper, hoc est: coronatos mille quingentos. Tantum conficiebat vel solum Sociorum damnum, quod patiebantur non recipientes vicesimam partem ex portoriis, cùm nulla omnino darentur portoria Societati; sed probabiliter Verri, vel locô hujus res aliæ & hoc intra paucos menses.

Ex vicesima portorii: Nàm partem vicesimam earum rerum, quæ exportabantur, publicani portorii, & vectigalis nomine capiebant, hoc est: quinque in singula centum. Unde aurum vicesimarium, quod in ærario sanctiore ad ultimos reipublicæ casus servari solitum scribis Livius l. 7. dec. 3.

Pusilli & contempti: Exigui mole, & in speciem nihil valentes, nihil æstimati.

Quæ

furta prætoris, quæ essent H. S. duodecies, ex uno oppido solo exportata sunt. Cogitate nunc, cùm illa sit hæc insula, quæ undiquè exitus maritimos habeat, quid ex cæteris locis exportatum puteris: quid Agrigento, quid Lilybæo, quid Panormo, quid Thermis, quid Halesâ, quid Catinâ, quid ex cæteris oppidis: quid verò Messanâ: quem iste sibi locum maximè tutum arbitrabatur: ubi animo semper soluto, liberoquê erat, quòd sibi iste Mamertinos delegerat, ad quos omnia, quæ aut diligentiùs servanda, aut occultiùs exportanda erant, deportaret. His inventis libellis cæteri remoti, & diligentiùs sunt reconditi: nos tamen, ut omnes intelligant, hoc nos sine cupiditate agere, his ipsis libellis contenti sumus. Nunc ad Sociorum tabulas

Argumentatio ad maj9, per distributionem, repetitionem &c.
Incisa.

Polysyndeton.

76.
Transitio.

Quæ essent H.S. duodecies: Quæ conficerent sestertiûm duodecies centena M. cùm enim numerus adverbialiter ponitur, jam suprà dictum est, subintelligi semper centena millia, & hæc summa conficit 30. millia Coron. quarum pars vicesima est, quam Cicero posuit, nimirum 60. M. H. S. vel 1500. Coron.

1200000. H. S. 30000. Coron.

Divide utrumq; per viginti, evenient H.S. LX. id est: 60000. H. S. 1500. Coron.

Mamertinos: Messanenses, uti suprà.

Nunc ad: Transitio est à tabulis Sociorum, quas removerunt, ad eas, quas removere non potuerunt; in his deprehendit aliquas, circa nomen Verrutii falsò insertum, habentes deceptionem: narrat, quomodo Carpinatius,

las accepti, & expensi, quas removere honestè nullo modo potuerunt, & ad amicum tuum Carpinatium revertemur. Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas Societatis, quæ significabant, multis nominibus eos homines versuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. *A testibus.* Erit vobis luce clarius, judices, cùm eos ipsos produxero, qui dederunt. Intelligetis enim, illa tempora, per quæ, cùm essent in periculo, pretio sese redemerunt, cum Societatis tabulis non solùm consulibus, verùm etiam men-

tius dicere noluerit, quis iste Verrutius.

Quæ significabant: Vidimus Syracusis tabulas accepti & expensi, quas conscripserat Carpinatius, & deprehendimus, quòd homines illi, qui pecuniam Verri dederunt, à quibus fœneratus est Carpinatius, uti suprà, multa omnino debita debuerint contrahere, ut debita Verri & Carpinatio possent solvere.

Versuram fecisse: Versura est propriè creditoris conversio, & mutatio, cùm quis alii ut solvat, ab alio pecuniam mutuatur; & sic novis debitis antiqua debita expungit; ut huic debitor non sit, accepit ab altero pecunias, & priore soluto, fit debitor alteriùs. Hic significat universaliter, *æs alienum contraxisse.*

Intelligetis enim: Convenire tempus, quo hæc facta, & scripta cum tempore Consulum, illis mensibus, illo anno, quo iste vel iste Consul fuit; sicut annotabatur semper: *Consule e. g. Metello.*

Per quæ, cùm essent in periculo: Ea tempora, quibus debuerunt contrahere nova debita, ut Carpinatio satisfacerent, concordare cum tempore illorum tum Consulum.

Cùm

mensibus convenire. Cùm hæc maximè cognoſceremus, & jam in manibus tabulas haberemus, repente adſpicimus lituras ejusmodi, quaſi quædam vulnera tabellarum recentia. Statim ſuſpicione offenſi, ad ea ipſa nomina oculos, animumq; tranſtulimus. Erant acceptæ pecuniæ à C. Verrutio C. F. ſic tamen, ut usq; ad alterum, R. litteræ conſtarent integræ reliquæ omnes eſſent in litura. Alterum, tertium, quartum, permulta erant ejusdemmodi nomina. Cûm manifeſta res, tum flagitioſa tabularum, atquè inſignis turpitudo teneretur, quærere incepimus de Carpinatio, quis nam eſſet is Verrutius, quicum tantæ pecuniæ rationem haberet. Hærere homo, verſari, rubere. Quòd

Similitudo.

Diſſoluta.

Synecdoche.

Cùm hæc maximè cognoſceremus: Elegans locutio cum emphaſi momentum ipſum ſignificans, quo quid fieri dicitur. Sic Cic: in epiſt. *cûm hæc maximè ſcriberem, ecce tibi &c. cùm maximè* ergo ſignificat: *hoc ipſo tempore*, hoc momento.

Lituras: vide ſuprà.

Pecuniæ à C. Verrutio: A. C. Verre Carpinati9 acceperat pecuniam, ut in fœnore collocaret: poſteà ne res ea Verri fraudi eſſe poſſet, corrupit nomen, & fecit, à C. Verrutio. Relictum ergò *Ver: re* interlitum, & in lituram *rutio* relatum. G. f. videtur ſignificare *Caji filio*.

Hærere homo, verſari &c. Verſari transfertur ad eos, qui pudore, aut animi ſive dubitatione, ſive dolore quopiam, huc illuc ſe convertunt, neq; ubi tranquillè conſiſtant, inveniunt. Ita Cic. ſæpè: *verſat ſe, quærit, quid agat. Æſtuabat dubitatione, verſabat ſe &c.*

Incisa. Quòd lege excipiuntur tabulæ publicanorum, quò minùs Romam deportentur, ut res quàm maximè clara, ac testata esse posset, in jus ad Metellum Carpinatium voco, tabulasquè Societatis in forum defero. Fit maximus concursus hominum: & quòd erat Carpinatii nota cum isto Prætore societas, ac fœneratio, summè exspectabant omnes, quidnam in tabulis contineretur.

77. *Oratio indirecta.* Rem ad Metellum defero, me tabulas perspexisse Sociorum: in his tabulis magnam rationem C. Verrutii permultis nominibus esse, mequè hoc perspicere ex consulum, mensiumq; ratione, hunc Verrutium nequè ante adventum C. Verris, nequè post decessionem quidquam cum Carpinatio rationis habuisse. Postulo, mihi respondeat, qui

Repetitio. sit iste Verrutius; mercator, an nego-

Quòd lege excipiuntur: Quia non licebat per leges ipsas Societatis tabulas mecum deferre Romam, ideò in Sicilia ad Metellum prætorem detuli ob hanc causam Carpinatium, accusavi Carpinatium.

Fœneratio: Quas enim pecunias Carpinatius occupabat, apud alios fœnori locabat, earum usuræ & fructus ad Verrem pertinebant, id, quod passim notum erat, ideò tantus concursus hominum, & exspectatio.

Permultis nominibus: Variis modis, rationibus, titulis.

Ex consulum, mensiumq; ratione: Convenire tempus cum anno consulum, ut suprà.

Qui sit: Vel quis.

Ne-

negotiator, an arator, an pecuarius: in Sicilia sit, an jam decesserit. Clamare omnes ex Conventu, neminem unquam ex Sicilia fuisse Verrutium. Ego instare, ut mihi responderet, quis esset, ubi esset, unde esset: cur servus Societatis, qui tabulas confecerit, semper in Verrutii nomine certo ex loco mendosus esset. Atquè hæc postulabam, non quò illum cogi putarem oportere, ut ea mihi responderet invitus, sed ut omnibus istius furta, illius flagitium, utriusquè audacia per-

Synecdoche figura.

Conversio figura.

Distributio. Adjunctio.

Negotiator: Negotiator magìs genericè significat, quàm *mercator*, comprehendit enim modum negotiandi diversissimum, & sic appellabantur Cives Romani, vel Socii in provinciis, qui agros habebant, quorum fructus per procuratores suos vendebant.

Pecuarius: Qui pecorum vel curam habet, vel pecora publica redimit, vendit &c.

Ex Sicilia: h. e. in Sicilia.

Servus Societatis: Qui operam dabat Societati, sub Magistro Societatis erat, quem nempe Magister Societatis pro scriba habebat ad conficiendas tabulas: cur iste semper in nomine Verrutii mendosus esset, sive lituram fecisset, semper mendum, semper vitium fecisset?

Non quò: Non eo fine: cùm res ipsa pateret satis.

Istius furta: Verris, qui tantam pecuniam iniquè à Sociis expressam fœneraretur.

Illius flagitium: Carpinatii, qui acceptam à Verre pecuniam fœnori dedisset, & Verrem in Verrutium, depravatis tabulis flagitiosè convertisset.

Utriusq; audacia: Verris in danda; & Carpinatii, qui acceptam à Verre pecuniam fœnori dedisset, posteaq; Verrem in Verrutium, depravatis tabulis convertisset.

perſpicua eſſe poſſet. Itaquè illum in jure metu, conſcientiaquè peccati mutum, atquè exanimatum, ac vix vivum relinquo: tabulas in foro ſummâ hominum frequentiâ exſcribo: adhibentur in exſcribendo de Conventu viri primarii: litteræ lituræquè omnes aſſimulatæ, expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur. Hæc omnia ſummâ curâ, & diligentiâ recognita, & collata, & ab hominibus honeſtiſſimis obſignata ſunt. Si Carpinatius tum mihi reſpondere noluit, reſponde mihi nunc tu Verres, quem eſſe hunc tuum pœnè gentilem Verrutium putes? Fieri non poteſt, ut, quem video, te Prætore in Sicilia fuiſſe, & quem ex ipſa ratione intelligo locupletem fuiſſe, eum tu in tua provincia non cognôris. Atquè adeò, ne hoc aut longius, aut obſcu-

Membratim.

Polyſyndeton.

Ab adjunctis.

In Jure: In judicio; apud tribunal Prætoris.

Exſcribo: Exemplum (*copiam* barbarè) deſcribo.

De Conventu: Civium Romanorum.

De tabulis in libros: Deſcribuntur ea de tabulis ſive ſcriptis Societatis, & inſcribuntur libro, in quo ego accuſationis puncta annotavi.

Pœnè gentilem: Ob nominum ſimilitudinem; gentiles enim Romanis dicebantur, qui ex eadem gente idem nomen habebant, etſi cognomina eſſent diverſa.

Quem video: Ex convenientia temporis video, te Prætore fuiſſe hunc in Sicilia, & rationes probant fuiſſe locupletem; ſiquis igitur Verrutius fuit, tu Prætor noveris &c.

Ne hoc aut longius: Ne diutiùs moremur in verbis, nequè res porrò dubia aut obſcura ſit.

Ex-

obſcurius eſſe poſſit, procedite in medium, explicate deſcriptionem, imaginemque tabularum, ut omnes mortales iſtius avaritiæ non jam veſtigia, ſed ipſa cubilia videre poſſint. Videtis Verrutium? videtis primas litteras integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris, tanquam in luto, demerſam eſſe in litura? ſic habent ſe tabulæ, judices, ut videtis. Quid exſpectatis? quid quæritis amplius? tu ipſe Verres, quid ſedes? quid moraris? nam aut exhibeas nobis Verrutium, neceſſe eſt: aut te eſſe Verrutium fateâre. Laudantur Oratores veteres, Craſſi illi, & Antonii, quod

Metaphora.

78. *Repetitio.*

Allegoria. Annominatio.

Repetitio. Interrogatio ad inſtandum. Peroratio.

Explicate deſcriptionem: Exhibete deſcriptum exemplar à tabulis, & librum, in quem ex tabulis relatæ ſunt rationes, factum prorſus ad imitationem primæ tabulæ, & imaginem ſive ectypon, ad formam archetypi.

Sed ipſa cubilia: Metaphora eſt à feris deſumpta,& venatoribus; nam ex veſtigiis conjicimus; in cubilibus, quod quærebamus, invenimus. Cubilia ſunt,ubi cubant, & jacent.

Caudam: Extremam partem nominis, litteras ultimas vocat caudam falsè & contemptibiliter cum Metaphora fundata ſimul in Verris nomine, & in priore ſimilitudine.

Cubilia: Item uti priùs ſumpta ſimilitudine à beſtia, cujus cauda extra cubile exſtans index eſt, eam ibi deliteſcere. Ludit & in luto ac litura per annominationem.

Laudantur Oratores: Peroratio brevis cum enumeratione generatim facta eorum, quæ dixit.Convicto Verre convertit ſe Cicero ad judices, & ad defenſorem Verris

A dissimili exemplo. quòd crimina diluere dilucidè, quòd copiosè rerum causas defendere solerent. Nimirum illi non ingenio solùm his patronis, sed fortunâ etiam præstiterunt. Nemo enim tunc ita peccabat, ut defensioni locum non relinqueret: nemo ita vivebat, ut nulla ejus vitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccato

Repetitio. Synonyma. tenebatur, ut cùm impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. Nunc verò quid faciat

Subjectio. Dubitatio. Hortensius? avaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumquè defendit. An ab hac ejus infamia, nequitia, vestros animos in aliam partem fortitudinis com-

ris Hortensium, cui proponit dissimile exemplũ veterũ Oratorũ Crassi & Antonii, qui nunquam reum omni ex parte turpem ac sceleratũ defendere ausi sunt. Sic argumentatur contra Hortensium; alios defenderunt reos Crassus & Anton: alium tu; ergo non sicut illi laudem ex defensione obtinuerunt, ita & tu, sed dedecus & infamiam obtinebis.

Fortuna etiam præstiterunt: Etiam excelluerunt in fortuna; ita enim sors ipsis favebat, ut nunquam tam sceleratꝰ reus obtingeret defendendus. Ergo & ingeniosiores, & feliciores fuère, quàm isti Patroni Verris.

Avaritiæne crimina: An condonari petet Verrï manifesta avaritiæ crimina, enumerando, quàm frugaliter & temperanter vixerit? sed nihil frugalitatis in eo est, mera flagitia, libidines, nequitiæ &c.

Fortitudinis commemoratione: Ut animi vestri illius fortitudinis recordatione occupati, horum criminum obli-

vi-

commemoratione traducat? At homo inertior, ignavior, magis vir inter mulieres, impura inter viros muliercula proferri non potest. At mores commodi. Quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hæc sine cujusquam malo. Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam fuit? In hoc homine, atquê in ejusmodi causa quid facerent omnes Crassi & Antonii? Tantum, opinor, Hortensi; ad hanc causam non accederent, ne in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent. Liberi enim ad causas, solutique veniebant:

Auxesis.

Cōmutatio.

Repetitio.

Similiter desinentia.

Antitheta.

viscantur; sed nihil fortitudinis in hoc non viro, sed fœmina est reperiendum.

Magis vir inter mulieres: Contentione rem auget, nam virum nequam & ignavum non contentus appellâsse, addidit, *inter mulieres.* Ac si diceret vel muliere ignavior: vel tantùm inter mulieres Vir.

Impura inter viros muliercula: Quasi diceret impurior meretrice, & ea meretrice, quæ vel viris impudicior esset. Nam quamvis impudica mulier, retinet tamen, quàm vir impudicus, plus pudoris ac verecundiæ.

Mores commodi: Tolerabiles, tempestivi, utcunq; boni. Observanda hic elegans subjectio.

Tantum, opinor: Hoc, & non plus facerent.

Ne in alterius impudentia: Ne hominem tam impudentem defendendo & ipsi impudentes viderentur.

Liberi, solutiq;: Ad causas accedebant non obligati suo reo ob acceptam jam mercedem, nondum vendita sui pudoris existimatione, & ita, ut si viderent se talem

reum

Similiter cadens.

bant: nequè committebant, ut, si impudentes in defendendo esse noluissent, ingrati in deserendo existimarentur.

reum defendendo, impudentiæ crimen non evitaturos, possent derelinquere reum, quin propterea viderentur ingrati. Pungit Hortensium, qui à Verre præter cætera dona acceperat Sphingis statuam æneam magni pretii; & hinc,ut testis est Livius, ingeniosè aliquando respondit Cicero Hortensio dicenti, se Ciceronis ænigmata non intelligere: *Atqui debes*,inquit Cicero,*cùm Sphingem domi tuæ habeas*. Cæterum cùm libri accusationum Verris sint ferè una continuata oratio, hæc peroratio fusa non est, nequè totam habet artem, videturq; potiùs digressio in Hortensium, ut eum deinceps à defensione absterreat.

Axiomata Ethica & Politica.

1. *Saluti hominum potiùs consulendum est, quàm voluntati.*
2. *Ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis amittendæ, aut violandæ justitiæ est.*
3. *Si nos innocentes existimari volumus, non solùm nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstáre debemus.*
4. *Prætoris manus sunt ejus delecti comites,Præfecti,Scribæ.*
5. *Præsidibus atq; aliorum Rectoribus, non solùm de se, sed & de suis reddenda est ratio.*
6. *Omnes omnium pecuniæ positæ sunt in Judicum,& Magistratum potestate,si hi & audaces sint,& iniqui.*
7. *Habenda est & dignitatis,& ætatis,& nobilitatis ratio.*
8. *Non est permissum, ut impunè nobis liceat, quod alicui eripuimus, id alteri tradere.*

9. Pr-

9. *Putarem te gratum in Superos, si dona iis des non aliorum, sed de bonis tuis; non enim Deo de rapinis est offerendum.*

10. *Facilè serpit injuria, vitium, & peccandi consvetudo non facilè reprimitur.*

11. *Quid est turpius ingenuo, quid minùs libero dignum, quàm in Conventu maximo cogi à Magistratu, furtum reddere?*

12. *Res judicata non est facilè rescindenda.*

13. *Si illud est flagitiosum (quod mihi omnium rerum turpissimum, maximèq; nefarium videtur) ob rem judicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem, & religionem: quantò illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, à quo pecuniam ad absolvendum acceperis, condemnare? scelus est accipere ab reo: quantò magis ab accusatore? quantò etiam sceleratius ab utroq;?*

14. *Prætoris injurias tacitè, hospitis placidè ferre decet.*

15. *Si non pietatis, at salutis tuæ ratio ad officium & sanitatem reducere te debet.*

16. *Cum accusator non adest, reum condemnari non oportet.*

17. *Res iniquissima, & acerbissima est, absentem reum fieri.*

18. *Hospitii violatio nefarium scelus est.*

19. *In senatum non est legendus, qui quæstum facit.*

20. *Studia, cupiditatesq; honorum, atq; ambitiones evertendæ reipublicæ solent esse.*

21. *Hi, qui per largitionem Magistratus adipiscuntur, tantùm in id solent operam dare, ut lacunam rei suæ familiaris expleant.*

22. *Minore ignominia afficitur, cui Magistratus abrogatur, quàm cùm ea, quæ in Magistratu gessit, tolluntur, atq; irrita jubentur esse.*

23. *Non committendum est, ut in alterius impudentia nostri nos pudoris existimationem amittamus.*

24. *Scelerati sæpè metu conscientiaq; peccati muti fiunt, & exanimati.*

25. *Testes ii credendi sunt sinceri, qui, quod interrogantur, affirmant vel negant, non solùm jurisjurandi atq; existima-*

ma-

mationis periculo obligati, verùm etiam communi inter se conscientia.

26. *Vir constans ne minimùm quidem de eo vitæ curriculo decedit, quod ei per sanam rationem, virtutemque propositum est.*

27. *Qui in manifesto peccato tenetur, cùm impudens fuerit in facto, longè impudentior censendus, si negat.*

28. *Vir inter mulieres, impura inter viros muliercula.*



VER-

VERRINA VII.

Sive

ACCUSATIONIS IN VERREM LIBER V.

ARGUMENTUM.

DIsputat Cicero contra Hortensium, Verris Patronum & amicum, qui defendebat illum eo præsertim nomine, quòd esset Bonus Imperator, & bellica virtute præstans. Laudem hanc nequaquam Verri convenire ostendit à duplici capite & bello; altero servorum fugitivorum, in quo Verris Siciliam non modò non defendit, verùm etiam perturbavit avaritiâ suâ, & luxuriâ: altero prædonum, in quo idem Verres maxima admisit crimina avaritiæ, majestatis diminutæ, libidinis & crudelitatis.

Oratio in genere demonstrativo; nam ironiâ fere perpetuâ C. Verris Imperatoris Virtutes,

hoc est: quatuor flagitia, avaritia, Majestas diminuta, libido, crudelitas vituperantur.

Dicendi character copiosus, amplificationibus & affectibus plenus;

Status, seu Quæstio: An C. Verres sit Bonus Imperator?

Divisio Orationis.

Exordium.

CIcero ridet Hortensium, qui contendere audeat Verrem esse bonum Imperatorem, ac propterea judicio esse absolvendum.

Subest hic artificiosa insinuatio Oratoris, dum in principio utitur ironiâ ad fiduciam suæ causæ ostendendam, debilitandumq; adversarium.

Propositio. & Distributio.

Cajus Verres non ideò est absolvendus, quòd sit bonus Imperator; non enim est; sed contrà vitia Imperatoris maxima habet; avaritiæ, libidinis, diminutæ Majestatis, & crudelitatis reus est.

Narratio toti orationi immixta est frequentissimè, eaq; Oratoriè amplificata, figuris pulcherrimis illustrata.

Propositionis Confirma-

Argum: 1. Verres Siciliam adversùs fugitivos non modò non defendit; verùm etiam commovit suâ avaritiâ, & neglexit suâ luxuriâ.

Argumentum 2. In bello prædonum pariter non exercuit virtutes in Imperatore requisitas, sed potiùs maxima admisit crimina avaritiæ, Majestatis diminutæ, libidinis, crudelitatis &c. à N. 17.

Postea, quæ ad Imperatoris officium singulariter pertinebant, excurrit specialiter in crudelia supplicia de

tio. & Amplificatio.

de Romanis civibus ſumpta à N.53.ut poſtquam ſingulare odium in Verrem concitavit deſcribendo crudelitatem in navarchos exercitam, accumelet odium miſeratione concitata erga cives Romanos, quos ille virgis plurimos cædere, conjicere in latomias ferè innumeros, agere in crucem honeſtiſſimos quosq; contra jus & dignitatem, & fiduciam urbis, imò crucem in conſpectu Italiæ figere non dubitavit. Quam crudelitatem uti & priorem in navarchos, atq; argumenta ſuperiora pulcherrimâ eloquentiâ ſub oculos ponit crebris hypotypoſibus, apoſtrophis, comparationibus, exclamationibus atq; ſimilibus figuris, ut ſummus Orator apicem duorum affectuum, & miſericordiæ & odii hic attigiſſe videatur.

Peroratio.

1. Commendat Cicero cauſam Judicibus. 2. Comminatur Hortenſio, 3. Minatur, ſe dalaturum cauſam ad aliud forum, neq; ſe timere ait multorum, præſertim nobilium inimicitias, ipſosq; nobiles in invidiam adducit. 4. Anacephalæoſin facit criminum Verris; deniq; Deos, Deasq; omnes vehementi apoſtrophâ obteſtatur, propter Verris furta, libidinem, avaritiam, & omnia flagitia, ut & ipſi & Judices hominem cœlo & terris inviſum perdant.



ORA-

ACCUSATIONIS

ORATIO.

I. *Exordium à re ipsa, tanquā in causa notissima.*

NEmini video dubium esse, judices, quin apertissimè C. Verres in Sicilia, sacra profanaque omnia, & privatim, & publicè spoliârit, versatusque sit sine ulla non modò religione, verùm etiam dissimulatione in omni genere furandi, atquè prædandi. Sed quædam mihi magnifica & præclara ejus defensio ostenditur: cui quemadmodum resistam, multò mihi antè judices, providendum. Ita enim causa constituitur, provinciam Siciliam vir-

Ironia.

Nemini video &c. Periodus numerosa; amplificata, quales initio Orationis amant Rhetores. Breviter sed minùs ornatè dicere potuisset; apparet omnibus, quod & quanta scelera patrârit Verres.

Et privatim, & publicè: Tum ut privatus furtim; tum ut Magistratus & tanquam pro potestate, quam habuit Prætor, palàm.

Non modò: Sunt particulæ, quæ trahunt periodum. Ablativi: *religione, dissimulatione* serviūt amplificationi verbali.

Religione: Religio variè accipitur: hic pro metu tum Deorum, tum hominum: sic *injicere alicui religionem:* est metum Numinis & conscientiæ scrupulum injicere.

Dissimulatione: Absq; eo, quòd causam honestam obtenderet, aut fucum rebus faceret; neq; usus occultis artibus, ut dicit Orat. pro Milone: *non calumniâ litium non injustis vindiciis, ac sacramentis &c.*

Causa constituitur: Sic format statum quæstionis Hortensius: Verres quidem pecunias contra leges cepit; at pro-

virtute ejus, & vigilantia singulari dubiis, formidolosisquè temporibus à fugitivis, atquè à belli periculis tutam esse servatam. Quid agam judices? quò accusationis meæ rationem conferam? quò me vertam? ad omnes enim meos impetus, quasi murus quidam, Boni nomen Imperatoris opponitur. Novi locum: video, ubi se jactaturus sit Hortensius. Belli pericula, tempora reipublicæ, Imperatorum penuriam commemorabit: tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro suo jure contendet, ne patiamini talem imperatorem populo Rom. Siculorum testi-

Capita defensionis primum proponit, ut refellat.
Dubitatio ironica.
Præsumptio.
Similitudo.

Similiter cadens.
Incisa.

provinciam sua virtute servavit. Utrum ergo æquius est, Verrem propter repetundarum crimen damnari, quàm absolvi ob conservatam provinciam?

A fugitivis: Cùm Verres in Sicilia Prætor esset, fugitivi bellum in Italia excitârunt, quos cùm in Siciliam transire conarentur, ut se cum Siculo servitio conjungerent, dicebat Hortensius à Verre interclusos aditu fuisse. Fugitivi erant servi, qui excusso servitutis jugo à Dominis suis recedentes pro obtinenda libertate etiam armis decertabant, de quibus plura in sequ.

Novi locum: Qui occasionem, & facultatem exaggerandi præbeat Oratori.

Pro suo jure contendit: Carpit Hortensium, quasi dominari soleret in judiciis. *Pro suo jure,* vulgò acciptur *pro eo, quod sua interest:* pro sua *virili parte:* pro eo, quod licitum, & à nemine potest impediri. Hic tamen Cicero Hortensii dominum in judiciis insinuare vult, & *pro suo jure,* pro *suo dominatu & potestate* ait.

testimoniis eripi: nevè obteri laudem Imperatoriam criminibus avaritiæ velitis. Non possum dissimulare, judices: timeo, ne C. Verres propter hanc virtutem eximiam in re militari, omnia, quæ fecit, impunè fecerit. Venit enim mihi in mentem, in judicio M. Aquilii, quantum auctoritatis, quantum momenti oratio M. Antonii habuisse existimata sit: qui, ut erat in dicendo non solùm sapiens, sed etiam fortis, causâ propè peroratâ, ipse arripuit M. Aquilium, constituitquè in conspectu omnium, tunicamquè ejus â pectore abscidit, ut cicatrices populus Romanus, judicesquè adspicerent adverso corpore exceptas. Simul & de illo vulnere, quod ille in capite ab hostium duce acceperat, mul-

Ironicè.

De M. Aquilio.

Obteri laudem criminibus avaritiæ &c. Ne prævaleant avaritiæ crimina virtutibus boni Imperatoris, ne condemnetur ob crimina alia, qui ob virtutes bellicas dignus servari.

In judicio M. Aquilii: Ex persona Hortensii adducit exemplum Aquilii, qui quamvis multis avaritiæ criminibus convictus, & repetundarum reus, judicio tamen liberatus est, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat. Nam M. Aquilius Consul bellum servile in Sicilia concitatum confecit, de quo Florus lib. 3. c. 19.

Tunicam à pectore abscidit: Alibi: *diloricavit, & judicibus cicatrices adversas senis imperatoris ostendit.*

Ab hostium duce: Athenio dicebatur Dux ille.

Cùm

multa dixit: eoquè adduxit eos, qui erant judicaturi, vehementer ut vererentur, ne, quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cùm sibi ipse non pepercisset, hic non ad populi Romani laudem, sed ad judicũ crudelitatem videretur esse servatus. Hæc eadem nunc ab illis defensionis ratio viaq; tentatur: idem quæritur. Sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium, vitiorumq; princeps: at est bonus Imperator, & felix, & ad dubia reipubl. tempora reservandus. Non agam summo jure tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere: cùm judicium certa lege sit constitutum, non quid in re militari fortiter feceris, sed quemadmodum manus ab alienis pecuniis abstinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, sic agam, sed ita quæram, quemadmodum

Periodicè.

Contraria.

Concessio, quam faciunt adversarii.

Repetitio.

2.

Præteritio.

Conduplicatio.

Cùm sibi ipse non pepercisset: Cùm in pugna nullam suæ salutis rationem habuisset.

Ad judicum crudelitatem: Ut eum judices necarent, quem servare fortuna voluisset. Observa catenam periodicam per particulas adverbiales, *eoq;, ut, ne, cùm, non ad, sed ad.*

Dubia tempora: Dubium dicitur tempus pro ancipite, & periculoso, cùm sinistrum exitum metuimus.

Summo jure: Non ita strictè tecum agam, ut nihil in judicium afferri patiar, quàm quod ad crimen repetundarum pertinet: cùm tamen hæc esset principalis quæstio.

Certa lege: Nimirum lege repetundarum solum modò agendum esset, & quærendum de criminibus avaritiæ, an absti-

dum te velle intelligo, quæ tua opera, & quanta fuerit in bello. Quid dices? an bello fugitivorum Siciliam virtute tua liberatam? magna laus, honesta oratio: sed tamen, quo bello? nos enim post id bellum, quod M. Aquilius confecit, sic accepimus, nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse. At in Italia fuit. Fateor, & magnum quidem, ac vehemens. Num igitur ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? num tibi illius victoriæ gloriam cum M. Crasso, aut Cn. Pompejo communicandam putas? non arbitror hoc etiam deesse tuæ impudentiæ, ut quid-

Refutatio ab adjunctis. Interrogatio. Subjectio.

Pars 1. *De bello fugitivorum.*

abstinueris manus ab alienis pecuniis.

Quid dices? Incipit Refutatio, quæ in tres partes dividetur 1. Verres in bello fugitivorum Siciliam non defendit, quia bellum fugitivorum non fuit in Sicilia &c. 2. Imò etiam commovit suâ avaritiâ. 3. Neglexit suâ luxuriâ: ergo nullam exercuit imperatoris virtutem.

Magna laus, honesta oratio: Esset hoc aliquid ad laudem, & ad sui honestam defensionem.

At in Italia fuit: Duce Spartaco, nobili gladiatore, qui fugitivorum ingenti manu coacta, comparatisq; copiis bellum adversus Romanos magnum, & periculosum propè quadriennium gessit; sed à Crasso posteà & Pompejo confectum hoc bellum est.

Cn. Pompejo: Cum fugitivis non pugnavit Pompejus, sed cùm ex Hispania superato Sertorio rediret, magnum fugitivis terrorem ejus adventus injecit, uti pro Lege Manil: *Testis est iterum, & sæpiùs Italia, quæ, cùm servili bello tetro periculosoq; premeretur, ab hoc auxilium absen-*

quidquam ejusmodi dicere audeas. Obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiæ possent. Ubi? quando? qua ex parte: cùm aut navibus, aut ratibus conarentur accedere? nos enim nihil unquam prorsus audivimus: & illud audivimus, M. Crassi fortissimi viri virtute consilioquè factum, ne ratibus conjunctis, freto fugitivi ad Messanam transire possent; à quo illi conatu non tantopere prohibendi fuissent, si ulla in Sicilia præsidia ad illorum adventum opposita putarentur. At cùm esset in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. Quid mirum? ne cùm in Sicilia quidem fuit, eo-

Anteoccupatio. *Adjuncta.* *Interrogatio.* *Responsio.*

Anteoccupatio.

absente expetivit, quod bellum expectatione Pompeji attenuatum, atq; imminutum est, adventu sublatum ac sepultum.

Aut ratibus: Rates vocant ligna colligata, quæ per aquam aguntur: quo vocabulo interdum etiam naves intelliguntur.

Ad Messanam: Urbs Siciliæ, propinqua Peloro promontorio.

Si ulla præsidia: Si nempe diligentiâ, atq; operâ Verris exercitus fuissent comparati, qui advenientibus fugitivis obsisterent.

At cùm esset in Italia: Objectio est Verris, quasi bellum tam prope Siciliam esse non potuerit, quin simul in Siciliam pervaderet; cui respondet hoc dilemmate: vel propinquitas hæc fecit, ut fugitivi potuerint facilè ab Italia transire in Siciliam, & hic bellum excitare? vel ut servi in Sicilia imitarentur eos, qui bellum in Italia excitârant? utrumq; dein refutat.

Tam propè à Sicilia: Tam prope Siciliam.

eodem intervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervasit. Etenim propinquitas locorum ad utram partem hoc loco profertur? utrùm aditum facilem hostibus, an contagionem imitandi ejus belli periculosam fuisse? Aditus omnis hominibus sine ulla facultate navium non modò disjunctus, sed etiam clausus est: ut illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad Oceanum pervenire, quàm ad Peloridem accedere. Contagio autem ista servilis belli, cur abs te potiùs, quàm ab iis omnibus, qui cæteras provincias obtinuerunt, prædicatur? an quòd in Sicilia jam antè bella fugitivorum

3. Dilemma.

Metaphora.

Subjectio.

Eodem intervallo: Æquè longè remota erat Italia tunc à Sicilia, quando bellum fugitivorum fuit in Sicilia, quàm nunc Sicilia ab Italia.

Propinquitas ad utram partem? In quem finem propinquitas adducitur? incipit dilemma, de quo suprà.

Hostibus: Servis fugitivis, qui ex Italia transire in Siciliam, ut se cum Siculis servis conjungerent, conabantur.

Contagionem: Quòd nempe & ipsi, veluti morbo rebellionis inficerentur ad propinquorum suorum exemplum.

Aditus clausus: Ait non tantùm servis, sed omnibus hominibus clausam esse Siciliam, qui nullas naves habent.

Ad Peloridem: Pelorum Siciliæ promontorium versùs Italiam.

Contagio autem ista: Altera pars dilemmatis.

Provincias obtinuerunt: Quibus provinciæ regendæ commissæ sunt; sic dicitur: obtinere certum locum, & gradum, esse in officio, &c.

Prædicatur: Palam dicitur, laudatur, celebratur.

At

rum fuerunt? At ea ipsa causa est, cur ista provincia minimo in periculo sit, & fuerit. Nam posteaquam illinc M. Aquilius decessit, omnium instituta atquè edicta Prætorum fuerunt ejusmodi, ut ne quis cum telo servus esset. Vetus est, quod dicam, & propter severitatem exempli nemini fortasse vestrûm inauditum: L. Domitium Prætorem in Sicilia, cùm aper ingens ad eum allatus esset, admiratum requisîsse, quis eum percussisset? cùm audîsset, pastorem cujusdam fuisse, eum ad se vocari jussisse: illum cupidè ad Prætorem, quasi ad laudem atquè ad præmiũ accurrisse: quæsîsse Domitium, quî tantam bestiam percussisset? illum respondisse, venabulo. Statim deinde jussu Prætoris in crucem esse sub-

Exemplum severitatis & narratio orationis indirecta.

At ea ipsa causa est: Quia jam olim fuerant bella fugitivorum in Sicilia, modò contra ea jam satìs cautum est, atq; provisum; sic dici solet: *bonas leges ex malis moribus nasci.*

Decessit: Decedere de provincia, officio, statione vitæ &c.

Instituta atq; edicta: Leges ac decreta. Sicilia ergo satìs tuta fuit eorũ Prætorũ institutis, qui ante Verrem fuerunt, & præsertim severa lege Domitii; non igitur Verres tutam præstitit Siciliam.

Nequis cum telo servus esset: Testatur hoc etiam Valerius Maximus, quod Domitius ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerit.

Quî: Quo modo, sivè quo telo:

In crucem sublatum: Servili supplicio affectum. Pastor enim

Antitheton. *Similiter cadens.* *Adjunctio.*

sublatum. Durum hoc fortasse videatur? neque ego ullam in partem disputo; tantùm intelligo, maluisse Domitium crudelem in animadvertendo, quàm in prætermittendo dissolutũ videri. Ergo his

4.

institutis provinciæ jam tum, cùm bello fugitivorum tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortissimus. C. Norbanus, in summo otio fuit. Perfacilè enim sese Sicilia jam tuebatur, ut ne quod in ipsa bellum posset existere. Etenim cùm nihil tam conjunctum sit, quàm negotiatores nostri cum Siculis, usu, re, ratione, concordiâ: & cùm ipsi Siculi res suas ita constitutas habeant, ut his pa-

Metaphora. *Incisa.* *Dissoluta.*

enim ille servus fuit. Tali autẽ supplicio cives Romani plecti non poterant.

Crudelem in animadvertendo &c. Pro gravi malo avertendo censuit utendum esse mediis acerbioribus, uti medici solent, qui leviter ægrotantes leviter curant, gravioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites abhibere coguntur.

Homo non acerrimus: Modus iste loquendi non rarus est apud Ciceronem, quando non apertè vult laudare vel vituperare.

C. Norbanus: Qui etiam Prætor fuit in Sicilia.

Etenim cùm nihil: Sicilia etiam satis tuta erat à bello fugitivorum propter fidem, & animos Siculorum erga Romanos.

Usu, re, ratione: Coutuntur Siculi & conjuncti sunt consuetudine negotiorum, cum Romanis. Res habent inter se communes, & pares rationes, quia inter se contrahunt.

Et cùm ipsi Siculi: Enumerat rationes, cur Sicilia per se ipsâ sat tuta sit, quia Siculi sibi ipsis nocerent per talia bel-

pacem expediat esse: imperium autem populi Romani sic diligant, ut id imminui, aut commutari minimè velint: cùmq; haec ab servorum bello pericula, & praetorum institutis, & dominorum disciplinâ provisa sint: nullum est malum domesticum, quod ex ipsa provincia nasci possit. Quid igitur? nulline motus in Sicilia servorum Verre Praetore? nullaene consensiones factae esse dicuntur? Nihil sanè, quod ad S. P. Q. R. pervenerit: nihil, quod iste Romam publicè conscripserit: & tamen cœptum esse in Sicilia moveri aliquot locis servitium suspicor. Id adeò non tam ex re, quàm ex istius factis, decretisquè cognosco. Ac videte, quàm non inimico animo sim acturus. Ego ipse haec, quae ille quae-

Prolepsis.
Interrogatio.
Subjectio.

bella; quia Siculi non aggredientur Romanos, quorum imperium diligunt; quia satis provisum est institutis & disciplinâ Praetorum.

S. P. Q. R. Notissima apud Romanos scribendi formula per litteras initiales, *Senatum, populumq; Romanum.* Ita S.P.Q.L. Significat *Senatum Populumq; Lanuvinum.* Saepè invenies S.C. id est: *Senatûs consultū.* P.C. Patres Conscripti. Et in inscriptionibus S. P.Q.S. *sibi posterisq; suis &c.*

Publicè conscripserit: Qui cū imperio in provinciis erāt, cùm ad Senatū scribebant, publicè scribere dicebantur. *Cōscripserit* verbum compositum pro simplice, quia magis numerosum; significat tamen hic idem, quod: scripserit: aliàs simul, vel plura in unum scribere significat.

Ac videte: Ostendit Verrem ipsum causas motuum aluisse,

quærit, quæ adhuc nunquam audîstis, commemorabo, & proferam. In Triocalino, quem locum fugitivi jam antè tenuerunt, Leonidæ cujusdam Siculi familia in suspicionem vocata est conjurationis. Res delata ad istum. Statim, ut par fuit, jussu ejus homines, qui nominati erant, comprehensi sunt, adductiquè Lilybæum; domino denuntiatum est, causâ dictâ damnati sunt.

Narratio facti.

5. *Sustentatio.* Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut prædam exspectatis aliquam? nolite usquequaquè idem quære-

luisse, quia conjuratos comprehensos propter pecuniam dimisit. Nequiter autẽ in istud ingreditur, tanquã aliquid allaturus, quod esset pro Verre: fuisse nimirum aliquid periculi à bello servorum, & tamen contra Verrem dein argumentatur.

In Triocalino: Vel Tricalino, urbe Mediterranea, quæ in monte sita, dicta fuit τριόκαλα à tribus pulchris, quæ in ea urbe celebrata erant. De hac civitate Silius:

Et mox servili vastata Triochala bello.

Leonidæ cujusdam: Probatur Verrem suâ avaritiâ commovisse Siciliam, quia Leonidæ conjuratos servos ob pecuniam absolvit, & hac ratione tumultuũ occasionẽ dedit.

Qui nominati erant: Sic dicebantur, qui rei criminum postulati erant.

Domino denuntiatum est: Nempe, ut adesset, accersitus est Leonidas.

Quid deinde? Sequitur longa sustentatio, ut Cicero hanc figuram vocat: quâ diutiùs suspenditur animus auditoris, & tandem supra opinionem, & exspectationem aliquid affertur. Exemplũ hic est impudentis nundinationis.

Nolite usquequaq;: Non putate, ubiq; furatum esse Verrem.

In

rere. In metu belli, furandi qui locus potest esse? etiā siqua fuit in hac re occasio, prætermissa est. Tum potuit à Leonida nummorum aliquid auferre, cûm denuntiavit, ut adesset. Fuit nundinatio aliqua, & isti non nova, ne causam diceret. Etiam alter locus, ut absolverentur. Damnatis quidem servis, quæ prædandi potest esse ratio? produci ad supplicium necesse est. Testes enim sunt, qui in consilio fuerunt: testes publicæ tabulæ: testis splendidissima civitas Lilybætana: testis honestissimus maximusq; Conventus civium Romanorum. Nihil potest: producendi sunt. Itaq; producuntur, & ad palum alligantur. Etiam

Metaphora.

A testibus.

Traductio.
Repetitio.
Membratim.

In metu belli: Ubi periculum belli propulsandum est, quis cogitat de furtis?

Tum potuit: Quòd conscius fortasse conjurationis Dominus fuisset, adeoq; pecuniis à se periculum voluisset avertere.

Fuit nundinatio aliqua: Fuit hæc ratio usitata quæstûs faciendi apud Verrē, ut acciperet pecunias, & dein judicium non institueret, reos dimitteret.

Etiam alter locus: Fuit & sæpè locus hic, & occasio Verri pecunias accipiendi, ut reos absolveret; sed postquam isti jam damnati sunt, quis putaret occasionem porrò & locum esse pecunias accipiendi?

Qui in consilio fuerunt: Nimirum ipsi judices.

Publicæ tabulæ: Acta Magistratûs.

Nihil potest: Non superest alia via, alius modus: rapiendi sunt ad supplicium.

Ad palum alligantur: Ut virgis cæsi, cruci posteà suffigantur: hæc enim consvetudo suppliciorum, priùs virgis cædi, dein agi in crucem.

Nomi-

tiam nunc mihi exſpectare videmini, judices, quid deinde factum ſit, quòd iſte nihil unquam fecit ſine aliquo quæſtu, atquè præda. Quid in ejusmodi re fieri potuit? quod commodum eſt? exſpectate facinus, quàm vultis, improbum: vincam tamen exſpectationem omnium. Nomine ſceleris, conjurationisquè damnati, ad ſupplicium traditi, ad palum alligati, repentè, multis millibus hominum inſpectantibus, ſoluti ſunt, & Leonidæ illi domino redditi. Quid hoc loco potes dicere, homo amentiſſime? niſi id, quod ego non quæro: quod deniquè in re tam nefaria, tametſi dubitari non poteſt, tamen, ne ſi dubitetur quidem, quæri oporteat: quid, aut quantum, aut quomodo acceperis. Remitto tibi hoc totum, atquè iſtâ te curâ libero. Nequè enim metuo, ne hoc cuiquam per-

Subjicitur exitg inopinatus ad lōgam ſuſpenſionem.

Similiter eadem.

Apoſtrophe ad Verrem.

Præteritio. Concluſio.

Nomine ſceleris: Eâ causâ, quòd ſcelus commiſerint conjurando, damnati ſunt; ſed damnati iſti, repentè, abſq; ulla alia cauſa iterum abſoluti, dimiſſi, quare hoc Verres fecit? nunquid non feciſſet, niſi ob pecunias?

Quid hoc loco: Suo more narrationis amplificationem ſubjicit.

Niſi id &c. Nimirum te pecuniam accepiſſe.

Ne ſi dubitetur quidem: Non dubitatur, quin pecuniam acceperis: ſed ſi dubitetur, id quæri tamen in re tam nefaria non oportet. Nam ſi pecuniam non accepiſti, qua ratione adductus eos liberâſti? certè gratis non feciſti tu id, ad quod nemo alius vel pecuniis adduci potuiſſet.

Quid

persvadeatur, ut ad quod facinus nemo præter te ullâ pecuniâ adduci potuerit, id tu gratìs suscipere conatus sis. Verùm de ista furandi prædandiquè ratione nihil dico: de hac imperatoria jam tua laude disputo. Quid ais, bone custos defensorquè Provinciæ? tu quos servos arma capere, ac bellum facere in Sicilia voluisse cognôras, & de consilii sententia judicâras: hos ad supplicium jam more majorum traditos, & ad palum alligatos, ex media morte eripere, ac liberare ausus es? ut quam damnatis servis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Romanis reservares? Perditæ civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restituantur, vincti solvantur, exules reducantur, res judicatæ rescindantur. Quæ

6. *Amplificatio facti. Ironia.*

Annominatio. Similiter cadens, & desinens.

Quid ais, bone custos &c. Ironicè urget & amplificat porrò facti indignitatem ex eo, quòd hæc sit summa pernicies urbium, & communitatum, si rei & damnati promiscuè, nullâ habitâ ratione absolvantur.

Ut quam damnatis servis: Nimirum ideò hos damnatos absolvis, & servos quidem, ut indemnatos & cives Romanos ad supplicia reserves?

Crucem fixeras: Id est: erexeras, constitueras. Erat autem *crux*, *patibulum*, *& arbori infelici suspensio* apud Romanos idem, eoq; supplicio afficiebantur servi, si capitis rei erant, præcedebatq; verberatio.

Exitus exitiales habere: Ultima hæc est civitatum pernicies, & hi sunt extremi exitiorum exitus, si ut alibi Ci-

Quæ cùm accidunt, nemo eſt, quin intelligat, ruere illam rempublicam. Hæc ubi veniunt, nemo eſt, qui ullam ſpem ſalutis reliquam eſſe arbitretur. Atquè hæc ſicubi facta ſunt, facta ſunt, ut homines populares, aut nobiles ſupplicio, aut exilio levarentur: at non ab his ipſis, qui judicâſſent: at non ſtatim; at non eorum facinorum damnati, quæ ad vitam & omnium fortunas pertinerent. Hoc verò novum, & ejusmodi eſt, ut magìs propter reum, quàm propter rem ipſam credibile videatur; ut homines ſervos: ut ipſe, qui judicârat: ut ſtatim è medio ſupplicio dimiſerit: ut ejus facinoris damnatos ſervos, quod ad omnium liberorum caput & ſangvinem pertineret.

Synonyma.

Ab adjunctis.
Partitio.
Repetitio.

Oppoſita prioribus.

Ex relatis & contrariis.

Cicero dicit: *fiant judiciorum perturbationes, rerum judicatarum infirmationes, reſtitutio damnatorum:* Or: contra Rullum ad Quirites.

Atq; hæc ſicubi: Si aliquando contigit, ut damnati abſolverentur, factum eſt in hominibus popularibus, populo gratis, in nobilibus; & liberati ſunt, non ab illis ipſis, à quibus condemnati: & non ſtatim, & non rei talium criminum, quæ publico ſunt perniciosa &c. Obſerva ulteriùs quomodo partitioni huic quatuor omninò contraria ſubjungat in ſequente periodo per particulam *ut: ut homines ſervos, ut ipſe, ut ſtatim &c.*

Ut homines populares: Locus ab adjunctis perſonæ damnatæ, perſonæ liberantis, temporis, rei &c.

Magìs propter reum: Verrē Res hæc talis eſt, ut in ſe ipſa fidem excederet, niſi diceretur patrata eſſe à Verre, in quo nullum ſcelus novum eſt incredibile.

Caput & ſangvinem: In eadem re adhibet varietatem di-

ret. O præclarum Imperatorem, nec jam cum M. Aquilio, fortissimo viro, sed verò cùm Paulis, Scipionibus, Mariis conferendum! Tantùmne vidisse in metu periculoque provinciæ? cùm servitiorum animos in Sicilia suspensos propter bellum Italiæ fugitivorum videret, ne quis se commovere auderet, quantum terroris injecit? comprehendi jussit. Quis non pertimescat? causam dice-

Exclamatio ironica, & comparatio.

Subjectio ironica.

dictionis. Priùs dixerat: *vitam & fortunas;* modò: *caput & sangvinem;* sic & in cæteris apparet varietas; neq; enim eleganter eadem res eâdem dictione iterum effertur, nisi hoc exigat ratio singularis & rei vis.

Cum M. Aquilio: De quo suprà: ad cujus exemplum sperabat Hortensius Verrem quoquè ob laudem imperatoriam absolutum iri.

Cum Paulis: Æmiliæ gentis apud Romanos celeberrimæ cognomen erat Paulus; ex ea fuit Paulus Æmilius, qui in consulatu suo Persen Macedonum Regem bello vicit, Captumq; in triumpho duxit. Clarissimus hic erat præcipuè ob disciplinam militarem.

Scipionibus: Africano nempe majore & minore, de quibus alibi; & multa Livius.

Mariis: Marius celeberrimus & ipse Imperator apud Romanos fuit, Jugurtham cepit, Cimbros in Gallia, Teutonas in Italia vicit, deq; his triumphavit. Usurpavit Cicero numerum pluralem, quod imitamur nos, dum dicimus: *Alexandri, Caroli &c.* locò *Alexander, Carolus.*

Tantùmne vidisse? Subaudi, nonne mirandum est, vel aliquid simile. Solent authores sæpè his infinitivis ut in admiratione. Justinus: *tantum facinus admisisse ingenia omni doctrinâ exculta!*

In metu periculoq; provinciæ? Nonne præclarus imperator, qui ita prævidet mala provinciæ impendentia? & ideò, ut deterreat reliquos, istos comprehendi jussit etiam do-

cere dominos. Quid servis tam formidolosum? Fecisse videri, pronuntiavit. exortam videtur flammam paucorum dolore ac morte restinxisse. Quid deinde sequitur? verbera atquè ignes, & illa extrema ad supplicium damnatorum, metum cæterorum, cruciatus & crux. Hisce omnibus suppliciis sunt liberati. Quis dubitet, quin servorum animos summa formidine oppresserit, cùm viderent ea facilitate Prætorem, ut ab eo, sceleris, conjurationisquê damnatorum vita, vel ipso carnifice internuntio, redimeretur? Quid hoc in Apolloniensi Aristodamo? quid in Leonte Megarensi non idem fecisti? Quid? iste modus servorum, belliquê subita suspicio, utrùm tibi tandem diligentiam custodiendæ provinciæ, an no-

Allegoria.

Exempla aliorum per interrogationes.

7.
2. Pars *Antecedentis.*

dominos ad judicium citare, quantum hoc? verbera, ignes, supplicia, crucem, mortem intentare; quid porrò desideratis? omnia ironicè, ut ea, quæ sequuntur: *quis dubitet, quin summa formidine ser-vorum animos oppresserit &c.*

Fecisse videri pronuntiavit: Formula condemnationis, ut modestè suam sententiam judices ostenderent.

Summa formidine oppresserit: Sensum cape contrarium; quin hac ratione omni prorsus formidine liberârit.

Carnifice internuntio: Qui nempe de pretio agebat Verrem inter & Leonidam, dominum illorum servorum damnatorum.

Redimeretur: Verbo usus est pecuniam indicante.

Quid? iste motus servorum? Nunquid hæc belli servilis semina non tam excitârunt te ad custodiendam provinciam,

novam rationem improbissimi quæstûs attulit? Haliciensis Eumenidæ nobilis hominis & honesti, magnæ pecuniæ villicus cùm impulsu tuo insimulatus esset, H. S. LX. à domino accepisti: quod nuper ipse juratus docuit, quemadmodum gestū esset. Ab Equite R. C. Matrinio absente, cùm is esset Romæ, quòd ejus villicos, pastoresq; tibi in suspicionem venisse dixeras, H. S. centum abstulisti. Dixit hoc L. Flavius, qui tibi eam pecuniam numeravit, procurator C. Matrinii: dixit ipse C. Matrinius: dicet vir clarissimus Cn. Lentulus Censor, qui Matrinii honoris causâ, recenti negotio ad te *A testimoniis.*

ciam, quàm ad acquirendas pro te pecunias? probat deinde claris exemplis, Verrem suæ avaritiæ pabulum quæsivisse in his belli servilis, siquæ fuerunt, initiis. Neq; solùm servos pecuniâ absolvit, sed dominos etiam sine culpa, aut pecuniis mulctavit, aut comprehendit, ut inde quæstum faceret, quod plurium exemplis compertum est.

Villicus: Præfectus villæ, cui tota rei rusticæ cura à domino committitur.

H. S. LX. Id est: 1500. Coronat. Et tantam pecuniam pendere tibi debuit Haliciensis Eumenidas pro suo Villico, quem tu pariter criminis falsi insimulâsti.

H. S. C. Coronatorum duo millia, & quingentos.

Procurator: Qui absentis negotia gerit, vel qui aliena negotia mandato Domini administrat.

Honoris causa: Propter observantiam & amorem Matrinii. *Aliquem honoris causâ nominare*, etiam usitatum est Ciceroni, & sæpè additur urbanitatis gratiâ.

Recenti negotio: Cùm primùm tunc res ageretur.

te litteras misit, mittendasquè curavit. Quid? de Apollonio, Diocli filio, Panormitano, cui Gemino cognomen est, præteriri potest? ecquid hoc totâ Siciliâ clarius? ecquid indignius? ecquid manifestius proferri potest, quem is, uti Panormum venit, ad se vocari, & de tribunali citari jussit concursu magno, frequentiaq; conventûs. Homines statim loqui, mirari, quòd Apollonius, homo pecuniosus, tamdiu ab isto maneret integer: excogitavit: nescio, quid attulit. Profectò homo dives repentè à Verre non sine causâ citatur. Exspectatio summa omnium, quidnam id esset: cùm exanimatus subitò ipse accurrit cum adolescente filio. Nam pater grandis natu jam

Exemplum Apollonii. Repetitio. Interrogatio.

Synecdoche figura. Stylo Narrationis. Incisim.

Diocli filio: Antiquè pro Dioclis: ut Virgilius: *immitis Ulyssi.*

Ecquid hoc clarius: Quid magìs notum, quàm istud? confirmatur argumentum maximè exemplo Apollonii, quem tamdiu Verres torsit in carcere, dum se homo dives pecuniis redemisset.

De tribunali citari: Ex tribunali jussit denuntiari Apollonio, ut compareret, & causam diceret tanquam conjurationis accusatus.

Tamdiu ab isto maneret integer: Mirabantur, quòd non citiùs hunc hominem Verres tanquam pecuniosum aggressus sit, ut plagam aliquam pecuniariam infligeret, emungeretquè pecuniâ.

Excogitavit: Studuit, invenit aliquid contra Apollonium, causam aliquam attulit, ob quam citaret.

Subitò ipse: Apollonius; Apollonii autem pater domi ægrotabat.

No-

jam diu lecto tenebatur. Nominat iste servum, quem Magistrum pecoris esse diceret. Eum dicit conjurâsse, & alias familias concitâsse. Is omnino servus in familia non erat. Eum statim exhibere jubet. Apollonius affirmare, servum se omnino illo nomine habere neminem. Iste hominem abripi à tribunali, & in carcerem conjici jubet. Clamare ille, cùm raperetur, nihil se miserum fecisse, nihil commisisse, pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in præsentia non habere. Hæc, cùm maximè summâ hominum frequentiâ testificaretur, ut quivis intelligere posset, eum, quòd pecuniam non dedisset, idcirco illâ tam acerbâ in-

Synecdoche figura.

Synonyma.
Geminatio.

Nominat iste servum: Verres nomen adducit alicujus servi ex familia Apollonii, qui ab Apollonio haberetur tanquam magister pecoris,& rei pecuariæ præfectus; hunc dicit Verres reum esse conjurationis;cùm tamen nullum hoc nomine servum Apollonius in familia haberet.

Abripi è tribunali: Tribunal locus erat excelsus, arcuatâ figurâ,in quo residebat,qui jus tribubus redderet.Ergo ab eo loco, ubi Judex & Prætor sedebat, abduci jubet Apollonium; ille clamare, se miserum, nihil fecisse.

Esse in nominibus: Deberi sibi pecuniam à multis paratam autem & numeratam se non habere, quam si haberet, petenti Verri dedisset. *Nomina* sunt debita, ideò ita dicta,quia in articulis & tabulis rei argentariæ scribuntur nomina eorum, qui debent. *Numerare pecuniam*, est præsentem pecuniam dare.

Summâ hominum frequentia: In præsentia plurimorum.

Ironia. injuriâ affici: cùm maximé, ut dico,
Conduplicatio. hoc de pecunia clamaret, in vincla
conjectus est. Videte constantiam Præ-
8. *Similiter cadens & desinens.* toris, & ejus Prætoris, qui nunc reus
non ita defendatur, ut mediocris præ-
tor; sed ita laudetur, ut optimus Im-
Antitheta. perator. Cùm servorum bellum me-
tueretur, quo supplicio dominos in-
demnatos afficiebat, hoc servos da-
mnatos liberabat. Apollonium locu-
pletissimum hominem: qui, si fugiti-
vi bellum in Sicilia facerent, amplissi-
mas fortunas amitteret, belli fugiti-
vorum nomine, indictâ causâ, in vin-
Contraria. cla conjecit: Servos, quos ipse cum
consilio belli faciendi causâ consensisse
judicavit, eos sine consilii sententia,
suâ

Videte constantiam: Amplificatio post narrationem. Videte, quàm Verres suum semper præstet officium (ironicè) imò quàm in actis suis summam ostendat repugnantiam; ille Prætor, qui ab Hortensio non tantùm defenditur, tanquam satis commodè, cum mediocri saltem laude functus sit præturâ, sed tanquam esset optimus imperator &c.

Cùm servorum bellum: In periculo belli servilis quid agit hic Prætor, hic imperator? nuper in causa Leonidæ damnatos ob belli suspicionem servos absolvit; Dominos autem innocentes, & indemnatos condemnat.

Apollonium locupletissimum: In hac periodo fusiùs explicat, & dicit idem, quòd suprà breviùs; claritatis enim causâ, & ut instet Orator, urgeatq; rem magis, hoc facere sæpè debet.

Belli fugitivorũ nomine: Quasi conscius conspirationis à servis factæ, indictâ causâ cojicitur in vincula Apollonius.

Ipse cum consilio: Quos ipse & consilium judicavit movisse

suâ sponte, omni supplicio liberavit. Quid si ab Apollonio aliquid commissum est, quamobrem jure in eum animadverteretur, tamennè hanc rem sic agemus, ut crimini aut invidiae reo putemus esse oportere, siquo de homine severiùs judicavit? Non agam tam acerbè: non utar ista accusatoria consvetudine, siquid est factum clementer, ut dissolutè factum criminer: siquid vindicatum severè est, ut ex eo cru-

Anteoccupatio.

Compar. Antitheta.

visse bellum & ad faciendū bellum consensisse, conjurâsse.

Quid si ab Apollonio: Est hic amplificatio praeclara & longior, quam ut rectè capias, suspenso animo exspecta, quid post longam praeteritionem inferat N. 9. *quae cùm omnia graviter, severèq; dixerit, quaeram &c.* cur si aliquo modo reus fuit Apollonius, post carcerem tam diuturnum, adeò repentè nullâ novâ causâ allatâ dimittat, absolvat; nunquid ob pecuniam, & ut in hoc exemplo omnes pecuniosos terreat, ne rem eò devenire permittant, sed maturè se pecuniis redimant?

Tamennè hanc rem: Quidsi autem Apollonius aliquid deliquit, num malè egit Verres, severitatis exemplum in eum statuendo! Num ego accusator hoc crimini dabo? respondet: neutiquam; non sum talis accusator; quin potiùs non judicabo Verrem in hac re malè fecisse, nisi ipse hoc judicet; quando nempe suummet hoc judicium ipse rescindet, tunc crimini dabo.

Siquid est factum clementer: Respondet ad prolepsin & tacitam objectionem Hortensii, tanquam Cicero accusatoria consvetudine vellet invidiam in reum concitare, eò, quòd severè egisset cum Apollonio. Non, inquit, vitupero Verrem propterea, quòd clemens fuerit, ut in servis Leonidae absolutis, nec quòd severus in Apollonio, nisi

crudelitatis invidiam colligam. Non agam ista ratione: tua sequar judicia: tuam defendam auctoritatem, quoad tu voles. Simul ac tute cœperis tua judicia rescindere, mihi succensere desinito: meo enim jure contendam, eum, qui suo judicio condemnatus sit, juratorum judicum sententiis damnari oportere. Non defendam Apollonii causam, amici atquè hospitis mei, ne tuum judicium videar rescindere: nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia dicam: prætermittam illud etiam, de quo anteà dixi, fortunas ejus ita constitutas fuisse, familia, pecore, villis, pecuniis creditis, ut nemini minùs expediret ullum in Sicilia tumultum, aut bellum, commoveri: non di-

Traductio. Mĕbratim.

Præteritio longior. Hypotyposis & descriptio Apollonii. Dissolutio. Incisa.

Dissolutio. Ironicè.

nisi pateat innocentia Apollonii,& quidem proprio Verris judicio.

Mihi succensere desinito: Noli mihi irasci,si te tuomet condemnatum judicio dicã etiam à Judicibus condemnandum esse.

Non defendam: Ego omittam omnia argumenta,quibus possem defendere, malè te egisse cum Apollonio. 1. Non dicam hominem tot virtutibus plenum non conjurâsse, non molitum esse bellum. 2.Hominem tam divitem, cui potiùs noceret tale bellum, quàm prodesset, non conjurâsse &c. 3. Non debuisse te tamen cum honesto homine indictâ causâ ita severè agere. 4. Non debuisse te tam immitem esse, ut neq; patrem, neq; filium admitteres solatii causâ in carcerem, ut non audires supplices Magistratus, Sacerdotes &c.

Familia, pecore, villis,pecuniis creditis: Qui tam magnam habebat familiam, plurima pecora, villas, debita &c.

dicam, ne illud quidem, si maximè in culpa fuerit Apollonius, tamen in hominem honestissimum civitatis honestissimae tam graviter animadverti causâ indictâ non oportuisse. Nullam invidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo, cûm esset talis vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordibus, tyrannicis interdictis tuis, patri exacta aetate, & adolenscenti filio adeundi ad illum miserum potestatem nunquam esse factam; etiam illud praeteribo, quotiescunquè Panormum veneris illo anno, & sex mensibus (nam tamdiu fuit in carcere Apollonius) toties ad te Senatum Panormitanum adîsse supplicem cum Magistratibus, Sacerdotibusquè publicis, orantem atquè obsecrantem, ut aliquando ille miser atq; innocens calamitate illa liberaretur. Relinquam haec omnia, quae si velim persequi, facilè ostendam, tua

Repetitio.
Incisa.
Hypotyposis.

Antitheta.

&c. Is non creditur servorum conspirationis conscius, aut particeps fuisse.

Exacta aetate: Senex, qui longam vixit, & exegit ætatem.

Cum Magistratibus: Hoc nomine comprehendebantur, qui sive in minoribus, sive majoribus officiis reipublicæ præerant, adeoq; magis genericè significat, quàm Senatus.

Sacerdotibusq; publicis: qui nempe totius civitatis nomine Sacerdotes creati, publica sacra faciebant.

Relinquam hæc omnia: Observa in hac figura præteritionis per diversa capita diversam dictionem: *non defendam; nihil dicam: prætermittam, non concitabo invidiam;*

tua crudelitate in alios omnes tibi aditus misericordiæ judicum jam pridem esse præclusos. Omnia igitur ista concedam, & remittam, prævideo enim, quid sit defensurus Hortensius. Fatebitur, apud istum neque senectutem patris, neque adolescentiam filii, neque lacrymas utriusque plus valuisse, quàm utilitatem, salutemque provinciæ: dicet, rempublicam administrari sine metu ac severitate non posse: quæret, quamobrem fasces Prætoribus præferan-

9. *Concessio, & Præteritio. Repetitio. Adjunctio. Prolepsis.*

A causis finalibus. Repetitio.

am; etiam illud præteribo, relinquam, concedam, remittam.

Tuâ crudelitate: Cùm tu adeò crudelis fueris in alios, non mereris ipse misericordiam judicum.

Prævideo enim: Prolepsin Hortensii manifestâ Verris (qui Apollonium numeratâ pecuniâ dimisit) avaritiâ refellit, & per apostrophen ad judices capitalem hujusmodi quæstum condemnat, arrepta occasione ex eo, quòd Verres, dum suum judicium de Apollonio rescidit, ipse se condemnârit.

Salutemq; provinciæ: Dicet Hortensius, necessariam hanc severitatem fuisse, ut hoc exemplo cæteri deterreantur à movendo bello.

Quamobrem fasces Prætoribus: Sex fasces Prætoribus in provincia Lictores præferebant, in quorum summo secures erant; Consulibus duodecim, Dictatoribus viginti quatuor. In urbe Prætoribus tantùm duo. Figura fascium autem erat ejusmodi: detractis ex betula arbore virgis ita includebatur securis, ut acies ferri in summitate emineret, reliqua pars circumducto loro tegeretur. His signis denotabatur potestas reos plectendi virgis, & securi. In quem ergo finem hæc præferuntur, & dantur prætoribus, inquit Hortensius, nisi ut agant severè, quando necesse est?

Car-

rantur, cur secures datae, cur carcer ædificatus, cur tot supplicia sint in improbos more majorum constituta? quae cùm omnia graviter, severèquè dixerit: quæram, cur hunc eundem Apollonium Verres idem repentè, nulla nova re allata, nulla defensione, sine causa de carcere emitti jusserit? tantùmquè in hoc crimine suspicionis esse affirmabo, ut jam ipsis judicibus sine mea argumentatione conjecturam facere permittam, quod hoc genus prædandi, quàm improbum, quàm indignum, quàmquè ad magnitudinem quæstûs immensum infinitumquè esse videatur. Nam

Geminatio.

Communicatio cum judicibus.

Repetitio.

Carcer ædificatus: Carcerem primò ædificatum fuisse ab Anco Rege scribit Livius imminentem foro ad terrorem crescentis audaciæ. Romæ duo carceres nominati fuêre, *Tullianum & Robur:* de Tulliano Sallustius: *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paulatim ascenderis ad lævam, circiter XII. pedes humi depressus. Eũ muniunt undiq; parietes, atq; insuper camera lapideis fornicibus juncta, sed inculta tenebris, odore fœda atq; terribilis ejus facies est.* De Robore sic Festus: *Robur dictus est in carcere is locus, quò præcipitatur maleficorum genus, quod antè areis robustis includebatur.*

Tantùmq; in hoc crimine suspicionis: Dicam ego hoc solum, factum istud, præbere justissimam suspicandi causam, nil aliud Verrem quæsivisse, quàm pecuniam & prædam, & quidem latissimè patentem. Nam & Apollonius plurima dare debuit, & iste modus fuit alios quoq; compellendi, ut ad redimendam vexam, sicut communiter dicimus, pecuniis se liberarent à Verris severitate.

Æsti-

Verris techna. Nam quæ iste in Apollonio fecit, ea primùm breviter cognoſcite, quot, & quanta ſint: deinde hæc expendite, atquè æſtimate pecuniâ; reperietis idcirco hæc in uno homine pecunioſo tot conſtituta, ut cæteris formidines ſimilium incommodorum, atquè exempla periculorum proponerentur. Primùm inſimulatio eſt repentina capitalis atquè invidioſi criminis. Statuite, quanti hoc putetis, & quàm multos redemiſſe. Deinde crimen ſine accuſatore, ſententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione. *Ab adjunctis & repugnantibus.* Æſtimate harum rerum omnium pretia, & cogitate, in his iniquitatibus unum hæſiſſe Apolloni-

Æſtimate pecuniâ: Æſtimate, quantam homines pecuniam daturi ſint, ne tam longo tempore, & ſimilibus doloribus à Verre ſint vexandi. Æſtimate ergo ea, quæ Apollonius pati debuit, pecuniâ.

Idcirco hoc: Ideò tam aſperè tractavit Apollonium, hominem pecunioſum, ut & ipſe ſe tantò majoribus pecuniis redimat, & alii, ne pati debeant, priùs dent.

Primùm inſimulatio: Amplificatur malitia facti ab adjunctis. Primò qualitas criminis; nunquid à tali crimine, ne ſibi imputetur, redemerint ſe multi, hoc eſt: dederint Verri pecunias? *Secundò modus:* judicari, damnari ſine accuſatore, ſine conſilio, ſine defenſione. Etiam talem iniquitatem quis non & quantis non redimat pecuniis? ergo harum omnium pretia æſtimate. *Tertiò* ipſa vincula, carcer, mors & ſupplicium ante oculos &c.

Unum hæſiſſe Apollonium: Concinna translatio à feris, quæ decipulis & laqueis adhæreſcunt: quaſi hos laqueos Verres per totam provinciam pecunioſis hominibus po-

lonium: cæteros profectò multos ex his incommodis pecuniâ se liberâsse. Postremò tenebræ, vincula, carcer, inclusum supplicium, atque à conspectu parentum, ac liberûm, deniquè à libero spiritu, & communi luce seclusum. Hæc verò, quæ vel vitâ redimi rectè possunt, æstimare pecuniâ non queo. Hæc omnia serò redemit Apollonius, jam mœrore ac miseriis perditus: sed tamen cæteros docuit, antè istius avaritiæ ac sceleri occurrere. Nisi verò existimatis, hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstûs electum ad tam incredibile crimen, aut sine eadem causa repentè è carcere emissum, aut hoc prædandi genus ab isto in illo uno adhibitum ac tentatum, &

Dissolutio.
Incisa.

Traductio.

posuisset, in quos solus Apollonius incidisset: cùm cæteri metu perterriti periculum pecuniâ vitâssent.

Inclusum supplicium: Si non redundat verbum inclusum, sic intellige; supplicium mortis in ipso carcere inclusum est, cùm aliquis sejunctus sit à communione hominum, & libero âëre privatus.

Vel vita redimi: Quæ tam gravia atq; acerba sunt; ut mori multis satius atq; optabilius videatur, quàm hæc sustinere.

Antè occurrere: Pecuniâ se à tantis incommodis liberare.

Nisi verò existimatis: Non enim aliter judicabitis, quàm quòd tantum crimen tanto homini non fuerit objectum sine magna spe quæstûs atq; prædæ. Istud *nisi vero* plerumq; absolutè vel negat, vel affirmat; hic idem est, ac; scilicet non sine causa electus hic est. *Omni-*

& non per illum omnibus pecuniosis Siculis metum propositum & injectum. Cupio mihi, judices, ab illo subjici, quoniam de militari ejus gloria dico, siquid fortè prætereo. Nam mihi videor de omnibus jam rebus ejus gestis dixisse, quæ quidem ad belli fugitivorum pertinerent suspicionem: certè nihil sciens prætermisi. Habetis hominis consilia, diligentiam, vigilantiam, custodiam, defensionemquè provinciæ. Summa illuc pertinet, ut sciatis, quoniam plura genera sunt imperatorum, ex quo genere iste sit. Ne diutiùs in tanta penuria virorum fortium talem imperatorem ignorare possi-

10. *Figura non nominata. Vide Cyprianum.*

Conclusio argumenti. Ironia. Anacephalæosis. Dissoluta.

Ironia.

Omnibus pecuniosis: Artificiosè ex unius calamitate existimari vult, similem aliorum complurium fortunam conditionemq; fuisse.

Propositum atq; injectum: Pro claudenda longiore periodo primum verbum solum non suffecisset; additur ergo alterum, quod sæpissimè fieri, tyrones observent.

Cupio mihi: Transitio ad 3. partem probationis de bello fugitivorum. Enthymema erat istud: C. Verres Siciliam adversùs fugitivos non modò non defendit: sed 2. commovit etiam suâ avaritiâ. Jam 3. est. neglexit suâ luxuriâ: ergo Verres in bello fugitivorum nullam exercuit boni Imperatoris virtutem. Prioris argumenti brevem facit anacephalæosin per ironiam: *habetis &c.*

Ab illo: Hortensio. Moneat me, siquid oblivifcar.

Summa illuc pertinet: Cùm cognoveritis, quàm sapienter, vigilanter, provinciam custodiêrit, oportet etiam dignoscere, ad quod genus imperatorum nobilium referendus sit imperator hic Verres. Ironicè.

Non

possitis non ad Q. Maximi sapientiam, neque ad illius superioris Africani in re gerunda celeritatem, neque ad hujus, qui posteà fuit, singulare consilium, neque ad Pauli rationem ac disciplinam, neque ad C. Marii vim atque virtutem, sed ad aliud genus Imperatoris, sanè diligenter retinendum & conservandum, quæso, cognoscite. Itinerum primùm laborem, qui vel maximus est in re militari, judices, & in Sicilia maximè necessarius, accipite, quàm facilem sibi iste & jucundũ ratione consilioq; reddiderit. Primùm temporibus hybernis ad magnitudinem fri-

Distributio partium.

Comparatio à dissimili. Polysyndeton.

Itinera luxuriosa.

Ironicè.

Non ad Q. Maximi sapientiam: Fabii cunctatoris, qui cunctando restituit rem.

Superioris Africani: Neq; comparari potest cum Scipione majore, quòd ad celeritatem.

Ad huj9: Minoris, in quo prudentia & consiliũ eminebat.

Ad Pauli: De hujus laude singulari ob disciplinam militarem jam dictum suprà N. 6.

Ad C. Marii: Etiam de hoc vide N. 6.

Sed ad aliud genus: Cognoscite & intelligite ad aliud genus imperatoris Verrem esse referendum, retinendum & omnibus modis conservandum, ne pereat. Omnia ironicè. Particula *ad* comparationibus eleganter servit, *Cognovimus eum virum & non illiteratum, sed nihil ad Persium.* Cic: de Orat.

Itinerum primùm laborem: Verris luxuriam, tanquam Imperatoris ignavi, probat ab itineribus, quæ laboriosa suscipere debent imperatores, at iste suâ prudentiâ (ironicè) reddidit sibi valdè commoda.

Temporibus hybernis: Enumeratio per tria tempora hyemis, Verris, æstatis. Hyeme Syracusis, urbe commoda, ferè perpe-

Syracusanæ urbis situs commodus, & clima.

frigorum, & ad tempestatum vim ac fluminum præclarum sibi hoc remedium comparârat. Urbem Syracusas elegerat: cujus sic situs, atquè hæc natura esse loci, cæliquè dicitur, ut nullus unquam dies tam magna turbulentaquè tempestate fuerit, quin aliquo tempore solem ejus diei homines viderent. Hìc ita vivebat iste bonus Imperator hybernis mensibus, ut eum non facilè non modò extra tectum, sed ne extra lectum quidem quisquam videret. Ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur. Cùm autem ver esse cœperat, cujus initium iste non à Favonio, neq; ab aliquo astro notabat: sed cùm rosam viderat, tunc incipere ver arbitra-

Paronomasia, tectum, lectum. Antitheta. Adjunctio.

perpetuò in conviviis, nunquam extra lectum visus est.

Ac fluminum: Flumina tempore hyberno sæpè intumescunt ob pluviarum & nivium multitudinem, & majore cum periculo trajiciuntur, reddunt; vias difficiliores.

Solem ejus diei: Idem de Rhodo insula tradunt Plinius, & alii; Amianus de urbe Alexandria.

Non à Favonio: Nam is ventus, qui & Zephyrus dicitur, plurimum flat veris initio. Horat. l. 3. Carm.

Quid fles Asterie, quem tibi candidi.

Primo restituent vere Favonii: Nota observationem veris physicam ex vento, astris, rosis.

Ab aliquo astro: Aquario. Astra enim hæc appellantur. Varro libro de re rustica primo: *Dies primus est veris in Aquario; Æstatis in tauro; Autumni in Leone: Hyemis in Scorpione.* Nos aliter annum distribuimus.

Da-

trabatur: dabat se labori, atquè itineribus: in quibus usquè eò se præbebat patientem atquè impigrum, ut eum nemo unquam in equo sedentem videret. Nam, ut mos fuit Bithyniæ regibus, lecticâ octophoro ferebatur: in qua pulvinus erat perlucidus Melitensis, rosâ fartus: ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo, reticulumquè ad nares sibi admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Sic confecto itinere, cùm ad aliquod oppidum venerat, eâdem lecticâ usquè in cubiculum de-

Ironia.

II. *Hypotyposis.*

Dabat se labori: Cùm ver esse cœperat, dabat se laboribus, ingrediebatur itinera, non in equo, sed in lectica mollissimè rosis coronatus, & brevi itinere facto, auditisq; tantisper Magistratibus, Veneri & Baccho reliquum tempus tribuebat.

Lecticâ octophoro: Lectica, quæ ferebatur ab octo lecticariis. Ita dicebantur servi portantes lecticam. Octophoro autem ferebantur plerumq; ii tantùm, qui supinis deliciis assveti, aut qui morbidi. Ita Svetonius de Caligula cap:43. *iter cōfecit modò festinātèr & rapidè, interdùm adeò segniter & delicatè, ut octophoro veheretur;* & Martialis.

Octophoro sanus portatur, Avite, Philippus:
Hunc tu si sanum credis, Avite furis.

Pulvinus perlucidus Melitensis &c. Ex subtilissimo, ac tenuissimo lino Melitensi, quod singulariter in deliciis erat, confectus erat pulvinus ille, cui in lectica posito incumbebat Verres.

Rosâ fartus: Ut deliciosum odorem præberet.

Reticulumq; ad nares: Reticulum hoc sacculus erat in modum retis, vel fascia quædam lanea vel linea subtilis minutis maculis, quæ rebus odoriferis impleta. *Macula* pro foramine retis. *Equi-*

deferebatur. Eò veniebant Siculorum Magiſtratus, veniebant Equites Rom. id quod ex multis juratis audîſtis. Controverſiæ ſecretò deferebantur: paulò pòſt palàm decreta auferebantur. Deinde ubi paulisper in cubiculo pretio, non æquitate jura deſcripſerat, Veneri jam & Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. Quo loco mihi non prætermittenda videtur præclari Imperatoris egregia ac ſingularis diligentia. Nam ſcitote eſſe oppidum in Sicilia nullum ex iis oppidis, in quibus conſiſtere Prætores, & conventum agere ſolent, quo in oppido non iſti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier eſſet. Itaquè nonnullæ ex eo numero in convivium adhibebantur palàm. Siquè caſtiores erant, ad tempus veniebant: lucem conventumq; vitabant. Erant autem convivia non illo ſilentio Prætorum, atquè impe-

Antitheta. Paronomaſia.

Metonymia.

Deſcribuntur convivia Verris.

Equites Romani: Qui negotiabantur in Sicilia.

Jura deſcripſerat: Deſcribere: eſt diſtribuere ac diſpertiri. Jus igitur reddebat cuiq; pro rata pretii accepti: reddebat autem interponendo decreta ſua & edicta.

In quibus Prætores conſiſtere, & conventum agere: Certæ erant, & nobiliores civitates, in quas negotiantes in provincia Cives Romani advocabantur, & ad Prætorem, cùm forum agere vellet, conveniebant; & iſti dicebantur *Conventus:*

Non illo ſilentio: Obſerva diſciplinam veterem Romanorum convivia celebrantium in ſilentio, in modeſtia, & pudore.

Cla-

peratorum, neque eo pudore, qui in Magiſtratuum conviviis verſari ſolet, ſed cum maximo clamore, atquè convicio, nonnunquam etiam res ad manus, atquè ad pugnam veniebat. Iſte enim Prætor ſeverus ac diligens, qui populi Romani legibus nunquam paruiſſet, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. Itaq; erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus è convivio tanquam è prælio auferretur: alius tanquam occiſus relinqueretur: pleriquè ut fuſi ſine mente, ac ſine ullo ſenſu jacerent, quivis, ut, cùm adſpexiſſet, non ſe Prætoris convivium, ſed ut Cannenſem pugnam

à Diſſimili.

Ironia.

Paronomaſia.

Similitudo faceta.

Clamore atq; convicio: Convicium hìc ſignificat ſtrepitum atq; vocum multitudinem.

Legibus, quæ in poculis: A Magiſtro convivii, à quo Magiſteria nòminata ſunt. Magiſteriorum iſtorum, quæ & regna vini dicuntur, ſæpiſſimè à veteribus Scriptoribus fit mentio. Sympoſiarcha etiam dicebatur Magiſter convivii, vel Modimperator. Quàm turpes autem leges in conviviis Verris poſitæ fuerint, facilè eſt divinare.

Inter manus: Inter manus auferri dicuntur, qui manibus hominum, quia ipſi incedere non poſſunt, deportantur. Phædrus lib: V.

Dum pegma rapitur, concidit caſu gravi, nec opinans, & ſiniſtram fregit tibiam &c. Inter manus ſublatus, & multùm gemens domum fertur &c.

Fuſi ſine mente: Tanquam in prælio, fuſi, cæſi, exanimes.

Cannenſem pugnam: Talis hominum ſtrages in his convi-

gnam nequitiæ videre arbitraretur. Cùm verò æstas summa esse jam cœperat, quod tempus omnes Siciliæ semper Prætores in itineribus consumere consveverunt, propterea quòd tum putant obeundam esse maximè provinciam, cùm in areis frumenta sunt, quòd & familiæ congregantur, & magnitudo servitii perspicitur, & labor operis maximè offenditur, & frumenti copia commonet, tempus anni non impedit: tum, inquam, cùm concursant cæteri Prætores, iste novo quodam genere imperator, pulcherrimo Syracusarum luco stativa sibi castra facie-

12\. *Æstatem quomodo augeret Verres.*

Polysyndeton.

Disjunctio.

Conduplicatio.

viviis erat, ut olim in Cannensi pugna, quando Æmilio Paulo, & Terentio Varrone Coss: & ducibus, cum maxima clade adversùs Annibalem ad Cannas pugnatum est, cæsaq; eo prælio Romanorum 45000. cum Paulo Cos: & Senatoribus 80. Consularibus, atq; Prætoriis, aut Ædilitiis 30. Ita *Livius l. 2. dec. 3.*

Æstas summa: Id est: extrema, adulta; sub finem æstatis, quando fructus terræ colliguntur.

Labor operis maximè offenditur: Reperitur, deprehenditur, quando labores operariorum facillimè perspiciuntur.

Stativa sibi castra: Semper in allegoria imperatorii muneris loquitur, & ex opposito ostendit, quàm virtutibus imperatoriis careat Verres. Jam dicit: quando æstatis tempore alii imperatores solent obire provincias, iste Annibal æstiva castra amœno in loco ad Syracusas figebat. Stativa castra propriè sunt stationes militares, quibus sepiuntur copiæ adversùs repentinos hostium impetus.

Atq;

ciebat. Nam in ipso aditu atquê ore portûs, ubi primùm ex alto sinus ad urbem ab littore inflectitur, tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. Huc ex illa domo Prætoria, quæ Regis Hieronis fuit, sic emigrabat, ut per eos dies nemo istum extra illum lucum videre posset. In eum autem ipsum lucum aditus erat nemini, nisi qui aut socius, aut minister libidinis esse posset. Huc omnes mulieres, quibuscum iste consveverat, conveniebant: quarum incredibile est, quanta multitudo fuerit Syracusis. Huc homines digni istius amicitiâ, digni vitâ illâ, conviviisquê, veniebant. Inter ejusmodi viros ac mulieres adulta ætate filius versabatur: ut eum, etiamsi natura à parentis similitudine abriperet,

Verris consvetudo cũ mulierib9.

Exemplo malo filium perdit Verres.

Atq; ore portûs: Metaphoricè. Os pro ingressu; unde etiam ostium dici putant, tanquam diminutivum.

Ex alto: A mari.

Carbaseis intenta velis: Tentoria sive tabernacula erant ex velis carbaseis. Carbas9 est gen9 lini miræ tenuitatis in Hispania primùm repertũ teste Plinio; qua ex materia non solùm vela tabernaculorum, sed & navigiorum fiebant.

Regis Hieronis: De quo dictum alibi.

Emigrabat: Ita relinquebat domum Prætoriam, ut constanter in illo luco amœno habitaret.

Consveverat: Rem habuerat turpi consvetudine.

Natura à parentis similitudine abriperet: Quamvis naturâ abhorreret à simili vitæ conditione, qua pater utebatur, tamen pessimum exemplum educatio mala, & consvetudo aliorum ad similia malè facta velut invitum impellebat.

ret, consvetudo tamen ac disciplina patri similem esse cogeret. Huc Tertia illa perducta per dolum, atquè insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effeçisse turbas dicitur, cùm indignè pateretur uxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itemquè Æschrionis, honesto loco nata, in conventum suum mimi Isidori filiam venisse. Iste autem Annibal, qui in suis castris virtute putaret oportere, non

Tertia: Nomen fœminæ.

Perducta: hoc est: *seducta* per insidias.

Ab Rhodio tibicine: Non quòd Rhodius tibicen perduxerit: sed iste habuit,& ab hoc abducta,vel seducta & ad libidines Verris perducta fuit. Vide infrà N.31.Cæterùm, cùm Rhodii essent nominatissimi inter lascivos, & molles, id ipsum credi potest de fœmina ab hoc tibicine ad Verrem abducta. Rhodus olim dicta est civitas procorum, & Rhodii dicti sunt à Stratonico albi Cyrenæi; Cyrenæi enim Philosophi summum bonum in voluptate corporis posuêre.

Effecisse turbas: Turba non solùm pro multitudine,sed pro perturbatione & rixa accipitur.

Cleomenis Syracusani: De hoc & de Æschrione,qui apud Verrem ob uxores suas plurimùm valebant, dictum est Oratione præcedente N. 14.

Mimi Isidori filiam: Mimi erant homines apud Romanos contemptibiles & infames,ideò Cicero sæpè etiā Antonio objicit Mimos & Mimas. Salvianus de his; *Quo factum est, ut cùm artem ludicram, scenamq; totam in probro ducerent Romani, genus id hominum non modò honore reliquorum civium carere, sed etiam tribu moveri notatione censoria voluerint.* l. 6. de provid:

Virtute putaret &c. Alludit ad illud Ennii,quo Annibalē lo-

non genere certari, si hanc Tertiam dilexit, ut eam secum ex Provincia deportaret. Ac per eos dies, cùm iste cum pallio purpureo, talariquè tunica versaretur in conviviis muliebribus, non offendebantur homines in eo: nequè molestè ferebant, abesse à foro Magistratum, non jus dici, non judicia fieri: lucum illum littoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuquè symphoniæ: in foro silentium esse summum causarum atquè juris, non ferebant homines molestè. Non enim jus abesse videbatur à foro, nequè judicia, sed vis & crudelitas & bonorum acerba atquè indigna direptio. Hunc tu igi- 13. *Synonyma.* *Interserit conclusionē*

loquentem & suos adhortantem facit: *Hostem qui feriet, mihi erit Cartaginensis, quisquis erit.* Quemadmodum igitur Annibal non respexit genus hominum, sic in diligenda ignobili Mima Verres non respexit genus, sive conditionem & familiam.

Ex Provincia deportaret: Ex provincia Siciliæ secum auferret, & Romam deduceret.

Cum pallio purpureo, talariq; tunica: Pallium Græcorum erat; talaris tunica mulierum; quæ gestare indignum Romanis hominibus existimabatur: idemq; ipsum & Catilinæ, & Antonio Tullius objecit: & rursus huic ipsi Verri paulò pòst N. 33.

Non offendebantur homines: Id ipsum paulò pòst per Synonymiam dicit: *non ferebant homines molestè*, jus silere in foro, non administrari justitiam, quandoquidem Verres in foro nunquam administrabat justitiam, sed agebat omnia injustè, crudeliter &c.

Hunc tu igitur: Apostrophe ad Hortensium, & conclu-

per apostrophen ad Hortensium. *Enumeratio.* *Dissolutio.*

igitur Imperatorem esse defendis, Hortensi? hujus furta, rapinas, cupiditatem, crudelitatem, superbiam, scelus, audaciam, rerum gestarum magnitudine, atquè imperatoriis laudibus tegere conaris? Hîc scilicet est metuendum, ne ad exitum defensionis tuæ, vetus illa Antoniana dicendi ratio, atquè auctoritas proferatur: ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Romanus aspiciat, ex mulierum morsu vestigia libidinis, atquè nequitiæ. Dii faciant, ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas! cognoscentur enim omnia istius æra illa vetera, ut non solùm in imperio, verùm etiam in stipendiis, qualis fuerit, intelligatis. Renovabitur prima

Optatio.

Verris vita anteacta.

clusio argumentationis: ergo non est bonus imperator, ergo scelera ipsius non obruuntur laude boni imperatoris.

Hujus furta: Hortensium à defensione deterret frequentatione flagitiorum Verris.

Scilicet est metuendum: Regreditur ad prima: nempe Hortensius (tanquam ille Antonius Orator) Verrem defendet, & sicut ille exhibuit cicatrices, sic Hortensius exhibebit dotes boni Imperatoris. Ironicè.

Æra illa vetera: Patebit etiam vetus illius militia, & stipendia, quæ jam olim meruit, in castris nempe luxuriæ; anteacta vita etiam cognoscetur, *æra* h. e. stipendia, quæ militibus dabantur, pro ipsa militia.

Non solum imperio: Non solùm cùm ipse prætor esset. atq; adeò imperator, sed & cùm miles stipendia faceret. Imperatoribus enim Romanis nullum pendebatur stipendium.

E fo-

prima illa militia, cùm iste è foro abduci, non, ut ipse prædicat, perduci solebat. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur: in quibus cùm frequens fuisset, tamen ære dirutus est. Multa ejus in stipendiis damna proferentur: quæ ab isto ætatis fructu dissoluta, & compensata sunt. Jam verò cùm in ejusmodi patientia turpitudinis, alienâ, non suâ satietate obduruisset, qui vir fuerit, quot præsidia, quàm

Ironia.

Trãslatio.

Præteritio.
Allegoria.

E foro abduci: Tota ironica est oratio: *perduci* enim ad libidinem pueri dicebantur: Verres autem dicebat se *abduci*: id est, subduci, & pudicitiam suam attentari, sed non *perduci*, id est: pervinci. In eo sensu jam priùs etiam Cicero accipit verbum perduci; cùm diceret: *huc Tertia illa perducta &c.* & eodem modo Verrinâ III.

Aleatoris Placentini: Frequens fuit cum aliquo lusore ex urbe Placentia, & quodammodo in hujus castris militavit sedulò, sed tamen omni stipendio privatus fuit; omnia nimirum perdidit.

Tamen ære dirutus: Ære diruti dicebantur, quibus stipendium propter ignominiam non dabatur, *quod æs diruebatur in fiscum, non in militis saculum*, ut ait Varro, & Nonius. Sensus autem hic est per translationem; tametsi frequens esset in castris aleatoris, ut stipendium bene mereretur, tamen *ære dirutus est*: omnia per aleam perdidit.

Ab isto ætatis fructu: Enumerari possent, & proferri multa damna, quæ in stipendiis his fecit, nempe ludendo perdidit, quæ damna iterum compensavit, dissolvitq; debita per fructum ætatis suæ, nempe juvenilis, quando suo corpore quæstum faciebat, ita, ut quantùm damni aleâ, tantùm lucri faceret Venere præpostera.

Patientia turpitudinis: Dum talia pateretur juvenis, tam tur-

quàm munita pudoris, & pudicitiæ, vi & audaciâ cœperit, quid me attinet dicere, aut conjungere cum istius flagitio cujusquam præterea dedecus? Non faciam, judices: omnia vetera prætermittam. Duo sola recentia sine cujusquam infamia ponam: ex quibus conjecturam facere de omnibus possitis. Unum illud, quod ita fuit illustre, notumquè omnibus, ut nemo tam rusticanus homo, L. Lucullo, M. Cotta Coss: Romam ex ullo municipio vadimonii causâ venerit, quin sciret jura omnia Prætoris urbani, nutu, atquè arbitrio Chelidonis meretriculæ gubernari: alterum, quòd cùm paluda-

Duo insignia Verris flagitia.

turpia nempe, in quibus ferendis etiam obduruit, non ipse satiatus, sed alii, interim adolevit in virum; quid autem attinet dicere, quàm multa tum castitatis munimenta expugnaverit vi & audaciâ suâ. Allegoria continuata ab imperatore.

Conjungere cum istius flagitio: Quid necesse est etiam alios infames reddere, qui cum ipso scelerum erant participes?

L. Lucullo, M. Cotta Coss: Quo tempore Verres Romæ Præturam urbanam gessit. Anno V. C. 679.

Vadimonii causâ: Qui Romam venerant, ut secundùm promissa certis diebus se sisterent judicio.

Arbitrio Chelidonis: De hac jam sæpiùs: prout igitur volebat hæc meretricula, ita Verres prætor urbanus distribuebat jura; & hoc sciebant omnes.

Cùm paludatus exiisset: Indutus paludamento, quod est chlamys Imperatoria, vel etiam trabea. *Exiisset,* hoc est: extra urbem profectus esset, tanquam ad bellum. Tum e-

nim

datus exîsset, votaquè pro imperio suo, communiquè Republica nuncupâsset, noctu, stupri causâ, lecticâ in urbem introferri solitus est ad mulierem, nuptam uni, propositam omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes divinas atquè humanas religiones. O Dii immortales! quid interest inter mentes hominum & cogitationes? Ita mihi meam voluntatem spemquè reliquæ vitæ vestra, populiquè Romani existimatio comprobet, ut ego, quos adhuc mihi Magistratus populus Romanus mandavit, sic eos ac-

Repetitio.

Exclamatio. 14. *Dissimilitudo inter Ciceronem & Verrem. Digressio. Côparationis prima pars de Cicerone.*

nim imperatores paludati proficiscebantur. Erat autem paludamentum, sive pallium hoc imperatorium, ex cocco, purpuraq;, & auro distinctum, ita dictum, quod eo indutus palâm faceret, bellum futurum; ita arbitrantur non pauci.

Votaq; pro imperio: Vota nuncupabant Consules & Prætores, quando in provinciam proficiscebantur, vel in bellum. Priùs igitur veniebant in Capitolium, ibiq; solemnia pro Republica vota faciebant.

Noctu: Apparet aliquo tempore Prætores, antequam in Provinciam, vel Consules, antequam in bellum irent, ad urbem substitisse, sed extra pomæria; & hinc (ut alibi) *Magistratus ad urbem dicebantur.* Quomodo enim aliàs frequentiùs noctu redire potuisset Verres?

O Dii immortales! Comparatione dissimili amplificat vitam Verris, proposita per digressionem sui & illius comparatione; nam Cicero in obeundis Magistratibus à populo Rom: sibi mandatis se accuratum & temperantem, & pium erga Deos exhibuit. Contrà Verres in suo Prætoris munere negligens, libidinosus, impius exstitit.

Ut ego: Sic mihi faveat pop: Rom: quemadmodum ego &c.

Sed

accepi, ut me omnium officiorum obstringi religione arbitrarer. Ita Quæstor sum factus, ut mihi honorem illum tum non solùm datum, sed etiam creditum atquè commissum putarem. Sic obtinui Quæsturam in provincia Sicilia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer: ut me Quæsturamquè meam quasi in aliquo terrarum orbis theatro versari existimarem: ut omnia semper, quæ jucunda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. Nunc sum designatus Ædilis: habeo rationem, quid à populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cæremonia Ceseri,

Quomodo Quæsturam gesserit Cicero.

Mun9 Ædilitatis. Enumeratio cum repetitione.

Sed etiam creditum atq; commissum: Ita ut non acceperim quomodocunq; sed tanquam fidei meæ creditum, ut abuti non licuerit.

Sic obtinui: Sorte; nam per sortes dabantur hæc munera.

His extraordinariis: Quæ contrà, atq; modus & ordo vitæ flagitat, intemperàter, & immoderatè conquiruntur.

Designatus Ædilis: Et quidem Ædilis prior, nam duo erant Ædiles. Sunt autem Ædiles, ut ipse in tertio de legibus scribit, *Curatores urbis, annonæ, ludorumq; solennium &c.* & hi jurisdictionem quidem habebant, sed non imperium, sed erant ex Magistratibus minoribus, unde ad honoris amplioris gradum ascensus fiebat.

Habeo rationem: Ego bene perpendo, quid mihi commiserit respublica; nimirum, ut ludos solennissimos faciam.

Libe-

reri, Libero, Liberæquè faciundos: mihi Floram Matrem populo, plebiquè Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæquè esse faciundos: mihi sacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam; ob earum rerum laborem & solicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis

Disjunctio. *Repetitio.* *Adjunctio.* *Dissolutio.*

Libero, Liberæq;: Baccho & Proserpinæ.

Floram Matrem: Flora habita est Dea florum, de qua Ovid. l. 5. fast: Ludi, floralia dicti, in ejus honorem instituti sunt V. C. 512.

Primi Romani: Hos L. Tarquinius instituit, primosq; in Circo, qui maximus dicitur, dedit, bello cum Latinis feliciter gesto, & Appiolis captis. Solennes deinde annui mãsêre ludi, primiq; Romani sunt nominati. *Auctor Livi9.*

Fructus illos datos: Hactenus officium Ædilis in ludis, ædibus sacris, & urbis curatione commemoravit: nunc honores ejusdem & insignia recitat.

Antiquiorem: Non quòd Ædiles sententiam primi rogarentur: sed *antiquiorem*, quàm alii Senatores, privati, nec Magistratum gerentes, non tamen ita privati, ut *pedarii* essent. Nam *pedarii* sententiam in Senatu verbis non dicebant; sed in alienam sententiam pedibus ibant.

Togam prætextam: Propriam Magistratuum curulium vestem, & insigne Romanum, quam supra tunicas honoratiores sumebant.

Sellam curulem: Ideò Curules ædiles dicebantur, quia dum provinciâ sibi commissâ fungebantur, sellâ utebantur curuli, in qua sedendi jus non habebant ædiles *plebei.*

Jus imaginis: Jus habebant nobiliores Romani prodendi sive

Numerus in fine. nis ad memoriam posteritatemq; prodendam. Ex his ego rebus omnibus, *Periodus tracta.* judices (ita mihi Deos omnes propitios esse velim) tametsi mihi jucundissimus est honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum solicitudinis & laboris, ut hæc *Compar.* ipsa Ædilitas, non quia necesse fuerit, alicui Candidato data, sed quia sic oportuerit, rectè collocata, & judicio *Cõparationis altera pars,& antapodosis.* populi in loco posita esse videatur. Tu cùm esses Prætor renuntiatus quoquo modo (mitto enim, & prætereo, quid 15. *Geminatio.* tum sit actum) sed cùm esses renuntiatus, ut dixi, non ipsa præconis voce exci-

sive edendi imagines suas; itaq; mortuis tales ponebantur; asservabantur dein in domibus,festis publicis ornabantur, cùmq; aliquis ex ea familia mortuus efferretur, imagines illæ simul efferebantur &c.

Prodendam: Id est: protendendam, propagandam.

Ita mihi Deos omnes propitios: Formula jurandi cum reverentia, & Deos testes appellandi.

Tametsi mihi: Observa particulas, quæ periodum trahunt: *tametsi: tamen: tantum: quantum; ut; non quia: sed quia:* grati mihi sunt quidem honores isti; sed magis solicitus sum,ut hoc officium bene merenti & digno videatur collatum.

Quid tum sit actum: Nolo dicere, qua ratione obtinueris Præturam; nam alibi dixit H. S. LXXX.divisoribus data, ut Prætor renuntiaretur, CCC. accusatori,ne Verri odiosus esset.

*Præconis voce excitatus &c.*Acutè;cùm te publicè promulgaret præco, annon ipsius vox promulgantis excitavit te è scelerum tuorum veterno ad debitam vigilantiam,virtutem &c?

excitatus es, qui te toties Seniorum juniorumquè centuriis illo honore affici pronuntiavit, ut hoc putares aliquam reipublicæ partem tibi creditam? Annum tibi illum unum domo carendum esse meretricis? Cùm tibi sorte obtigisset, ut jus diceres; quantùm negotii, quid oneris haberes, nunquam cogitâsti: neque illud rationis habuisti, si fortè expergefacere te posses, eam provinciam, quam tueri singulari sapientia atquè integritate difficile esset, ad summam stultitiam, nequitiamquè

Verres Prætor renuntiatus, quid cogitare debuerit.

Metonymia Stultitia pro stulto.

Qui te toties: Quibus in comitiis Prætores & Consules creabantur, in iis comitiis populus non per tribus, sed ex censu, ordinibus, & ætate per centurias divisus suffragium ferebat. Unde Centuriata comitia appellata sunt. Locus autem hic notatione dignus, ex quo intelligitur Præcone in comitiis Centuriatis non semel universæ classis, sed ordine cujusq; centuriæ sententiam pronuntiare solitum fuisse.

Cùm tibi sorte obtigisset: Creati à populo Prætores, provincias, id est: procurationes inter se sortiebantur; cui jurisdictio obvenerat, Prætor is urbanus appellabatur:

Cæteri quæsitores: Eam procurationem paulò pòst *provinciam* translato verbo appellat. Nam provincias quoq; Prætores olim inter se sortiebantur, antequam Magistratum inirent.

Expergefacere te posses: Uti suprà: *præconis voce excitatus.*

Eam provinciam &c. Ad *summam stultitiam &c.* Jam suprà dixi, officium hoc, & procurationem dictam etiam esse provinciam; Jam: non hoc vidisti, officium istud ad *summam stultitiam*, h. e. ad te omnium stultissimum ac nequissimum venisse?

Secre-

quê veniſſe. Itaquè non modò domo tua Chelidonem in Prætura extrudere noluiſti, ſed in Chelidonis domum Præturam tuam totam detuliſti. Secuta provincia eſt: in qua tibi nunquam venit in mentem, non tibi idcirco faſces, & ſecures, & tantam imperii vim, tantamquè ornamentorum omnium dignitatem datam, ut earum rerum vi & auctoritate omnia repagula juris, pudoris & officii perfringeres: ut omnium bona, prædam tuam duceres: nullius res tuta, nullius domus clauſa, nullius vita ſepta, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem & audaciam poſſet eſſe; in qua tu te ita geſſiſti, ut cùm omnibus teneâre rebus, ad bellum fugitivorum confugias: ex quo jam intelligis, non modò tibi nullam defenſionem, ſed maximam vim criminum exortam. Niſi fortè Italici belli fugitivorum reliquias, atquè illud Tem-

Traductio.

Cauſa finalis.

Congeries effectuum.

Allegoria ab imperatore belli. Compar.

Repetit cōcluſionem argumentationis.

Secuta provincia eſt: Poſtmodum Prætor in provincia factus es. Hic provinciam accipit in alio ſenſu; dictum enim eſt diverſimodè accipi.

In qua tu te: In qua provincia tam malè te geſſiſti, ut cùm ubiq; tenearis tanquam reus, & nullibi evadere poſſis; confugias tamen ad bellum fugitivorum, tanquam hac re, hoc argumento defendere te poſſes. Regreditur ad ſuum propoſitum de bono imperatore.

Niſi fortè: Fortè imperatoriam tuam laudem aſtrues ex illo facto, quando ex urbe Tempſa fugitivorum reliquias expellere cùm poſſes, nullum reſponſum Valentinis

Temſanum incommodum proferes. Ad quod recens cùm te peropportunè fortuna obtuliſſet, ſiquid in te virtutis atquè induſtriæ fuiſſet: idem, qui ſemper fueras, inventus es. Cùm ad te Valentini veniſſent, & pro his homo diſertus & nobilis, M. Marius loqueretur, ut negotium ſuſciperes, ut cùm penes te Prætorium imperium ac nomen eſſet, ad illam parvam manum extinguendam ducem te principemquè præberes: non modò id refugiſti, ſed eo ipſo tempore, cùm eſſes in littore, Tertia illa tua, quam tu tecum deportâras, erat in omnium conſpectu. Ipſis autem Valentinis ex tam illuſtri nobiliquè municipio, tantis de rebus reſponſum nullum dediſti, cùm eſſes

16. *Neglecti Tempſani.*

cum

nis dediſti, intentus tuæ Tertiæ? propterea tunc omnes Verrem damnârunt voce, & poſteà tabellis judicialibus damnaturi erant.

Illud Temſanum incommodum: Strabo & Plinius *Temeſſam* ab Lao primùm conditam eſſe urbem Brutiorum ſcribunt, ſua ætate *Tempſam* dictam. In eam Scipione & Sempronio Coſſ. deductam eſſe Coloniam Livius auctor eſt lib. IV. Dec. 3. Eam autem à fugitivis, qui poſt Spartaci necem reliqui erant, populatam fuiſſe Cicero ſignificat; & habuiſſet occaſionem Verres imperatoriam ſuam virtutem in hac defendenda demonſtrandi, ſed idem, qui ſemper fuit.

Ad te: Qui non longè aberas.

Valentini: Temptanorum vicini, quorum urbs olim Vibona Valentia dicta fuit.

Cùm

A minore ad majus. cum tunica pulla & pallio. Quid hunc proficiſcentem, quid in ipſa provincia feciſſe exiſtimatis, qui cùm jam ex provincia non ad triumphum, ſed ad judicium decederet, ne illam quidem infamiam fugerit, quam ſine ulla voluptate capiebat? *Exclamatio.* O divina Senatûs frequentis in æde Bellonæ admurmuratio! Memoriâ tenetis, judices, cùm adveſperaſceret, & paulò antè eſſet de hoc Temſano incommodo nuntiatum,

Cum tunica pulla & pallio: Nemo Romæ tunicâ purpureâ fuit uſus niſi triumphans. Triumphantis enim tunica palmata erat purpurea, aureo lato clavo inſignis. Sed cæterorum Romanorum tunicæ erant albæ, æquè ut togæ, Senatorum verò tunicæ erant purpureo clavo lato ornatæ, hinc dicebantur tunicæ laticlaviæ. Duo hic notat Cicero in veſtitu Verris, quòd non fuerit indutus albâ tunicâ, quæ erat propria Romanorum ingenuorum, ſed pullâ, quæ erat ſervorum & viliſſimæ plebis; & quòd pallio, veſtimento Græco, fuerit amictus, cujus color itidem pullus erat, non togâ Romanorum albâ, aut paludamento imperatorio.

Quid hunc proficiſcentem &c. Quid putatis egiſſe Verrem, cùm abiret & proficiſceretur in provinciam, & in ipſa provincia? ſi dum abit ex provincia, & regreditur Romam, ſciens, ſe citandum ad judicium, tamen ſcelus & infamiam non devitat?

Ne illam quidem infamiam: Ut cum Tertia meretrice eſſet in littore in omnium conſpectu, uti ſuprà.

O Divina: O quàm clarè patuit ſenſus & æſtimatio de Verre ex illa admurmuratione Senatorum, quàm ſcilicet nihil huic committi poſſe judicârint.

In æde Bellonæ: Quæ erat extra portas urbis Romanæ, ubi Senatus dabatur Legatis exterarum nationum, quos in urbem admittere nolebant.

Cùm

tum, cùm inveniretur nemo, qui in illa loca cum imperio mitteretur, dixiſſe quendam: Verrem eſſe non longè à Temſa: quàm valdè univerſi admurmurârint, quâm palàm principes contradixerint. Et is tot criminibus, teſtimoniisquè convictus, in eorum tabellis ſpem ſibi aliquam ponit, quorum omnium palàm, causâ incognitâ, voce damnatus eſt? Eſto, nihil ex fugitivorum bello, aut ſuſpicione belli lau-

Conclusio à minore.

17.

Cùm inveniretur nemo: Non quòd ire nemo vellet, ſed quòd in Italia cum imperio tunc nemo eſſet: extra ordinem autem decerni, qui contra fugitivorum reliquias cum imperio mitteretur, dignitatis publicæ non eſſe videretur. Quam ob cauſam facta Verris mentio eſt, quòd is & cum imperio eſſet tanquam Prætor, nec longè à Tempſa, jam è provincia decedens. In quo Senatus univerſus quid de Verre ſentiret, admurmuratione oſtendit. Principes etiam in Senatu, ut Conſulares, & Prætorii, quiq; Magiſtratum gerebant, palàm contradixerunt.

Teſtimoniisq;: Recitatis partim Actione prima, partim etiam teſtimonio hoc ultimo, & tacito Senatorum.

In eorum tabellis: Senatorum tabellis judicialibus ſperat ſe abſolvendum jam in hoc judicio, qui jam antè eum damnârunt voce, dum vel admurmurârunt, vel contradixerunt. Ex priore argumento facit concluſionem pro tota hac parte de bello fugitivorum.

Causâ incognitâ: Nondum re ad judicium delatâ; & quia famâ tantùm res afferebatur.

Eſto nihil: Secundam partem incipit de bello prædonum, per conceſſionem; eſto, non impleverit partes boni imperatoris in bello fugitivorum &c. amplificatio fit denuò per Enthymema: Verres in bello prædonum admiſit

 ma-

Trāſitio ad bellum prædonum.

laudis adeptus eſt, quòd neque bellum ejusmodi, neque belli periculum fuit in Sicilia, neque ab iſto proviſum eſt, ne quod eſſet. At verò contra bellum

SECUNDA CONTENTIONIS PARS. *Prolepſis. Diſtributio.*

prædonum claſſem habuit ornatam, diligentiamque in eo ſingularem. Itaquè iſto Prætore præclarè defenſa provincia eſt. Sic de bello prædonum, ſic de claſſe Sicilienſi, Judices, dicam, ut hoc jam antè confirmem, in hoc uno genere omnes ineſſe culpas iſtius maximas, avaritiæ, majeſtatis diminutæ, libidinis, crudelitatis. Hæc dum

Renovatio attentionis.

breviter expono, quæſo, ut feciſtis adhuc, diligenter attendite. Rem navalem primùm ita dico eſſe adminiſtratam, non uti provincia defenderetur, ſed ut claſſis nomine pecunia quæ-

Similiter deſinens.

rere-

maxima ſcelera, avaritiæ, majeſtatis diminutæ, libidinis, crudelitatis: ergo neq; in hoc prædonum bello ullam exercuit imperatoris virtutem. Obſerva tranſitionem; nam orationem ad aliam rem traducere ſic, ut conjungantur ea, quæ diverſa ſunt, vulgaris artificii non eſt, ut hoc loco.

Claſſem ornatam: Inſtructam remigibus, militibus, rebus ad pugnandum neceſſariis.

Rem navalem: Primo loco exponit avaritiæ crimen, ſicut ex quatuor criminibus avaritiam primam proximè nominavit. Probatur 1mò: Verres à Mamertinis clàm accepit pecunias, & ideò Mamertinis non imperavit certum numerum navium, nautarum, & militum more cæterorum Prætorum.

reretur. Superiorum Prætorum consvetudo cùm hæc fuisset, ut naves civitatibus, certusquè numerus nautarum militumquè imperaretur, maximæ & locupletissimæ civitati Mamertinæ nihil horum imperavisti. Ob quam rem quid tibi Mamertini clam dederint pecuniæ, pòst videbitur: ex ipsorum litteris, & testibus quæremus. Navem verò Cybeam maximam triremis instar, pulcherrimam atquè ornatissimam, palàm ædificatam sumptu publico, sciente tota Sicilia, per Magistratus Senatumquè Mamertinum tibi datam donatamquè esse dico. Hæc navis onusta præda Siciliensi, cùm ipsa quoquè esset ex præda, simul cùm iste dece-

Primum argumentum avaritiæ sub titulo belli prædonum.

Secundum.

Paronomasia.

Superiorum Prætorum: Superior eleganter usurpatur pro antecedens: superiore anno.

Pòst videbitur: Id posteà ostendetur ex illorum litteris & testimoniis.

Navem verò Cybeam: Argumentum secundum avaritiæ, quòd Cybea nave maxima, donatâ à Mamertinis,& publico sumptu ædificatâ, privatim usus sit ad furta, & prædas è Sicilia deportandas. *Cybea* appellabatur navis maxima oneraria,& quadrata,nã ideò dicta putatur Cybea à κύβος cubus, qui habet figuram quadratam.

Triremis instar: Quæ tres habet remorum ordines, sed non omninò erat triremis; (nam infrà biremem vocat) sed ita magna tamen, ut esset instar triremis.

Esset ex præda: Navis ipsa fuit præda, & prædam vehebat.

Cùm iste decederet: Cùm Verres emigraret ex Sicilia.

decederet, appulsa Veliam est, cum plurimis rebus, & iis, quas antè Romam mittere cum cæteris furtis noluit, quòd erant charissimæ, maximequè eum delectabant. Eam navem nuper egomet vidi Veliæ, multiquè alii viderunt pulcherrimam, atquè ornatissimam, judices. Quæ quidem omnibus, qui eam adspexerant, prospectare jam exilium, atquè explorare fugam Domini videbatur. Quid mihi hoc loco respondebis? nisi fortè id, quod tametsi probari nullo modo potest, tamen dici quidem in judicio de pecuniis repetundis necesse est, de tua pecunia ædificatam esse eam navem. Aude hoc saltem dicere, quod necesse est; noli metuere, Hortensi, ne quæram, quî licuerit ædificare navem Senatori. Antiquæ sunt istæ leges, & mortuæ, quem-

Fictio.
18.
Digressio.
Prolepsis.
Apostrophe.
Præteritio.
Metaphora.

Appulsa Veliam: Oppidum Lucaniæ.

Fugam Domini: Verris: videbatur navis illa jam prospicere exilium Domini sui, quòd nempe Verres judicio damnatus in exilium sit abiturus hac ipsa navi avectus, & ideò jam explorabat viam, qua aufugeret. Per prosopopœiam, qua reb9 non viventibus actio & sermo tribuitur.

Quid mihi hoc loco: Digressio: dices fortè de tua pecunia illam navem esse exstructam? respendebo tibi ad hoc, etsi possem objicere, non licuisse neq; de tuis pecuniis talem navem tibi Senatori ædificare.

Navē Senatori: Ita testatur Livi9 lege Claudia, id vetitū fuisse: *ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimam navem, quæ plus quàm trecentarum amphorarum esset, ha-*

quemadmodum tu ſoles dicere, quæ vetant. Fuit iſta respublica quondam, fuit iſta ſeveritas in judiciis, ut iſtam rem accuſator in magnis criminibus objiciendam putaret. Quid enim tibi nave opus fuit? qui ſiquò publicè proficiſcereris, & præſidii & vecturæ causâ ſumptu publico navigia præberentur: privatim autem nec proficiſci quoquam potes, nec arceſſere res transmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari nihil licet. Deinde cur quidquam contra leges paraſti? valeret hoc crimen in illa veteri ſeveritate ac dignitate reipublicæ. Nunc non modò te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo: poſtremò tu tibi hoc nunquam turpe, nunquam crimiuoſum, nunquam invidioſum fore putâſti, celeberri-

A cauſa finali.

Præteritio.

A minore, & fama.
Repetitio.
Synonymia.

haberet: id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos. Quæſtus omnis indicorus patribus viſus eſt.

Quid enim tibi nave opus? Non ſolùm non fuit tibi licitum, ſed etiam non neceſſarium. Sive enim publicum iter publici nempe officii nomine inſtituendum erat, naves tibi præbebantur,& ad ſecuritatem, & pro rebus vehendis à communitate & ſumptu publico. Privatus autem non potes inſtituere talia itinera per naves, ut ex locis transmarinis aliquid advehas.

Tibi habere, mercari nihil: Nihil habere,nihil mercari trans mare licuit Senatori Romano.

Poſtremò tu tibi hoc nunquam turpe: Annon advertiſti, quid loquerentur homines, & inde nullo pudore ſuffuſus

 es?

Urget à causa finali navis. Adjunctio.

berrimo loco palàm tibi ædificari onerariam navem in ea provincia, quam tu cum imperio obtinebas? quid eos loqui, qui videbant: quid existimare eos, qui audiebant, arbitrabâre? Inanem te navem esse in Italiam deducturum? navicularium te, cùm Romam venisses, esse facturum? Ne illud quidem quisquam poterat suspicari, te habere in Italia maritimum fundum, & ad fructus deportandos onerariam navem comparare? Ejusmodi de te voluisti sermonem esse omnium, palàm ut loquerentur, te illam navem parare, quæ prædam ex Sicilia deportaret: & quæ ad ea furta, quæ reliquisses, com-

es? non enim poterant dicere homines, aut credere te inanem navem tecum Romam abducturum, neq; hoc: te quæstum & lucrum ex vendenda tali nave facturum, aut habere te necessariam hanc navem pro maritimo aliquo fundo, quem nullum habes; ergo palàm omnes dicebant: ideò hæc navis structa est, ut in ea sua furta secum avehat Verres.

Navicularium te: Quæstum ex arte nautica facere, artem nauticam exercere, ædificandis aut vendendis navibus lucrum quærere, sicut dicimus *pecuariam facere*, pecudes alere & vendere: *Argentariam facere*, nummos permutare & fœnori dare, vel sumere: *Mercaturam facere &c.*

Maritimum fundum: Refutat omnes cæteras causas finales, propter quas comparare navem posset, ut maneat illa infamis ad deportandam prædam. *Fundus* est quævis possessio rustica, ita dicta, quòd fundet annuos redditus.

Com-

commearet? Verùm hæc omnia, si doces, navem de tua pecunia ædificatam, remitto atquè concedo. Sed hoc, homo amentissime, non intelligis priore actione ab ipsis istis tuis Mamertinis laudatoribus esse sublatum? Nam dixit Hejus, princeps civitatis, princeps istius legationis, quæ ad tuam laudationem missa est, navem tibi operis publicis Mamertinorum esse ædificatam, eiquè faciendæ Senatorem Mamertinum publicè præfuisse. Reliqua est materies. Hanc Rheginis, ut ipsi dicunt, tametsi tu negare non potes, publicè, quòd Mamertini materiem non habent, imperavisti. Si & ex quo fit navis, & qui faciunt, imperio tibi tuo, non pretio præstò fuerunt

Refellit à testimoniis.

Causa efficiens.

A causa materiali.

19.

Commearet: Iret,& rediret ad reliqua quoq; deportanda.

Verùm hæc omnia: Omittam cætera exprobrare,& objicere; si dicere possis ex vero, tuismet sumptibus navem illam ædificatam; sed hoc dicere non potes, quia neq; id testimonio Heji principis Mamertini, neq; publicis usquam tabulis proditur, imò contrarium.

Mamertinis laudatoribus: De his,& hac legatione alibi.

Reliqua est materies: Probatum fuit à causa efficiente, navem illam non à Verre, nec ejus sumptibus structam, sed à Mamertinis,operariis civitatis,præfecto aliquo Senatore Mamertino; nunc etiam â causa materiali: tu imperavisti Rheginis, ut suppeditarent ligna, cùm Mamertini non haberent;& hæc non pro pretio, sed tantùm tuo imperio.

runt; ubi tandem istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum? At Mamertini in tabulis nihil habent. Primùm video potuisse fieri, ut ex ærario nihil darent. Etenim vel Capitolium, sicut apud majores nostros factum est, publicè coactis fabris, operisquè imperatis, gratis exædificari, atquè effici potuit. Deinde id, quod perspicio, quod & ostendam, cùm istos produxero, ipsorum ex litteris, multas pecunias isti erogatas, in operum locationes falsas atquè inanes esse perscriptas. Jam illud minimè mirum est,

Prolepsis.

Comparatio A majore.

Ubi tandem istuc latet: Ubi demum recondita est illa ratio, qua probabis, tuâ pecuniâ navem esse exstructam?

In tabulis nihil habent: Nihil scriptum habent in rationib9 suis,quòd expēderint pecunias in sūpt9 pro nave; ergo, dices, ipsi nihil dederunt pecuniarum; sed respondetur primò; hoc equidem fieri potuit, ut non solverent ex ærario cōmuni. Nam etiam Capitoliū olim operis publicis fuit ædificatum, & gratis quidem, hoc est: absq; expensis pecuniis ex ærario,sed dederunt singuli,vel confecerunt, quod necessum erat; non fuit suppeditata pecunia ex ærario communi,& ideò non notata in rationibus.

Etenim vel Capitolium: In hanc sententiam Livius lib: 1.his verbis:*Tarquinius,*inquit,*intent9 perficiendo templo, fabris undiq; ex Etruria accitis,non pecuniâ solùm ad id publica est usus,sed operis etiam ex plebe.Qui cùm haud parvus,& ipse militum adderetur labor,minùs tamen plebs gravabatur, se templa Deûm ædificare manibus suis &c.*

In operum locationes esse perscriptas: Perscribi ei pecuniæ dicuntur,cui expensæ latæ sunt: id est: cui scriptum est

est, Mamertinos, à quo summum beneficium acceperant, quem sibi amiciorem, quàm populo Romano esse cognoverant, ejus capiti litteris suis pepercisse. Sed si argumento est, Mamertinos pecunias tibi non dedisse, quia scriptum non habent, sit argumento, tibi gratìs constare navem, quia quid emeris, aut quid locaveris, scriptum proferre non potes. At enim idcirco navem Mamertinis non imperâsti, quòd sunt fœderati. Dii, approbent! ha-

Invertit, & retorquet argumentum in ipsum Verrem.

Ironia, & nova prolepsis.

est in tabulis,eas pecunias expensas sive adnumeratas fuisse. Erant igitur in tabulis Mamertinorum multæ pecuniæ Verri perscriptæ, sive ei adscriptæ, tanquam ei erogatæ, sed in falsas quasdam,& ementitas operum locationes; omiserunt enim,ut capiti Verris parcerent,ea, quæ in navem Cybeā erant impensa,& mentiti sunt alias expensas.

A quo Nempe à Verre.

Litteris suis: Per litteras suas, vel in litteris suis.

Pepercisse: Noluisse quidquam in tabulas referre, ne Verri nocerent.

Sed si argumento est: Invertit argumentum; tu dicis pecunias non dedisse Mamertinos, quia non est scriptum hoc in tabulis: ergo & tu nullas expendisti pecunias in navem, quia nullum scriptum proferre potes,quòd emeris, locaveris aliquid pro nave, aut dederis aliquid Mamertinis. Hæc enim consvetudo omnia notandi erat Romanis.

At enim idcirco: Dices iterum: ergo Mamertinis non potui imperare navim,quia sunt fœderati;fœderatis autem non licet. Refutat per ironiam;ecce quàm fœderum & religionis observans est Verres?

Dii approbent: Est modus laudandi,hic autem ironicus. Quàm hoc factum Diis placet!

In

habemus hominem in fecialium manibus educatum: unum, præter cæteros, in publicis religionibus fœd rum, sanctum & diligentem. Omnes, qui ante te Prætores fuerunt, dedantur Mamertinis, quòd iis navem contra pactionem fæderis imperârint. Sed tamen tu sancte homo ac religiose, cur Taurominitanis item fœderatis navem imperâsti? an hoc probabis, in æqua causa populorum sine pretio varium jus, & disparem conditionem fuisse? Quid, si, ejusmodi esse hæc duo fœdera duorum populorum, judices, doceo, ut Taurominitanis nominatim cautum & ex-

Ex pari.

A fortiori.

In fecialium manibus: Fecialium collegium à Numa Popilio institutum est, qui de belli, pacis, fœderumq; jure consulerentur: itaq; ad eos de bello indicendo referebatur. *In manibus autem:* est in præsentia fecialium & perpetua consvetudine.

Dedantur Mamertinis: Appositum est vocabulum à fecialibus sumptum. Nam qui fœdus violârant, ii ut populo, cujus fœdus violârant, dederentur, feciales postulabant. Ergo omnes superiores Prætores, qui Mamertinis fœderatis imperârunt naves, peccârunt in fœdera Mamertinorum, ergo iis dedantur ad supplicium.

Cur Taurominitanis: Reprehenditur Verres comparatione parium: si non licuit Mamertinis fœderatis, non licuit item Taurominitanis; at his tu imperâsti navem.

An hoc probabis: Poterisne ostendere, aliam rationem tibi fuisse, in æquali causa diversum jus populis esse datum, quàm pretium, & acceptam pecuniam?

Quid si ejusmodi: Urget argumentum à fortiori: quid si per fœdus cautum est, ne Taurominitani navem da-

re

exceptum sit fœdere, ne navem dare debeant: Mamertinis in ipso fœdere sanctum atquè perscriptum sit, uti navem dare necesse sit: istum autem contra fœdus & Taurominitanis imperâsse, & Mamertinis remisisse? num cui dubium poterit esse, quin, Verre Prætore, plus Mamertinis Cybea, quàm Taurominitanis fœdus opitulatum sit? Recitentur fœdera. Isto igitur tuo, quemadmodum ipse prædicas, beneficio: ut res indicat, pretio atq; mercede minuisti majestatem reipublicæ, minuisti auxilia populi Romani, minuisti copias, majorum virtute, ac sapientiâ comparatas: sustulisti jus imperii, conditionem sociorum, memoriam fœderis. Qui ex fœdere ipso navem vel usquè ad Oceanum,

Conclusio Argumentationis. 20.

Repetitio, ab effectis, & consequentibus.

Diminutæ majestatis

re debeant: contrâ per fœdus cautum est, ut Mamertini dent: nunquid tu summè peccâsti, quòd prorsus contrarium facias, Mamertinis remittas, & Taurominitanis imperes?

Plùs Mamertinis Cybea: Hoc profuit Mamertinis, quòd suis sumptibus struxerint Cybeam, donarint Verri, eum sibi conciliârint: Taurominitanis fœdus nil profuit.

Isto igitur tuo: A jure fœderis læso majestatis diminutæ Verrem arguit.

Beneficio: Quòd dicas tibi navem â Mamertinis donatã.

Minuisti majestatem: Amplificat scelus, eo, quòd hac ratione egerit contra majestatem ac dignitatem Reipublicæ Romanæ fecerit, ut ne populi fœderati porrò juvent Romanos &c. &c.

Pre-

reus estVerres. num, si imperâssemus, sumptu periculoquè suo armatam atquè ornatam mittere debuerunt: hi, ne in freto ante sua tecta & domos navigarent, ne sua mœnia, portusquè defenderent, pretio abs te jus fœderis & imperii conditionem emerunt. Quid censetis in hoc fœdere faciundo voluisse Mamertinos impendere laboris, operæ, pecuniæ, ne hæc biremis adscriberetur, si id ullo modo possent à nostris majoribus impetrare? nam, cùm hoc munus imperaretur tam grave civitati, inerat, nescio, quomodo in illo fœdere Societatis, qu-si quædam nota servitutis. Quod

Dissolutio.

Adjuncta.

Pretio abs te jus fœderis emerunt: Illi tibi pecunias dare, navem donare tibi debuerunt; pretium dederunt, ut ne in naves ex fœdere imperandas sumptus cogerentur facere. Itaq; *pretio emerunt*, est hic, pecuniis redemerunt *jus fœderis*, id,quod jure fœderis debuissent agere. *Imperii conditionem*, id, quod â nostro imperio ipsis poterat demandari, pretio redemerunt.

Quid censetis: Mamertini quid fecissent jam dudum, ut impetrarent hanc immunitatem à navibus ædificandis & dandis nostro imperio? modô facillimè hanc immunitatem à Verre consecuti sunt, dando illi pecunias, vel donando aliquam navem.

Ne hæc biremis adscriberetur: Ne sibi imperaretur,& ex obligatione fœderis data scriberetur hæc navis; nam ineſt in tali re aliquod jus servitutis, quod habet imperium Romanum in Mamertinos. Pro hac servitute avertenda omnem hactenus laborem, operam, pecuniam impedissent.

Quod

Quod tum recentibus suis officiis, integra re, nullis populi Romani difficultatibus, à majoribus nostris fœdere assequi non potuerunt, id nunc nullo novo officio suo, tot annis pòst, jure imperii nostri quotannis usurpatum, ac semper retentum, summa in difficultate navium, à C. Verre pretio assecuti sunt. At non hoc solùm sunt assecuti, ne navem darent. Ecquem nautam, ecquem militem, qui aut in classe, aut in præsidio esset, te Prætore, per triennium Mamertini dederunt? Deniq; cùm ex Senatûs Consulto, itemquè ex lege Terentia & Cassia frumentum æquabiliter emi ab omnibus Siciliæ civitatibus oporteret: id quoquè munus leve atquè commune Mamertinis remisisti. Dices, frumentum Mamerti-

Dissolutio.

Repetitio. Conduplicatio.

21.

Anteoccupatio.

Quod tum recentibus suis officiis: Quod olim à majoribus nostris impetrare non potuerunt tunc, quando res adhuc integra, quando recenter sua officia exhibebant Romanis, quando fœdera fiebant: id nunc post tot annos nullo novo officio, & in summa penuria navium, ubi maximè egemus, pretio impetrant à Verre. Hæc tota amplificatio pertinet ad læsionem majestatis populi Rom.

Deniq; cùm ex S. C. Exprobrat porrò, cur alias immunitates Mamertinis dederit, præsertim frumentum non vendendi.

Lege Terentia &c. Legem hanc uti & Cassiam citat libro 3. *frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex Senatûs Consulto, & ex lege Terentia & Cassia frumentaria:* tenebantur enim populi Siciliæ vectigales populo Romano tantum frumenti, quantum vellet, certo pretio vende-

tinos non debere. Quomodo non debere? an, ut ne venderent? non enim erat hoc genus frumenti ex eo genere, quod exigeretur, sed ex eo, quod emeretur. Te igitur auctore & interprete, ne foro quidem & commeatu Mamertini populum Romanum juvare debuerunt. Quae tandem civitas fuit, quae deberet? Qui publicos agros arant, certum est, quid ex lege Censoria dare debeant. Cur iis quidquam prætereà ex alio genere imperavisti? Quid? decumani num quid præter singulas

Similiter desinens.

dere; jam in hac lege pariter Verres dispensavit cum Mamertinis.

Ex eo genere: Ex genere decumani frumenti, hoc enim frumentũ decumanum ab aratoribus sine pretio exigebatur; aliud frumentum emebat populus Romanus, & Prætor in provincia Romano populo curabat, quantum frumenti vellet. Hoc erat, quod per prolepsin respondit Verres: non erat frumentum tale, in quo ego dispensavi, quod per modum decumarum exigi potuit: sed frumentum vendibile. At, respondet Cicero, etiam hoc vendere obligati erant, & tu es iste legis interpres, qui pronuntias, populum Romanum non debere adjuvari commeatu à Mamertinis?

Commeatu: Accipitur hic pro alimonia. Aliter alibi.

Qui publicos agros arant: Siciliæ civitates bello à Romanis subactæ agros habebant, qui cùm essent à populo Romano subacti, tamen Siculis fuerunt redditi, & ex lege Censoria locati publicis aratoribus, ut certum frumenti numerum quotannis populo Romano solverent, reliquum sibi haberent.

Quid? decumani: Decumanos hic appellat, non ipsos publicanos, qui Decumas emebant, sed aratores, qui debebant.

Le-

gulas decumas ex lege Hieronica debent? cur iis quoquè statuisti, quantum ex hoc genere frumenti empti darent? qui sunt immunes, ii certè nihil debent. At his non modò imperâsti; verùm etiam, quò plùs darent, quàm poterant hæc sexagena millia modiûm, quæ Mamertinis remiseras, addidisti. Nequè hoc dico, cæteris non rectè imperatum esse. Mamertinis, qui erant in eadem causa, quibus superiores omnes Prætores item ut cæteris imperârant, pecuniamquè ex Senatûs Consulto & ex lege dissolverant, his dico non rectè remissum. Et ut hoc beneficium, (quemadmodum dicitur) trabali clavo figeret, cum

Præteritio.

Geminatio.

Proverbiū.

Lege Hieronica: De hac alibi.

Statuisti: Arbitrio tuo determinâsti.

Quî sunt immunes: Novum genus injustitiæ; eos quoq; coëgit solvere, qui immunes erant,& excepti. Imò hi debebant ultrà etiam ea præstare,quæ ipse Mamertinis suis remiserat.

Sexagena millia modiûm: Sive modiorum. Modius est mensuræ genus. *Sexagena:* Sexaginta millia.

Mamertinis &c: Non improbo,aliis impositum fuisse, ut darent,ut venderent;sed hoc improbo, remissum Mamertinis, quibus alii Prætores nunquam remittendum censuerunt.

Pecuniamq;: Illud alterum frumenti genus, emptum nempe, de quo hic agitur, Prætores certâ juxta legem & Senatûs Consultum pecuniâ solvebant.

Trabali clavo figeret: Maximè confirmaret; tantò magis & vehementiùs stabiliret; proverbium est â translatione clavi ingentis & validi,qui trabalis dicitur, quia eo

cum consilio causam Mamertinorum cognoscit, & de consilii sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronuntiat. Audite decretum mercenarii Prætoris ex ipsius commentario, & cognoscite, quanta in constituendo jure sit auctoritas. Recita Commentarium. LIBENTER, ait SE FACERE: itaque perscribit. Quid, si hoc verbo non esses usus, LIBENTER? Nos videlicet invitum te quæstum facere putaremus? ac DE CONSILII SENTENTIA. Præclarum recitari consilium, judices, audîstis. Utrùm vobis consilium recitari tandem Prætoris videbatur, cùm audiebatis nomina, an prædonis improbissimi societas atq; comitatus? En fœderum interpretes, Societatis pactores, religionis auctores. Nunquam in Sicilia frumentum pu-

Salsum.

Ironicè.

Correctio.

Definitiones ironicæ.

co trabes conjunguntur.

Cum consilio: De sua cohorte.

Mercenarii Prætoris: Qui nempe sua pretio & mercede venalia decreta habet.

Commentario:Liber,in quo rationes & decreta annotātur.

Itaq; perscribit: Et sic in tabulas, & in acta refert.

En fœderum interpretes: En quàm Verres & ejus consiliarii bene exponunt rationem fœderum! Verres enim se ideò Mamertinis navem non imperâsse dicebat, quòd essent fœderati. Est apostrophe per indignationē expressa.

Societatis pactores: Digni,quibus utamur in paciscenda Societate.

Religionis auctores: Qui causa sunt, ut religio sanctè ob-

publicè est emptum, quin Mamertinis pro portione imperaretur, antequam hoc delectum præclarumque consilium iste dedit, ut ab his nummos acciperet, ac sui similis esset. Itaquè tantum valuit istius decreti auctoritas, quantum debuit ejus hominis, qui, à quibus frumentum emere debuisset, iis decretum vendidisset. Nam statim L. Metellus, ut isti successit, ex C. Sacerdotis, & Sex. Peducæi instituto ac litteris frumentum Mamertinis imperavit. Tum illi intellexerunt, se id, quod à malo auctore emissent, diutiùs obtinere non posse. Age porro, tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem fœderum, cur Tauromini-

Relata.

22.

Geminatio.

observetur. Uti suprà dixit: *unum præter cæteros in publicis religionibus fœderum sanctum & diligentem.*

Ac sui similis esset: Et ubiq; ageret, ut Verres.

Tantum valuit: Non diu mansit decretum illud tanquam hominis mercenarii & vendentis sua decreta, cùm emere frumentum ipse debuisset.

Ex C. Sacerdotis: Juxta Prætorum superiorum instituta denuò Mamertinis frumentum imperavit.

A malo auctore emissent: Auctores propriè dicti sunt illi, à quibus res emebatur, aut quocunq; pacto ac contractu res obtenta est.

Diutiùs obtinere; Servare. Nam quæ res à malo auctore accepta est, ea jure civili per verum dominum nullo negotio aufertur.

Age porro: Urget argumentum ratione fœderis: cur ergo aliis fœderatis urbibus imposuit frumenti dandi vel sibi certo pretio vendendi obligationem?

minitanis frumentum, cur Netinis imperâsti? quarum civitatum utraque fœderata est. Ac Netini quidem sibi non defuerunt. Nam simul ac pronuntiâsti, libenter te Mamertinis quiddam remittere, te adiêrunt, & eandem suam causam fœderis esse docuerunt. Tu aliter decernere in eadem causa non potuisti. Pronuntias, Netinos frumentum dare non oportere: & ab his tamen exigis. Cedo mihi ejusdem Prætoris litteras, & rerum decretarum, & frumenti imperati, & tritici empti. Quid potiùs in hac tanta, & tam turpi inconstantia suspicari possumus, judices, quàm id, quod necesse est, aut isti à Netinis pecuniam, cùm posceret, non datam: aut id esse actum, ut intelligerent Mamertini, bene se apud istum, tam multa pretia ac munera collocâsse, cùm idem alii juris

Polysyndeton.

Dilemma.

Netinis: Act. II. vocat Netinenses. Oppidum Siciliæ Mediterraneum. Ptolomæo Νῆτον, Silio *Netum* dicitur: *Et Netum & Mutyce, pubesq; liquentis Acheti.* Hodie Noto Cita ingeniosa. Vide act: II. N. 65.

Cedo mihi: Da, exhibe. Recitari postmodùm debuerunt Litteræ.

Inconstantia: Cùm idem pronuntiârit Netinos frumentum dare non oportere, & ab iisdem tamen exegerit.

Aut id esse actum: Istud intendit, ut Mamertinos in sua erga se benevolentia & liberalitate confirmaret, cùm viderent sua munera tam bene esse apud Verrem collocata, ut nulli alii æquale jus habentes, ita tamen gratiâ

ris ex eadem causa non obtinerent. Hic mihi etiam audebit mentionem facere Mamertinæ laudationis? in qua quàm multa sint vulnera, quis est vestrûm judices, quin intelligat? primùm, ut in judiciis, qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare, quàm illum quasi legitimum numerum consvetudinis non explere. Tot in Sicilia civitates sunt, quibus tu per triennium præfuisti: arguunt cæteræ: paucæ & parvæ metu repressæ silent: una laudat. Hoc quid est, nisi intelligere, quid habeat uti-

Metaphora.

Mēbratim.

tiâ valerent apud Verrem, & jus suum impetrarent.

Hic mihi etiam audebit: Jam ea infert, quæ in alia oratione de Mamertinis Legatis & Verris laudatoribus se dicturum alio loco promisit. Negat ergo Mamertinorum laudem quidquam prodesse Verri, cùm ex eorum utilitate duntaxat provenerit.

Quàm multa sint vulnera: Metaphoricè. Talis laudatio non est bona, non est integra, multos habet defectus &c.

Primum, ut in judiciis: Omittendam aliqui putant esse particulam *ut:* sed Priscianus retinet: sic intelligendum puto: primùm: qui decē laudatores dare non potest (quēadmodū in judiciis fieri solet & debet pro adducendis testibus & laudatoribus) ille meliùs ageret, si nullum adduceret, quàm si legitimum numerum non possit explere. Ubi non video, quid obscuritatis sit, sequuntur cætera facilè.

Decem laudatores: Ita decem fuêre, qui Scaurum à Cicerone defensum laudârunt, novem Consulares, unus adolescens Faustus, Scauri frater, Sullæ filius. Videtur ergo hic numerus legitimus fuisse.

Hoc quid est? Ex pluribus civitatibus habere tam paucos laudatores, nunquid tibi nunc documentū dat, quàm

utilitatis vera laudatio: ſed tamen ita provinciæ præfuiſſe, ut hac utilitate neceſſariò ſit carendum? deinde, id quod alio loco ante dixi, quæ eſt iſta tandem laudatio, cujus laudationis legati Principes, & publicè tibi navem ædificatam, & privatim ſeipſos abs te ſpoliatos expilatosquè eſſe dixerunt? poſtremò quid aliud iſti faciunt, cùm te ſoli ex Sicilia laudant, niſi teſtimonio nobis ſunt, te omnia ſibi eſſe largitum, quæ tu de Republica noſtra detraxeris? quæ colonia eſt in Italia tam bono jure, quod tam immune municipium, quod per hoſce annos tam commoda vacatione ſit uſum omnium rerum, quàm Mamertina civitas per triennium? ſoli ex fœdere, quod debuerunt, non dederunt: ſoli, iſto prætore, omnium rerum immunes fuerunt: ſoli in iſtius imperio ea conditione vitae

A repugnātibus.

Repetitio.

utile foret, ſi poſſes habere laudationem veram, nimirum plurium civitatum teſtimonio firmatam? intelligis nunc hoc, dum ea utilitate cares.

Deinde id, quod: Secundò qualis eſt hæc laus, dum tales Legati tua furta commemorant?

Sibi largitum: Nam & biremem, quam debebant, & frumenti numerum, quod pro ſua portione dare debebant, eis remiſeras.

Tam bono jure: Diverſa coloniarum genera diverſo jure, id eſt: aliæ aliis, pro ſuis quæq; meritis, immuniores fuerunt.

Tam commoda vacatione ſit uſum: Vacatio, ſive ceſſatio, immunitas.

Ve-

tæ fuerunt, ut populo Romano nihil darent, Verri nihil denegarent. Verùm ut ad classem, quo ex loco sum digressus, revertar: accepisti à Mamertinis navem contra leges: remisisti contra fœdera. Ita in una civitate bis improbus fuisti: cùm & remisisti, quod non oportebat, & accepisti, quod non licebat. Exigere te oportuit navem, quæ contra prædones: non quæ cum præda navigaret; quæ defenderet, ne provincia spoliaretur: non quæ provinciæ spolia portaret. Mamertini tibi & urbem, quò furta undiquè deportares, & navem, quâ exportares, præbuerunt. Illud tibi oppidum receptaculum prædæ fuit: illi homines testes custodesquè furtorum: illi tibi & locum furtis, & furtorum vehiculum comparaverunt. Itaquè ne tum quidem, cùm classem avari-

Similiter desinens.

23.

Redit à digressione.

Conclusio argumenti.

Antitheta.
Paronomasia.

Conjugata.
Antitheton.
Polysyndeton.
Traductio.

Mēbratim.

Verùm ut ad classem: Confutato Verre, ex digressione redit ad eam navem, quam à Mamertinis Verres acceperat ad prædas, contra leges, & quam navem ipsis remiserat contra fœdera; hancq; improbitatem geminam accusat. *Ad classem:* sive ad rem navalem.

Remisisti: accepisti: Amplificat ab antithetis; sicut & in sequentibus: debuisset navis esse contra prædones, & ipsa prædatur; debuisset defendere Siciliam, ne spoliaretur, & ipsa apportat spolia. Elegantia magna est, simul & vis in his loquendi modis.

Itaq; ne tum quidem: Quando Verris avaritiâ partim, & partim nequitiâ, hoc est: dissoluto & negligente guber-

ritiâ ac nequitiâ tuâ perdidisti, navem Mamertinis imperare ausus es: quo tempore in tanta inopia navium, tantaquè calamitate provinciæ, etiamsi precariò essent rogandi, tamen ab his imperaretur. Reprimebat enim tibi & impetrandi vim, & rogandi conatum præclara illa, non populo Romano reddita biremis, sed Prætori donata Cybea. Ea fuit merces imperii, auxilii, juris, consvetudinis, fœderis. Habetis unius civitatis firmum auxilium amissum ac venditum pretio. Cognoscite nunc novam prædandi rationē, ab

Polysyndeton.

Incisa. Dissolutio. Transitio ad alias avaritiæ species.

nandi more classis populi Romani magnum passa est detrimentum, & penuria navium erat magna, Verres non petiit subsidiariam navem à Mamertinis, tantùm ne ipsos offenderet.

Etiāsi precariò esset rogandi: Etiāsi non pro jure fœderis, ac pro imperio posceretur, sed precibus; non negaturi erāt.

Reprimebat enim: Hæc erat causa, cur à Mamertinis navem petere non auderes, quia ab ipsis accepisti navem Cybeam, illam navem tibi donatam, non quam populo Romano debuissent dare.

Ea fuit merces imperii: Mamertini hanc tibi Cybeam persolverunt, quasi mercedem imperii populi Romani, & auxilii, quod ei ex fœdere præstare debent: non quòd tanquam mercedem præstare debuissent, populo Romano, sed quòd tanquam mercedem dederint Verri, quod aliàs debuissent dare imperio. Latet hic ironia.

Auxilii: Quod debebant.

Juris: Ita enim jure, consvetudine, fœdere inter eos & populum Romanum convenerat.

Cognoscite nunc: Addit & alias fraudes, seu prædandi rationes, quibus iste quæstum & pecuniam faciebat.

Sum-

ab hoc primùm excogitatam. Sumptum omnem in classem frumento, stipendio, cæterisq; rebus navarcho suo quæq; civitas dare semper solebat. Is neq; ut accusaretur à nautis, committere audebat & civibus suis rationem referre debebat. In illo omni negotio, non modò labore, sed etiam periculo suo versabatur. Erat hoc, ut dico, factitatum semper, nec solùm in Sicilia, sed in omnibus provinciis; etiam in Sociorum & Latinorum stipendio ac sumptu, tum, cùm illorum auxiliis uti solebamus, Verres post imperium constitutum primus imperavit, ut ea pecunia omnis à civitatibus sibi adnumeraretur, ut is pecuniam tractaret, quem ipse præfecisset. Cui potest esse dubium, quamobrē & omnium consvetudinem veterem primus immutâris, & tantam utilitatem per alios tractandæ pecuniæ neglexeris, & tan-

Adjunctio.

Causa finalis.
Repetitio.

Sumptum omnem in classem: Quidquid erat expendendū in classem sive comparandā, sive instruendam, sive in frumento, sive in stipendio militum & nautarum &c. id antiqua consvetudine singulæ civitates dabant Navarcho suo; Verres sibi numerari petiit.

Non modò labore &c. Navarcho non solùm incumbebat cura & labor, sed etiam res curare debebat cum periculo proprio.

Post imperium constitutum: Ab eo tempore, quo Romanum nostrum imperium cœpit, primus fuit.

Pecuniam tractaret: Accepta expensaq;, rationes & sumptus curaret.

Utilitatem &c. neglexeris: Cur non permiseris tractari illam.

Compar. tantam difficultatem cum crimine, molestiam cum suspicione susceperis? Deinde alii quæstus instituuntur, ex

Enumeratio aliorum quæstuum. uno genere navali videte, quàm multi. Accipere à civitatibus pecunias, ne nautas darent: pretio certo missos facere nautas: missorum omne stipendium lucrari: reliquis, quod deberet, non dare. Hæc omnia ex civitatum testimoniis cognoscite. Recita testimonia civitatum. Huncine hominem?

25. *Aposiopesis cum interrogatione,* hancine impudentiam, judices? hancine audaciam? civitatibus pro numero

illam pecuniam ab aliis suo periculo; unde utiq; tibi utilitas, quia nullum fuisset metuendum detrimentum tuum, nulla tibi incubuisset cura. Sed nimirum Verres hanc quidem utilitatem neglexit, aliam quæsivit, ut nempe per eum, quem tractandæ pecuniæ præfecerat, pecunia illa ad se perveniret.

Tantam difficultatem cum crimine: quia tuo periculo tractanda erat illa pecunia ab eo, quem præfeceras; ergo simul hanc difficultatem, simul & notam criminis, simul cum molestia rerum procurandarum etiam suspicionem tibi imposuisti, ut nempe suspicarentur homines, id te facere avaritiæ causâ.

Alii quæstus: Modi lucrandi.

Ne nautas darent: Corruperunt Verrem pecuniis, ne obligati essent nautas dare.

Missos facere nautas: Aliis facultatem dedit abeundi, postquam idcirco pecuniam acceperat.

Missorum stipendium lucrari: Ea stipendia, quæ pro nautis dabantur, ipse trahebat ad se, quandoquidem ipsi non aderant; etiam præsentibus suum stipendium non persolvit.

Huncine hominem? Subaudi: reperiri potuisse! abrumpit enim sensum propter indignationem. Le-

ro militum pecuniarum summas describere? certum pretium, sexcentos nummos nautarum missioni constituere? quos qui dederat, commeatum totius aestatis abstulerat: iste, quod ejus nautae nomine pro stipendio frumentoque acceperat, lucrabatur. Itaquè quaestus duplex unius missione fiebat. Atquè haec homo amentissimus in tanto praedonum impetu, tantoquè periculo provinciae sic palàm faciebat, ut & ipsi praedones scirent, & tota provincia testis esset. Cùm propter istius hanc tantam avaritiam nomine classis esset in Sicilia, re quidem vera naves in-

Exclamatione & repetitione.

Describere? Posteriores dicunt: *taxare:* determinare nempe & praescribere, quantũ quaeq; civitas solvere debeat.

Sexcentos nummos: Id est: 15. Coronatos. Nummus idem, ac sestertius.

Nautarum missioni constituere: Tantum Verri praebere debebat nauta, qui missionem petebat, & libertatem.

Commeatum totius aestatis abstulerat: Qui 15. Coronatos dederat, abiens quodammodo secum accipiebat necessariam illam pro se annonam, quam Verres curare debuerat; Verrem nempe levavit curâ procurandi commeatûs sive victûs pro tali nauta, & tamen Verres à civitate dein acceperat pecunias impendendas in commeatum talium nautarum; has ergo sibi lucrabatur.

Quaestus duplex: Cùm aliquem nautam dimitteret Verres, duplex lucrum habuit. Primò sexcentos nummos pro missione. 2dò stipendium illius nautae & pecunias pro commeatu totius aestatis.

Nomine classis &c. Nomine, hoc est: verbo, & simulatione; classis erat in Sicilia, at revera, nil nisi inanes naves.

P.

Traductio. Adjunctio. inanes, quæ prædam Prætori, non quæ prædonibus metum afferrent: tamen, cùm P. Cæsetius, & P. Tadius decem navibus his semiplenis navigarent, navem quandam piratarum prædâ refertam, non ceperunt, sed abduxerunt, onere suo planè captam atquè depressam. Erat ea navis plena juventutis formosissimæ, plena argenti facti atquè signati, multa cum stragula veste. Hæc una navis cum classe nostra non capta est, sed inventa ad Megaridem: qui locus est non longè à Syracusis. Quod ubi isti nuntiatum est: tametsi in Acta cum mulierculis jacebat ebri-

Crimen diminutæ Majestatis in capta navi piratica.

Correctio.

P. Cæsetius, & P. Tadius: P. significat Publius, si pro prænomine ponitur. Si solum, præsertim in inscriptionibus, significat *posuit.* Sæpè etiam significat *Pontifex.* Erant hi duo, Verris Legatus unus, alter Quæstor.

Navem quandam: Hoc facto Majestas diminuta est, quòd adducta prædonum nave, & avidissimè exinanita (adverte hypotyposin) piratas, & ipsum archipiratam dimiserit acceptâ pecuniâ.

Non ceperunt: Ne laudi bellicæ hoc possit tribui; sed cùm nimis onerata esset, pergere non poterat, subsidebat depressa.

Facti, atq; signati: Argentum factum, vasa sunt, & alia, quæ ornamenti ac magnificentiæ gratiâ elaborantur: signatum, pecunia.

Stragula: Qua lecti, mensæ, parietesq; sternuntur, ut jam alibi dictum.

Ad Megaridem: Megaris, quæ est Megara, olim Hybla dicta, vicina est Syracusis civitas, cujus portus Megarensis.

In Acta: Acta, littus est ab ἀκτὴ Virg. *At procul in sola*

ebrius, erexit se tamen, & statim Quæstori Legatoquè suo custodes misit complures, ut omnia sibi integra quamprimùm exhiberentur. Appellitur navis Syracusas, exspectatur ab omnibus, supplicium sumi de captivis putatur. Iste, quasi prædâ sibi advectâ, non prædonibus captis, siqui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificiiquè habebant, abducit omnes, nonnullos scribis suis, filio, cohortiquè distribuit; symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romam muneri misit. Nox illa tota exinaniunda navi consumitur. Archipiratam ipsum videt nemo, de quo supplicium sumi oportuit. Hodiequè omnes sic habent, quid ejus sit, vos conje-

Incisa.
Disjunctio.
Similiter cadens.

Hypotyposis navis.

Secretæ Troades Acta, habita est Acta pro loco voluptatis, & sic à quibusdam auctoribus accipitur.

Custodes misit: Id est: observatores, exploratores, scribas, qui rationes perscriberent.

Exspectatur ab omnibus: Supplicium nempe de captivis piratis sumendum, atq; etiam putatur sumi.

In hostiū numero ducit: Id est: occidit, ultimo supplicio afficit Sic veteres loquebantur, ut cædis mentionē vitarent.

Cohortiq;: Cohorti Prætoriæ, quâ pro præsidio Prætores utebantur.

Symphoniacos: Servos musicæ peritos, qui & in conviviis & in classe pro celeusmate adhibebantur.

Omnes sic habent: Sic credunt, sic habent persvasum, sic dicimus, *hoc habe, hoc crede.*

Quid ejus sit: Præcisa locutio, quid ejus rei; veràne sit ea

jectura quoque assequi debetis, istum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepisse. Conjectura bona est. Judex esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non movetur. Hominem nôstis: consvetudinem omnium tenetis, qui ducem prædonum, aut hostium ceperit, quàm libenter eum palàm ante oculos omnium esse patiatur. Hominem in tanto conventu Syracusis vidi neminem, judices, qui archipiratam captum vidisse se diceret; cùm omnes, ut mos est, ut solet fieri, concurrerent, quærerent, videre cuperent. Quid accidit, cur tantopere iste homo occultaretur, ut eum ne casu quidem quisquam aspicere posset? Homines maritimi Syracusis, qui sæpè istius ducis nomen audîssent, cùm eum sæpè timuissent, cùm ejus cruciatu atq; supplicio pascere oculos, ani-

26. *Sententia.*

Ab adjunctis personæ, & more aliorum.

Synonyma.

ea res: an falsa, facilè per conjecturam assequemini, intelligitur ergo, quid ejus *rei sit.*

Conjectura bona est: Dimissum esse archipiratam patet, quia illum nemo vidit Syracusis, tametsi omnis populus illum cernere vinctum cupiisset.

Judex esse bonus: Bona est conjectura, & certa suspicio, ergo bene judicamus; nisi enim certa suspicio sit, & conjectura bona, malè judicamus.

Hominem nôstis: probat veritatem conjecturæ ab adjunctis personæ, & à more aliorum.

Homines maritimi: Hunc casum rectum pone in ipsa periodo; cùm homines maritimi eum sæpè timuissent, & jam

animumquè exsaturare vellent: potestas adspiciendi nemini facta est. Unus plures prædonum duces vivos cepit P. Servilius, quàm omnes anteà. Ecquando igitur isto fructu quisquam caruit, ut videre piratam captum non liceret? At contrà, quacunquè iter fecit, hoc jucundissimum spectaculum omnibus vinctorum, captorumquè hostium præbebat. Itaquè ei concursus undiquè fiebant, ut non modò ex his oppidis, quà ducebantur, sed etiam ex finitimis, visendi causâ convenirent. Ipse autem triumphus quamobrem omnium triumphorum gratissimus populo Romano fuit, atquè jucundissimus? quia nihil est victoriâ dulcius. Nullum est autem testimonium victoriæ certius, quàm,

Dissimile exemplum P. Servilii.

Interrogatio figurata.

Subjectio.

Sententia.

Sorites.

jam ejus cruciatu pascere oculos vellent, tamen aspiciendi potestas facta non est.

Maritimi: Id est: ad illud mare habitantes.

P. Servilius: Isauricus, de quo Verrina III. qui Phaselin, Olympum, & Isauricum Ciliciæ urbes, quib9 se piratæ tuebantur, cepit. Cicero postea Niconem nobilissimum piratam nominat à Servilio captum, & cùm fugisset, recuperatum. Iste Servilius neutiquam privavit nostros ea voluptate, quam habent in videndis captis hostibus.

Non liceret: Interrogatio, cui subjecta responsio clara & explicita hic non est; neq; enim semper fieri debet. Subintelligitur pro responsione, *nunquam:* Quæ sequuntur, serviunt pro responsione.

Ipse autem triumphus: Quare triumphi adeò libenter spectati à Romanis? quia signa sunt victoriæ; victoria autem dulcis. Quæ autem dulcior victoria, quàm ubi triumphos

quàm, quos sæpè metueris, eos te vinctos ad supplicium duci videre. Hoc tu quamobrem non fecisti? quamobrem ita iste pirata celatus est, quasi eum adspicere nefas esset? quamobrem supplicium non sumpsisti? quam ob causam hominem reservâsti? ecquem audîsti in Sicilia anteà captum archipiratam, qui non securi percussus sit? unum cedo auctorem tui facti: unius profer exemplum. Vivum tu archipiratam servabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres. Nequè enim quidquam erat jam reliquum, nisi ut, classe populi Romani pulcherrima amissa, provinciaquè laceratâ triumphus navalis tibi decerneretur. Age porrò, custodiri ducem prædonum novo more, quàm securi feriri omnium exemplo ma-

Urget frequentibus interrogationibus.

Ironia.

27.

umphos videmus de iis, imò illos ipsos captos, quos anteà tantopere metuebamus. Latet hic Sorites.

Archipiratam: Pirata est prædo maritimus, *archipirata* prædonum dux.

Unum cedo auctorem tui facti: Unum da, qui ad hoc factum tibi auctor vel dux fuerit.

Ante currum tuum duceres: nam moris fuit, ut qui triumphantes urbem inirent, vinctos hostium duces ante currum suum ducerent, eosq; cùm de foro in Capitolium currum flectere inciperent, duci in carcerem securiq; feriri juberent.

Age porrò, custodiri &c. Nempe judicâsti, melius esse archipiratam in custodiam dari, quàm occidi. Ubi ergo custodisti? ubi asservâsti?

Quæ

magis placuit. Quæ sunt istæ custodiæ? apud quos homines? quemadmodum est asservatus? lautumias Syracusanas omnes audîstis: plerique nôstis. Opus est ingens, magnificum regum ac tyrannorum. Totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, & multorum operis penitus exciso. Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undiquè, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest. In has lautomias, siqui publicè custodiendi sunt, etiam ex cæteris oppidis Siciliæ deduci imperantur. Eò, quòd multos captivos cives Romanos conjecerat, & quòd eòdem cæteros piratas contrudi imperârat, intellexit, si hunc sub-

Sustentatio.

Hypotyposis lautumiarū.

Repetitio.

Quæ sunt istæ custodiæ? Interrogationes instandi causâ.

Latomias Syracusanas: scribunt nonnulli lautumias, alii latumias, communiter latomias. Erant autem latomiæ instar carceris, re ipsa lapicidinæ. Inde latomi nominati, qui lapides excidunt.

Tyrannorum: Tyrannus sæpè pro Rege accipitur; sæpè pro possidente regnum iniquo modo: sæpè pro crudeli gubernatore; in quo sensu hic poterit intelligi.

In mirandam altitudinem: Profunditatem; nam hanc quoq; significat altitudo.

Multorum operis: Multorum laboribus & industriis.

Eò, quòd: Quandoquidem eò, in has latomias multos cives Romanos deduci imperâsset, tanquam in carceres, & quia eodem, in eundem locum, alii etiam piratæ multi fuerunt detrusi, ideò noluit suppositum illum verò archipiratæ & fictitium eò mittere, nam ibi cognitus fuisset ille suppositus.

Subdi-

Cōtinuatur sustentatio.

Subjectio.

subditittium archipiratam in eandem custodiam dedisset, fore, ut á multis illis in latomiis verus ille dux quærere-tur. Itaquè hominem huic optimæ tutissimæquè custodiæ non audet committere. Deniquè Syracusas totas timet: amandat hominem. Quò? Lilybæum fortasse. Video: tamen homines maritimos non planè reformidat. Minimè, judices. Panormum igitur? audio: quanquam Syracusis, quoniam in Syracusano captus erat, maximè, si minùs supplicio affici, at custodiri oporte-

Subditilium: Subrogatum in alterius locum, suppositum locô veri.

Verus ille dux: Non suppositus.

Syracusas totas timet: Ne pateat, verum archipiratam dimissum esse, non vult eum custodiri Syracusis, vel in vicinia Syracusarum; totam enim illam civitatem metuit, ne rem deprehendat.

Amandat hominem: Ergo mittit aliò.

Lilybæum: Promontorium Siciliæ; est autem promontorium mons, vel claustrum ac munimentum naturâ aut arte factum, in mare promineus, & reddens accessum hostibus difficilem.

Video: Verbum assentientis: ut infrà *audio:* per subjectionem dicit: non invitus sum; approbo; bene factum.

Non planè reformidat: Utiq; non omnes homines maritimos adeò suspectos habet; ergo Panormum mittet?

Panormum: Urbem Siciliæ, quam nostra ætate Palermo indigitant.

Quanquam Syracusis: Ubi captus est, maximè custodiri, si non supplicio ipso mortis affici debuit: ita conjunge per hyperbaton disjuncta, & clarus erit sensus.

Ma-

tebat. Ne Panormum quidem. Quò igitur? quò putatis? Ad homines à piratarum metu, & suspicione alienissimos, à navigando rebusquè maritimis remotissimos, ad Centuripinos, homines maximè mediterraneos, summos aratores: qui nomen nunquam tenuissent maritimi prædonis, unum, te Prætore, horruissent Apronium terrestrem archipiratam. Et, ut quivis facilè perspiceret, id ab isto actum esse, ut ille suppositus facilè & libenter se illum, qui non erat, esse simularet, imperat Centuripinis, ut is victu, cæterisquè rebus, quàm liberalissimè, commodissimequè habeatur. Intereà Sy-

Communicatio.
Responsio.

Verris techna.

Maximè mediterraneos: Ad Centuripinos mittitur suppositus ille, non verus archipirata; verus enim pro pecunia dimissus jam est. Centuripini maximè sunt mediterranei, hoc est: à mari remoti, quasi in media terra; atq; adeò neq; nôrunt piratas, neq; odio habent: *mediterraneus* est oppositum *maritimo.*

Summos aratores: Agricolæ erant, non nautæ; piratas non noverant, à navigando, à piratarum metu ac suspicione alienissimi.

Horruissent Apronium: Apronius decumanorum princeps, Verri familiarissimus, scelerum minister, de quo plurima lib. II. accusat. quem Verres, uti ibidem N. 10. ait, principem *ad fortunas aratorum vexandas, diripiendasq; esse voluit.*

Id ab isto actum esse: Ideò subdititius hic ad tales missus est, ut ibi se facilè posset alium simulare.

Intereà Syracusani: Syracusanis interim animadvertentibus, non omnes piratas, neq; ipsum archipiratam interfici, Verres horum loco cives Romanos supposuit ob-

 vo-

Laus Syracusanorum. Syracusani, homines periti & humani, qui non modò ea, quæ perspicua essent, videre, verùm etiam occulta suspicari possent, habebant rationem omnes quotidie piratarum, qui securi ferirentur: quàm multos esse oporteret, ex ipso navigio, quod erat captum, & ex remorum numero conjiciebant. Iste, quòd omnes, qui artificii aliquid habuerant, aut formæ, removerat atquè abduxerat, reliquos si, ut consvetudo est, universos ad palum alligâsset, clamorem populi fore suspicabatur, cùm tantò plures abducti essent, quàm relicti. Propter hanc causam cùm instituisset alios alio tempore producere, tamen in tanto conventu nemo erat, quin rationem numerumquè haberet, & volutis capitibus, ne agnoscerentur.

Homines periti & humani: *Humani* accipiuntur hìc pro acutis & ingeniosis. *Periti* usu rerum, non barbari & indocti, sed moribus & litteris exculti.

Habebant rationem: Observabant, numerabant, quot piratæ ad suppliciū ducerentur. Quot autem piratæ plecti debuerint, colligebant ex numero remorum in navigio, & tanquam rei nauticæ periti sciebant, quot in singulis transtris remiges essent necessarii.

Ad palum alligâsset: Antequam securi ferirentur, ex more flagellandos.

Cùm tantò plures: Si universi simul producti fuissent, Syracusani homines acuti animadvertissent, non esse omnes, qui deberent supplicio affici; & hinc suspicabatur Verres, tumultum & clamorem populi idcirco excitandū.

Alios alio tempore: Successivè, & per diversa tempora.

Non

& reliquos non desideraret solùm, sed etiam posceret & flagitaret. Cùm maximus numerus deesset, tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere, & supponere cæpit cives Romanos, quos in carcerem anteà conjecerat: quorum alios, Sortorianos milites fuisse insimulabát, & ex Hispania fugientes ad Siciliam appulsos esse dicebat: alios, qui à prædonibus erant capti, cùm mercaturas facerent, aut aliquam ob causam navigarent, sua voluntate cum piratis fuisse arguebat. Itaquè alii cives Romani ne cognoscerentur, capitibus obvolutis è carcere ad palum atquè ad necem rapiebantur: alii cùm à multis civibus Rom. recognoscerentur, ab omnibus defen-

Verris crudelitas.

Similiter desinens.

Non desideraret solùm: Non solùm adverteret deesse aliquos, sed etiam manifestè quæreret, ubi cæteri? ut & illi producantur.

Alios Sertorianos milites: Q. Sertorius à Sulla proscriptus, in ulteriore Hispania bellũ ingens excitavit, plurimasq; civitates in potestatem suam redegit. Metellum & Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit, tandem octavo ducatûs sui anno à M. Antonio & M. Perpenna aliisq; conjuratis in convivio interfectus est, magnus dux, & adversùs duos imperatores sæpè par. Hujus igitur contra Romanum imperium partes secutos esse quosdam cives Romanos Verres insimulavit.

Aliquam ob causam navigarent: Qui quacunq; de causa navigantes à piratis capti, nunc cum ipsis piratis in eorũ na-

defenderentur, securi feriebantur. Quorum ego de acerbissima morte crudelissimoquè cruciatu dicam, cùm eum locum tractare cœpero: & ita dicam, ut si me in ea querimonia, quam sum habiturus de istius crudelitate, & de Civium Romanorum indignissima morte, non modò vires, verùm etiam vita deficiat, id mihi præclarum, & jucundum putem. Hæc igitur est gesta res, hæc victoria præclara: myoparone pyratico capto dux liberatus, symphoniaci Romam missi: formosi homines, & adolescentes, artifices domum abducti: in eorum locum, & ad eorum numerum Cives Romani hostilem in modum cruciati, & necati: omnis vestis ablata: omne aurum & argentum ablatum, & aversum. At quem-

Præteritio cum doloris sensu.
Periodus elegans.
Conduplicatio.

29.
Parva anacephalæosis cum ironia.

navi recepti sunt, insimulabantur à Verre, tanquam spontè se piratis adjunxissent.

Hæc igitur est gesta res: Per Anacephalæosin repetit breviter superiora paucis verbis: myoparo, dux, symphoniaci, formosi, cives, præda; quæ omnia partim avaritiam, partim diminutam populi Rom. majestatem, partim crudelitatem in cives Romanos demonstrant.

Myoparone: Genus navigii piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam & longam triremem.

Omnis vestis ablata: Intelligit stragulam, de qua suprà.

Et aversum: Aliò abductum.

Sese

quemadmodum ipſe ſeſe induit priore actione? qui tot dies jacuiſſet, repentè in M. Annii, hominis ſplendidiſſimi teſtimonio, cùm is civem Rom. dixiſſet, archipiratam negâſſet, ſecuri eſſe percuſſum, exſiluit, conſcientiâ ſceleris & furore ex maleficiis concepto excitatus: dixit ſe, quòd ſciret ſibi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe, neque de verò archipirata ſumpſiſſe ſupplicium, ideò ſecuri non percuſſiſſe: domi eſſe apud ſeſe archipiratas, dixit, duos. O clementiam populi *Allegoria.*

Seſe induit: irretivit, illaqueavit. Similiter libro accuſat. II. *videte porrò aliam dementiam: videte, ut dum expedire ſeſe vult, induat.* Locutiò à feris translata eſt, quæ plagis ſibi à venatoribus poſitis, quò magis expedire ſe conantur, eô magis impediunt.

Priore actione: In ea actione priùs ſcripta, non habita.

Qui tot dies jacuiſſet: In luxuria, repentè exſilit, iraſcitur Annio. *Allegoria.*

In M. Anni teſtimonio: Cùm Annius contra ſe teſtaretur, quôd viderit juſſu Verris civẽ Romanû ſecuri percuſſum, non autẽ ſecuri percuſſum archipiratam: *civem Romanũ dixiſſet:* intellige *ſecuri percuſſum,* ut infrà ſtatim.

Excitatus: Manet in allegoria; *jacuit, exſiluit, excitat9.*

Quòd ſciret, ſibi crimini datum iri: Excuſavit ſe Verres, ſe ideò ſecuri non percuſiſſe archipiratam, quia ſciebat, homines dicturos, Verrem accepiſſe pecuniam, non verum archipiratam occidiſſe: habere autem ſe domi ſuæ duos archipiratas, quos reſervaverit ad judicium, quò faciliùs crimen objectum diluere poſſet.

O clementiam populi Rom: Qui cùm hoc audito vehe-

Exclamatio. *Subjectio.* puli Romani, seu potiùs patientiam miram, ac singularem! Civem Romanum securi esse percussum Annius, Eques Romanus dicit: taces; archipiratam negat: fateris. Fit gemitus omnium & clamor, cùm tamen à praesenti supplicio tuo se continuit populus Romanus, & repressit, & salutis suae rationem judicum severitati reservavit. Quî sciebas crimini tibi datum iri? Quamobrem sciebas? quamobrem etiam suspicabâre? inimicum *Ironia.* habebas neminem. Si haberes, tamen non ita vixeras, ut metum judicii propo- *Metus ex malâ conscientia.* situm habere deberes. An te, id quod fieri solet, conscientia timidum, suspi-

menter commotus esset, à praesenti tamen supplicio in Verrem decernendo se continuit,& ut paulò infrà,*salutis suae rationem* commisit judicibus vindicandam. Agitur enim salus populi R. in eo, si cives Romani pro archipirata securi percutiantur.

Taces: Tu Verres nihil ad hoc dicis,non te defendis,si dicatur,civemRomanum securi percussum. Nam hic Cicero alloquitur Verrem,uti ex sequente constructione patet.

Fateris: Negat Annius archipiratam occisum; tu Verres inficias ire non potes,non negas. His auditis ingemiscebat totus populus, & tamen se continuit à vindicta statim sumenda.

Quî sciebas: Quomodo sciebas,quòd arguendus sis, si archipiratam securi percussisses.

Tamen non ita vixeras: Hæc ironicè accipienda sunt; cùm toties in superioribus orationibus docuerit, eum tam multa in se scelera admisisse, ut dubitare non potuerit, quin propterea in judicium vocandus esset.

Qui

ſpicioſumquè faciebat? Qui igitur, cùm eſſes in imperio, jam tum judicium & crimen horrebas: reus cùm tot teſtibus coarguâre, potes de damnatione dubitare? Verùm, ſi crimen hoc metuebas, nequis abs te ſuppoſitum eſſe diceret, qui pro archipirata ſecuri feriretur, utrum tandem tibi ad defenſionem firmius fore putâſti, in judicio, coactu atquè efflagitatu meo, producere àd ignotos tantò pòſt eum, quem archipiratam eſſe diceres: an recenti re, Syracuſis, apud notos, inſpectante Sicilia pœnè tota, ſecuri ferire? vide, quid interſit, utrum faciendum fuerit. In illo reprehenſio nulla eſſe potuit; hîc defenſio nulla eſt. Ita-

A comparatione.

Communicatio cum adverſario.

Antitheta. Traductio.

Qui igitur: Apparet clarè ex hac periodo, ſuperiora dicta eſſe ironicè. Modò enim ait: cùm adhuc in prætura, in imperio, te accuſandum, judicandum metueres; nunc cùm reus es, non metuis damnationem, poſtquam tot teſtibus convictus es?

Verùm ſi crimen hoc: Præcludit ei omne effugium: ſi judicium metuebas, debuiſſes potiùs metuere, ne ab accuſatore cogaris oſtendere & producere illum, quem dicebas, archipiratam, quem cùm ignoti, poſt tam longum præſertim tempus à captivitate, non eſſent cognituri, dubitarent meritò, num hic verus archipirata ſit; utiq; pro tua defenſione melius fuiſſet, recenti re, apud notos, qui tum eum noverant, Syracuſis ſtatim archipiratam morti dedere. Patuiſſet clarè æquitas tua.

In illo reprehenſio: Si ſecuri percuſſiſſes ſtatim, egiſſes ex more & nemo te potuiſſet reprehendere.

Hîc defenſio nulla: Quòd autem hucuſq; diſtuliſſe dicis, & apud te ſervâſſe, defendere te non potes à crimine di-

A causis. Itaquè illud semper omnes fecerunt: hoc quis ante te, quis præter te fecerit, quæro. Piratam vivum tenuisti. Quem ad finem? dum cum imperio

Urget interrogationibus. fuisti. Quamobrem? quam ob causam? quo exemplo? cur tamdiu? cur, inquam, civibus Romanis, quos piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? Verùm, esto: sit tibi illud li-

Concessio. berum omne tempus, quoad cum imperio fuisti. Etiamne privatus? etiam-

Repetitio ad instandū & interrogatio. ne reus? etiamne pœnè damnatus, hostium duces privata in domo retinuisti? unum, alterum mensem, propè annum deniquè, domi tuæ piratæ, à quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt: hoc est, quoad

diminutæ majestatis.

Itaq; illud semper: Tu hunc archipiratam nullo Prætoris exemplo tamdiu apud te servâsti.

Dum cum imperio fuisti; Quamdiu Prætor gubernâsti.

Verùm, esto: Augetur crimen & audacia, quia privatus, ac sine imperio istum populi Rom. hostem domi suæ retinuit.

Sit tibi illud liberum: Ut dum esses in imperio, liberè hoc potueris facere.

Unum, alterum mensem &c: Ascendit oratio, & latet hìc pulchra Gradatio, & augmentum orationis, quod exemplum ideò laudatur in Palatio eloquentiæ, quia Gradatio non adeò explicitè poni debet, & longè major est orator, qui interdum artem prudenter dissimulat.

Quoad per me licitum est: Quamdiu ego rem non movi, & detuli ad Prætorem.

M.

ad per M. Acilium Glabrionem licitum est: qui postulante me, produci atquè in carcerem condi imperavit. Quod est hujusce rei jus? quæ consvetudo? quod exemplum? Hostem acerrimum atquè infestissimum populi Rom. seu potiùs communem hostem gentium, nationumquè omnium, quisquam omnium mortalium privatus intra mœnia domi suæ retinere poterit? quid si pridie, quàm à me tu coactus es confiteri, civibus Romanis securi percussis, prædonum ducem vivere, apud te habitare: si, inquam, pridie domo tua profugisset, si aliquam manum contra populum Romanum facere potuisset, quid diceres? Apud me habitavit: mecum fuit: ego illum ad judicium meum, quò faciliùs crimen inimicorum diluere possem, vivum atquè

Interrogatio. *Traductio.* 30.

A consequētibus.

Conduplicatio.

Subjectio. Prosopopœia Verris.

M. Acilium Glabrionem. Prætorem.

Quod est hujusce rei jus? Observa vehementem amplificationem tum per locos Rhetoricos, tum per figuras.

Quid si pridie? Crimen magis amplificatur subjectione, & comparatione à consequentibus, si ille prædo profugisset, aut fuisset mortuus.

Civibus Rom: percussis: Hanc circumstantiam sæpiùs adjungit ad sceleris exaggerationem; quòd servârit piratam, illius loco cives Romanos securi percusserit.

Si aliquam manum: Si convocatis in subsidium aliis tumultum excitâsset, populum Romanum aggressus esset?

Quid diceres? Quomodo purgares? quomodo culpam à te transferres?

Ad

atquè incolumem reservavi. Itane verò? tu tua pericula communi periculo defendes? tu supplicia, quæ debentur hostibus victis, ad tuum, non ad populi Romani tempus conferes? populi Romani hostis privatis custodiis asservabitur? At etiam qui triumphant, eò diutiùs vivos hostium duces reservant, ut his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum, fructumquè victoriæ populus Romanus percipere possit: tamen cùm de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent: idemquè dies

Opposita & repugnantia.
Comparatio à dissimili.
Per prolepsin.

Ad tuum, non ad populi R. tempus conferes? Tu victos hostes plectes, quando ex tua erit utilitate, non ex utilitate communi totius populi; uti priùs dixit: tu defendes te à periculo tuo per periculum commune reipublicæ?

At etiam qui triumphant: Per prolepsin. Dices fortè, etiam victores, hostes victos diutiùs asservant. Respondetur: sed tamẽ à foro statim in publicos carceres abducũtur.

Per triumphum ductis: De hoc more victos, vinctosq; hostes ante currum triumphalem ducendi, multa habent Auctores, tum Oratores, tum Historici & Poëtæ. Ex his adduco Plinium in Panegyrico de triumpho C. Marii, ante cujus currum ductus est Jugurtha: *Videor intueri,* inquit, *immanibus ausis barbarorum onustâ fercula, & sua quemq; facta vinctis manibus sequentem. Mox ipsum te sublimem instantemq; curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clypeos, quos ipse perfoderis.* De triumpho autem Pompeji Appianus: *Pompejum ipsum antecedebant debellatorum regum liberi, duces, & imperatores, alii captivi, alii obsides, quatuor & viginti supra trecentos.*

Idemq; dies: Eodem die cessabat imperium eorum, qui tri-

dies & victoribus imperii, & victis vitæ finem facit. Et nunc, cuiquam, credo, dubium, quin tu id commissurus non fueris, præsertim cùm statuisses, ut ais, tibi causam esse dicendam, ut ille archipirata non potiùs securi feriretur, quàm, quod erat ante oculos positum, tuo periculo viveret. Si enim esset mortuus, tu, qui crimen ais, te metuisse, quæro, cui probares? cùm constaret, istum Syracusis ab nullo visum esse archipiratam, ab omnibus desideratum: cùm dubitaret nemo, quin abs te pecuniâ liberatus esset, cùm

Synæciosis.

Repetitio, & coacervatio rationum.

vùlgò

triumphabant, & occidebantur victi. Nam Imperatoribus in urbe imperium habere non licebat. Itaq; lex erat, ut iis, qui triumphantes urbem inirent, uno tantùm triumphi die imperium esset, id est: jus eundi per urbem cum eo exercitu, quem ex provincia deduxerant.

Victis vitæ finem: Abrepti in carcerem necabantur: victores in Capitolio sacrificiũ peragebant, & exspectabant tamdiu, donec ducis hostium mortem aliquis nuntiásset.

Cuiquam, credo, dubium: Accipe hunc sensum periodi: nemo dubitabit, quin hoc facturus non fuisses, ut non plecteres archipiratam potiùs, quàm ut eum domi tuæ, tuo cum periculo vivum custodires, qui præsertim scires, ubi Romam revertisses, causam tibi esse dicendam, quin, inquam, hoc facturus non fuisses, nisi pecuniam accepisses; istud enim ultimum facilè subintelligitur.

Quod erat ante oculos positum: Quod clarum erat, si viveret, tuo cum periculo vivere. Crimen enim majestatis à te commissum deprehenderetur.

Quæro, cui probares: Cui rem persvaderes?

Quem

vulgò loquerentur, ſuppoſitum in ejus locum, quem pro illo probare velles: cùm tute faſſus eſſes, te id crimen tantò antè metuiſſe: ſi eum diceres eſſe mortuum, quis te audiret? nunc, cùm vivum iſtum neſcio quem producis, tamen te derideri vides. Quid ſi aufugiſſet? ſi vincla rupiſſet, ita, ut Nico ille nobiliſſimus pirata fecit, quem P. Servilius, qua fecilitate ceperat, eadem recuperavit? quid diceres? Verùm hoc erat: ſi ille ſemel verus archipirata ſecuri percuſſus eſſet, pecuniam illam non haberes. Si hic falſus eſſet mortuus, aut profugiſſet: non eſſet difficile alium in ſuppoſiti locum ſupponere. Plura dixi, quàm volui, de illo archipirata: & tamen ea, quæ certiſſima ſunt, hujus criminis argumenta, prætermiſi. Volo enim

A minore.

A conſequẽtibus.

Redit ad claſſem.

Quem pro illo probare velles: Quem dicturus eſſes, archipiratam eſſe.

Quis te audiret? Si diceres, mortuum eſſe archipiratam, nemo crederet; nam neq; cùm vivum jam aliquem producis, credunt, ſed te derident.

Nico ille: De quo ſuprà jam dixi, captum à Servilio, tum fugientem denuò retractum.

Quid diceres? Quæ tua excuſatio, aut defenſio eſſet?

Verùm hoc erat: Nempe hæc erat cauſa: pecunia; avaritia;cur eum permiſeris abire. Vero archipirata dimiſſo pecuniam acceperas: in falſi locum, ſi fugiſſet, poſſes alium ſupponere.

enim mihi totum esse crimen hoc integrum. Est certus locus, certa lex, certum tribunal, quò hoc reservetur. Hac tantâ prædâ auctus, mancipiis, argento, veste locupletatus nihilo diligentior ad classem ornandam, milites revocandos, alendosquè esse cœpit: cùm ea res non solùm provinciæ saluti, verùm etiam ipsi prædæ esse posset. Nam æstate summa, quo tempore cæteri Prætores obire provinciam, & concursare consvêrunt, aut etiam in tanto prædonum metu, & periculo ipsi navigare: eo tempore ad luxuriem libidinesquè suas domo sua regia, quæ Regis Hieronis fuit, quâ Prætores uti solent, contentus non fuit. Tabernacula, quemadmodum consvêrat temporibus æstivis, quod anteà jam demon-

Polyptoton.
Incisa.

31.
Trāsitio ad luxuriam Verris, ob quam classis amissa est.
Adjunctio.

Est certus locus: Crimen hoc est majestatis læsæ; quod crimen pertinet propriè ad illum judicem,& Prætorem, qui de Majestate quærit; ergo ille locus est pro hoc crimine; habet hoc crimen certam legem de majestate, certum tribunal.

Hac tanta prædâ: Novum argumentum; in quo de Siculorum classe agit,cui Verres Syracusanū hominem Cleomenem præfecerat,quæquè libidine Verris amissâ est.

Milites revocandos: Quos pretio dimiserat.

Prædæ: Ex prædonibus.

Concursare: Concursare & concursatio à Cicerone sæpè etiam de uno homine dicuntur, qui negotiorum suorum, aut alterius causâ multos invisit, salutat, & modò huc, modò illuc currit, sive circumcursat.

Car-

Acta, Littus Syracusanū. monstravi, carbaseis intenta velis, collocari jussit in littore: quod est littus in insula Syracusis post Arethusæ fontem, propter ipsum introitum atquè ostium portûs amœno sanè & ab arbitris remoto loco. *Adjuncta personæ & temporis, & loci.* Hîc dies æstivos sexaginta Prætor populi Romani, custos defensorquè provinciæ, sic vixit, *Verris convivia.* ut muliebria quotidie convivia essent, *Correctio.* vir accumberet nemo præter ipsum, & prætextatum filium. Tametsi rectè sine exceptione dixeram, virum, cùm isti essent, neminem fuisse. Nonnunquam etiam libertus Timarchides adhi-

Carbaseis velis: De his suprà.

Quod est littus: Acta dicitur, de quo suprà, locus peramœnus, unde proverbiū Plutarchi: σήμερον ἀκτάζομεν, *hodie in littore versamur,* h.e epulamur, indulgemus genio.

Post Arethusæ fontem: Arethusa Siciliæ fons est, juxta Syracusas, ex Nympha Cyane factus, ut fingunt Pöetæ. Nam cùm Cyane Plutoni Proserpinam rapienti obstare conaretur, ipse terram tridente percussit, statimq; ea dehiscente ad inferos perrexit. Cyane autem præ dolore in fontem conversa est. Fabulam hanc aliter alii.

Custos, defensorq; provinciæ: Ironicè: debuisset talis esse; sed hæc, quæ agit, longè alium demonstrant.

Prætextatum filium: Adhuc adolescentem: nam prætextam gerere solebant usq; ad annum ætatis XVII.

Sine exceptione dixeram: Dicere potueram: dixissem absolutè, sine exceptione, nullum prorsus adfuisse virum. Filius enim nondum erat vir. Verres Pater erat effœminatus.

Libertus: Quid libertus, alibi. Uti & de Timarchide.

Mi-

hibebatur. Mulieres autem nuptæ nobiles, præter unam Mimi Isidori filiam, quam iste propter amorem ab Rhodio tibicine abduxerat, Pippa quædam, uxor Æschrionis Syracusani: de qua muliere plurimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt, totâ Siciliâ percelebrantur. Erat & Nice, facie eximia, ut prædicatur, uxor Cleomenis Syracusani. Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen hujus libidini adversari nec poterat, nec audebat: & simul ab isto donis, beneficiisq; plurimis devinciebatur. Illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis impudentia, quam nôstis, ipse tamen, cùm vir esset Syracusis, uxorem ejus parùm poterat animo soluto ac libero tot in Acta dies secum habere. Itaque excogitat rem singularem. Naves, quibus Legatus præfuerat, Cleomeni tradit: classi populi Romani Cleomenem Syracusanum præesse

Amicarum Verris nomina.

Verris stratagema, ut amicâ liberiùs frueretur.

Mimi: Vide N. 12.
Pippa: Uxor Æschrionis, de qua eodem N. 12.
In istius cupiditatem: Satyræ in Verrem luxuriosum.
Hujus libidini: Verris.
Cùm vir esset Syracusis: Cleomenes nempe maritus.
Parùm animo soluto ac libero: Non ea libertate audebat uti, ob præsentiam viri.
Tot in Acta dies: Tam longo tempore extra urbem in littore.
Quibus Legatus præfuerat: P. Tadius, de quo suprà.
Cleomenem Syracusanum: Addit patriam, ut exprimat indi-

Causa finalis. esse jubet, atquè imperare. Hoc eò facit, ut ille non solùm abesset à domo tum, cùm navigaret; sed etiam libenter cum magno honore, beneficioq; abesset: ipse autem remoto, atq; ablegato viro, non liberiùs quàm antè, (quis enim unquam istius libidini obstitit?) sed paulò solutiore tamen animo secum illam haberet, si non tanquam virum, at tanquam æmulum removisset. Accipit navem Sociorum atquè amicorum Cleomenes Syracusanus.

32. *Dubitatio & crebræ interrogationes. Dissolutio. Incisa.* Quid primum aut accusem, aut querar, Judices? Siculone homini, Legati, Quæstoris, Prætoris deniquè potestatem, honorem, auctoritatem dari? Si te impediebat ista conviviorum mulierumquè occupatio, ubi Quæstores? ubi Legati? ubi ternis denariis æsti-

indignitatem rei, quòd classis populi Romani detur gubernanda Siculo, quam vel Prætor ipse, vel Legatus, vel Quæstor gubernare debuisset.

Accipit navem: More suo narrationi amplificationem subjicit, & rei indignitatem exaggerat.

Legati: Dictum jam est, Prætoribus additos fuisse Legatos à populo Rom: qui pariter cum potestate provinciæ negotia curarent.

Ubi Quæstores: Si tu non poteras ipse præ cura ventris tui dare operã rei bellicæ, imperator egregie, cur non usus es Quæstore Romano; Legato Romano? &c. an externų homo habeat totam potestatem Legati, Quæstoris, Prætoris?

Ubi ternis denariis: Quare tibi in cellam datum est frumentum, nisi ut operâ tuâ, vel tuorum populus Romanų pro salute Sociorum uteretur? addit *ternis*, ad auxesin, & exaggerationem indignitatis, cùm tantum pretiũ Verri

æstimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot, tantaq; ornamenta Magistratibus & Legatis à Senatu populoque Romano permissa, & data? deniquè ubi Præfecti, ubi tribuni tui? Si civis Romanus dignus isto negotio nemo fuit, quid civitates, quæ in amicitia, fideq; populi Romani perpetuò manserant? ubi Segestana? ubi Centuripina civitas, quæ, tum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populi Romani nomen attingunt? O Dii immortales! quid, si harum ipsarum civitatum militibus, navibus, navarchis, Syracusanus Cleomenes jussus est imperare? non omnis honos

Repetitio. Ab adjunctis & caussis officii Prætoris & Legati.

Dissolutio. Incisa.

Exclamatio. Incisa. Dissoluta.

ri fuerit numeratum, terni nempe denarii pro binis; nam singuli modii binis duntaxat denariis æstimati, in cellam Prætoris aliàs dabantur; Verres æstimavit ternis, ut locô frumenti tantò plùs pecuniarum obtineret.

Ubi muli? ubi tabernacula? Magistratus mulis, tabernaculisq; & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent Sociis: in quem finem tibi & tuis talia data sunt?

Ubi Præfecti? ubi tribuni? In quem finem tot officiales tibi adjuncti sunt?

Perpetuò manserant: Quæ proptereà immunes erant ac liberæ. Duæ tantùm hic nominantur: fuerunt prætereà tres aliæ, Halesina, Halycienſis, Panormitana, uti patet ex lib. III. initio.

Cognatione: Hoc ad Segestam pertinet, quæ ab Ænea condita putabatur, à quo eodem origo Romanorum.

Non omnis honos ab isto: Nonne periit in Verre omnis

 ho-

honos ab illo dignitatis, æquitatis, officiique sublatus est? Ecquod in Sicilia bellum gessimus, quin Centuripinis Sociis, Syracusanis hostibus uteremur? Atq; hæc omnia ad memoriam vetustatis, non ad contumeliam civitatis referri volo. Itaquè ille vir Clarissimus, summusquè Imperator, M. Marcellus, cujus virtute captæ, misericordiâ conservatæ sunt Syracusæ, habitare in ea parte urbis, quæ insula est, Syracusanum neminem voluit. Hodie, inquam, Syracusanum in ea parte habitare non licet. Est enim locus, quem vel pauci possent defendere. Committere igitur eum non fidelissimis hominibus noluit: simul, quòd ab illa parte urbis navibus aditus ex alto est.

Synæciosis.

Similiter cadens.

Exemplum.

Similiter cadens.

honor *dignitatis*:qualis enim est hic Prætor,qui classi populi Rom. Præfectum Siculum & Syracusanum dat! *Æquitatis:* qualis enim hæc æquitas, si Siculis præfectus dandus est,non potiùs dare Segestanum, Centuripinum; imò his ipsis imponi alium! *Officiiq;:* qualis enim hæc gratia relata Centuripinis, quibus Sociis populus R. semper usus est in bellis: Syracusanis autem hostibus.

Ad memoriam vetustatis: Dico hæc, non ut inferam contumeliam Syracusanis, sed ut grata memoria permaneat nostrorum Sociorum, amicorum.

*Itaq; ille vir:*Rem auget dissimili exemplo M. Marcelli, & Majorum, quibus Syracusanorum fides semper suspecta fuit.

Non fidelissimis: Non apertè vituperat; dicit tamen, non esse fidelissimos.

Aditus ex alto est: Ex mari.

est. Quamobrem qui nostros exercitus sæpè excluserant, iis claustra loci committenda non existimavit. Vide, quid intersit inter tuam libidinem, majorumquè auctoritatem: inter amorem, furoremquè tuum, & illorum consilium atquè prudentiam. Illi aditum littoris Syracusanis ademerunt: tu maritimum imperium concessisti. Illi habitare in eo loco Syracusanum, quò naves accedere possent, noluerunt: tu classi, & navibus Syracusanum præesse voluisti. Quibus illi urbis suæ partem ademerunt, iis tu nostri imperii partem dedisti? & quorum Sociorum operâ Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusanis dicto audientes esse

Paronomasia.

Antitheses.

Traductio. Commutatio.

Vide, quid intersit: Amplificat comparatione dissimilium, primò brevi, & tanquam in genere; dein explicata. Est autem modus hic amplificandi pulcherrimus,& acrior ex cōparatione reprehensio, quā Cicero sæpissimè adhibet.

Inter amorem: Erga fœminam,quo impulsus, Cleomenem,ut animo soluto ac libero ejus uxorem habere posses, classi præfecisti.

Furoremq;: Amor ille te velut in furias adegit,de mente dejecit; & hinc furori huic opponit consilium,& prudentiam Majorum. Opposita sunt elegantia: illi nec *aditum littoris;* tu *maritimum imperium;* illi nec *habitare in eo loco navium* &c. tu universas naves credidisti: illi *nec partem urbis: tu partem imperii Rom: quorum operâ* Syracusani nobis obediunt; *illis præesse jubes:* Syracusanum.

Sociorum operâ: Quia Marcellum in expugnandis Syracusis adjuverant.

Eos Syracusanis: Cleomene nempe Syracusano. Per Sy-

 nec-

esse jussisti. Egreditur Centuripina quadriremi Clemeones è portu: sequitur Segestana navis, Tindaritana, Herbitensis, Heracliensis, Apolloniensis, Haluntina, præclara classis in speciem: sed inops & infirma, propter dimissionem propugnatorum, atque remigum. Tamdiu in imperio suo classem iste Prætor diligens vidit, quamdiu convivium ejus flagitiosissimum prætervecta est. Ipse autem, qui visus multis diebus non esset, tum se tamen in conspectum nautis paulisper dedit. Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaquè talari, mulierculà nixus in littore. Jam hoc ipso istum vestitu Siculi civesquè Romani permulti sæpè viderunt. Posteaquam paulùm provecta clas-

33. *Expeditionis descriptio Verri odiosa.*

Ironia.

Hypotyposis Verris.

necdochen ex pluribus intelligitur unus.

Quadriremi: Navis, quæ quatuor remorum ordines habet.

Sequitur Segestana: Enumerantur naves, quas singulæ civitates Siciliæ instruxerant.

Propter dimissionem: Nam acceptis pecuniis remigibus & militibus multis missionem dederat Verres.

Prætervecta est: Ipse enim convivium celebrans in littore prætervectam aspiciebat, præclarus belli imperator, & egregius populi Rom. Prætor.

Soleatus Prætor: Soleæ, crepidæ sunt muliebres, quibus plantarum tantùm infima teguntur, cæteris propè nudis, & teretibus habenis vinctis. Gerebantur in ipso fervore æstatis. At viros, præsertim belliduces atq; imperatores tales mulierum deliciæ minùs decere existimabantur.

classis est, & Pachynum quinto die deniquè appulsa est: nautæ fame coacti radices palmarum agrestium (quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliæ, multitudo) colligebant, & his miseri perditiquè alebantur. Cleomenes autem, qui alterum se Verrem cùm luxuriâ, atquè nequitiâ, tum etiam imperiô putaret: similiter totos dies, in littore tabernaculo posito, perpotabat. Ecce autem repentè, ebrio Cleomene, esurientibus cæteris, nuntiatur piratarum naves esse in portu Odysseæ. Nam ita is locus nominatur. Nostra autem classis erat in portu Pachyni. Cleomenes au-

Cleomenes ebriosus, ut Verres.

34.

tur. De pallio & tunica suprà explicatum est N. 13.

Pachynum: Promontorium Siciliæ, Peloponnesum spectans, ab aëris crassitudine nomen habens. Nam παχὸ pingue & crassum dicitur.

Nautæ fame coacti: Hæc classis præfecto Cleomene ebrioso, brevi esuriit, & ad se piratas traxit. Itaq; Cleomenes per avaritiam Verris, præsidio etiam terrestri destitutus, Centuripina nave celerrimâ & fortissimâ fugam cepit. Reliquæ autem naves ducē secutæ, partim in fuga captæ sunt, partim submersæ, partim noctu incensæ.

In portu Odysseæ: Hujus portùs & loci nemo veterum facit mentionem præter Tullium. Cæterùm Odyssea est notum illud Homeri carmē de Ulysse. Nam Ulysses græcè Οδυσσεὺς, unde Οδυςσεία. Sicut Æneis ab Ænea. Videtur ergo hic Odyssea esse portus ille Ulyssis, de quo Ptolomæus aliquid meminit, & idem esse, ac portus Ulyssis.

autem, quòd erat terrestre præsidiũ non re, sed nomine, sperabat, iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerum nautarum & remigum posse. Reperta est eadem istius hominis avarissimi ratio in præsidiis, quæ in classibus. Nam erant perpauci reliqui, cæteriq; dimissi. Princeps Cleomenes in quadriremi Cẽturipina malũ erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperavit: & simul, ut se sequerentur, signũ dari jussit. Hæc Centuripina navis erat incredibili celeritate velis. Nam scire isto Prætore nemo poterat, quid quæq; navis re-

Dissolutio. Incisa. Similiter cadens.

Quòd erat terrestre præsidium: Erat pro *aderat:* aderat ibi præsidium terrestre in Pachyno, sed hoc per correctionem dicit Cicero ibi fuisse nomine, non re. Nam Verres ibi quoq; pro pecuniis dimiserat milites, sicut nautas dimisit in classe.

Quos ex eo loco deduxisset: Cùm videret Cleomenes se destitutum nautis & remigibus, sperabat eorum numerum explere iis, quos ex terrestri præsidio Pachyni duceret, vel deducturus esset.

Malum erigi: Malus arbor est, unde latinis scriptoribꝰ placuit malum nauticum appellare, arborem nempe illã, quæ vela navium transversis & versoriis perticis alligata sustinet. Hic dum erigitur, simul aptantur vela ad navigandum.

Vela fieri: Vela facere, idem est, quod expedire, seu expandere vela.

Præcidi anchoras: Id est: funes anchorarum, nam præcisis funibus, præciditur etiam anchora. Est autem anchora dens, seu uncus ferreus prægravis per funes in altum demissus ad sustentandas naves.

Remis facere posset: Quadriremis erat celerrima: quàm cele-

remis facere posset: etsi in hac quadriremi propter honorem & gratiam Cleomenis minimè multi remiges & milites deerant. Evolârat jam è conspectu ferè fugiens quadriremis, cùm etiam tunc cæteræ naves suo in loco moliebantur. Erat animus in reliquis, quanquam erant pauci; quoquo modo sese res habebat, pugnare tamen se velle clamabant: &, quod reliquum vitæ, viriumq; fames fecerat, id ferro potissimùm reddere volebant. Quòd si Cleomenes, non tantò antè fugisset, aliqua ad resistendum ratio fuisset. Erat enim sola illa navis constrata, & ita magna, ut propugnaculo cæteris posset esse; quæ, si in prædonum pugna versaretur, urbis instar habere inter illos

Metaphora.

celeres aliæ naves essent, sub hoc Prætore experientiâ capi non potuit, quia remigibus dimissis, ob defectum nautarum, nemo experiri earum celeritatem potuit; in quadriremi autem Cleomenis debebant adesse plures remiges in honorem Præfecti.

Suo in loco moliebantur: Reliquæ naves suo in loco se tardiùs movebant; verbum enim *moliri* laborem & tarditatem significat, & est quasi molem movere in re difficili & laboriosa.

Ferro potissimùm &c. Quòd erat adhuc vitæ reliquum à fame, volebant ferro & armis dare, impendere.

Navis constrata: Id est: tecta, non aperta, non inanis, ut infrà; quæ proinde instar propugnaculi potuisset esse pro cæteris.

Urbis instar: Adeò magna erat quadriremis, quâ Cleomenes vehebatur, respectu myoparonum piraticorum.

Habere: Pro: esse, vel se habere.

illos piraticos myoparones videretur. Sed tunc inopes relicti à duce, Præfectoquè classis, eundem necessario cursum tenere cœperunt. Elorum versûs ut ipse Cleomenes, ita cæteri navigabant. Nequè hi tamen tam prædonum fugiebant impetum, quàm Imperatorem sequebantur. Tum ut quisquè in fuga postremus, ita periculo princeps erat; postremam enim quamquè navem Piratæ primam adoriebantur. Ita prima Haluntinorum navis capitur, cui præerat Haluntinus, homo nobilis, Philarchus: quem ab illis prædonibus Locrenses postea publicè redemerunt: ex quo vos priore Actio-

Antitheta.

Inopes: Ope carentes.

Elorum versûs: Est Elorum, Ursino teste, oppidum in eo littore, quod est Syracusas inter & Pachynum; neq; Pelorum Siciliæ promontorium hic intelligendum putat Ursinus, cùm ipse, ut ait, in Sicilia præsens, turpiter in nomine Pelori erratum esse intellexerit; nam cùm ad Pachynum esset Cleomenes, & prædones fugiens Syracusas veniret, non potuisset eadem nocte, terrâ Syracusas pervenire è promontorio Peloro, bene tamen ex urbe Eloro.

Prima Haluntinorum: Quia, ut superiùs, ordine fuit ultima, nunc prima capitur.

Philarchus: De quo infrà; qui quidem captus fuit, sed denuò redemptus.

Locrenses: Itali ex Locris urbe Italiæ. De Locris etiam Virgilius Æneidos 3. *Hîc & Naricii posuerūt mœnia Locri.*

Publicè redemerunt: Pecuniis publicis pro eo datis, & communi nomine redemerunt.

Ex

ctione jurato rem omnem causamquè cognôstis. Deinde Apolloniensis navis capitur, & ejus Præfectus Anthropinus occiditur. Hæc dum aguntur, 35. intereà Cleomenes jam ad Elori littus pervenerat: jam sese in terram è navi ejecerat, quadriremem que in salo fluctuantem reliquerat. Reliqui Præfecti navium, cùm in terram imperator exîsset, cùm ipsi nequè repugnare, nequè mari effugere ullo modo possent, appulsis ad Elorum navibus Cleomenem persecuti sunt. Tunc Prædonum Dux Heracleo, repentè, præter spem, non sua virtute, sed istius avaritiâ nequitiaquè victor, classem pulcherrimam populi Romani in littus expulsam, & ejectam, cùm primùm advesperasceret, inflammari incendiquè jussit.

Hypotyposis.

Piratæ classe Romana potiuntur.

Ex quo jurato: Qui cum juramento testatus est.

Ejecerat: Significat celeritatem & impetum, quo è navi in littus properavit. Hypotyposis mira fugientis.

In salo: Salum, mare; è sapore salis.

Cleomenem persecuti sunt: Secuti sunt; persequi enim propriè est, sequi ad extremum usq; Metaphoricè accipitur in malam partem, & significat *insectari, ulcisci.*

Avaritiâ, nequitiaq; victor: Ita jam suprà dixit de Verre N.23. Dicitur *nequitia* eorum, qui tum nepotes, tum dissoluti appellantur, qui rem vel suam, vel aliorum dispergunt, uti hic fecit Verres. Est etiam *nequitia* improbitas, malitia, vel vitium omnia cætera complectens.

Advesperasceret: Cùm vespertinum tempus adventaret, cui opponitur: *lucescit,* ut infrà.

O tem-

Exclamatio vehemens ad dolorē excitandū. jussit. O tempus miserum atquè acerbum provinciæ Siciliæ! O casum illum multis innocentibus calamitosum, atquè funestum! O istius nequitiam ac turpitudinem singularem! *Adjunctio. Allegoria.* Una, atquè eadem nox erat, quâ Prætor amoris turpissimi flammâ, ac classis populi Romani prædonum incendiô conflagrabat. Affertur nocte intempesta gravis hujusce mali nuntius Syracusas: curritur ad prætorium, quò istum è convivio illo præclaro reduxerant paulò antè mulieres cum cantu atquè symphonia. Cleomenes, quanquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi: nequè aderat uxor, quæ consolari hominem in malis posset. Hujus autem præclari *Ironia.* Imperatoris ita erat severa domi disci-pli-

O tempus miserum! In exclamationes & affectus prorumpit Cicero, deploratquè hanc classis populi Rom. cladem. Mirificè etiam describit istius cladis nuntium ab adjunctis temporis & loci, & personarum, Cleomenis, Verris, Syracusanorum;estq; hæc amplificatio pro more post rem narratam.

Nocte intempesta: Nox intempesta, est nox media, & summa, intempestiva, inactuosa, quo tempore nihil agitur, cùm silent omnia.

Ad Prætorium: Domum regiam, quæ Regis Hieronis fuerat, quâ Prætores uti solebant.

Neq; aderat uxor: Præclarus jocus in imperatorē bellicum à muliere consolandum.

Hujus autem: Verrem intelligit.

Severa domi disciplina: Allegoria ex nomine Imperatoris,

plina, ut in re tanta, in tam gravi nuntio nemo admitteretur, nemo esset, qui auderet dormientem excitare, aut interpellare vigilantem. Jam verò, re ab omnibus cognita, concursabat urbe totâ maxima multitudo. Non enim, sicut anteà consvetudo erat, prædonum adventum significabat ignis è specula sublatus, aut tumulo, sed flamma ex ipso incendio navium, & calamitatem acceptam, & periculum reliquum nuntiabat. Cùm Prætor quæreretur, & constaret, ei neminem nuntiâsse: fit ad domum ejus cum clamore concursus, atquè impetus. Tum iste excitatus audit rem omnem ex Timarchide: sagum sumit. Lucebat jam ferè: procedit in medium vini, somni, stupri plenus. Excipitur ab omnibus ejusmodi clamore, ut ei Lampsaceni pe-

Similiter cadens.

Allusio ad ignes in speculis.

36. *Narrationis stylus.*

Incisa.

toris, qui tam severâ habuisset disciplinâ domi, ut nemo ad eum ingredi auderet, ne ejus negotia interturbarentur.

Ignis è specula sublatus: Moris erat, præsertim in Sicilia vel adventum hostium, vel alia negotia gravia facibus super montium tumulos accensis significare.

Ex Timarchide: Liberto suo & accenso: cujus operâ Verres familiariùs utebatur; in eum enim locum, ubi cubabat, aditus erat nemini (uti suprà dixit) nisi qui aut socius, aut minister libidinis esset.

Sagum sumit: Sagum genus erat vestis brevis, quâ Romani utebantur tempore belli.

Lucebat jam ferè: Diluculum erat.

Lampsaceni periculi: Ut videretur renovari periculum illud,

periculi similitudo versaretur ante oculos. Hôc etiam majus hoc videbatur, quòd in odio simili multitudo hominum hæc erat maxima. Tum istius Acta commemorabatur: tum flagitiosa illa convivia: tum appellabantur à multitudine mulieres nominatim: tum quærebatur ex ipso palàm, tot dies continuos, per quos nunquam visus esset, ubi fuisset, quid egisset? tum imperator ab isto præpositus Cleomenes flagitabatur: nequè quidquam propius est factum, quàm ut illud Uticense exemplum de Hadriano tranferretur Syracusas, ut duo sepulchra duorum Prætorum improbrorum, duabusquè in provinciis constituerentur. Verùm habita est à multitudine ratio temporis, ha-

Repetitio.

Ab adjunctis.

Ab exemplo.

Repetitio.

illud, quod Lampsaci sustinuerat, quando cives Lampsaceni ob violatam à Verre Philodami filiam domum Verris expugnare cœperunt & exurere. lib. 1. N. 27.

Istius Acta commemorabatur: Dolor vocem exprimebat, ut quæ Verres, cùm obire provinciam & concursare cæterorum Prætorum more deberet, in Acta per luxuriam & libidinem egisset, ea liberè commemorarentur.

Uticense exemplum: Uticæ enim Prætor Hadrianus domi suæ propter avaritiam vivus exustus est. lib. 1. N. 27.

Ut duo sepulchra: Ut exempla essent in duabus provinciis, Prætores ob sua scelera crematos esse. Hadrianus ille pro Prætore vel Prætor obtinuerat Provinciam Africam, & cives suo sordido, ut ait Valer. Max. imperio vexârat.

Habita est tumultûs: Id est: ejus terroris, quem prædonum adventus & victoria, Syracusanis tum attulerat, ratio habebatur.

Exi-

habita est tumultûs, habita etiam dignitatis, existimationisquè communis; quòd is est Conventus Syracusis civium Romanorum, ut non modò illâ provinciâ, verùm etiam hac Republica dignissimus existimetur. Confirmant ipsi se, cùm is etiam tum semisomnis stuperet, arma capiunt, totum forum atquè insulam, quæ est urbis magna pars, complent. Unam illam solam noctem prædones ad Elorum commorati, cùm fumantes etiam nostras naves reliquissent, accedere incipiant ad Syracusas. Qui videlicet sæpè audîssent, nihil esse pulchrius, quàm Syracusarum mœnia, ac portus. Statuerant, sese, si ea Verre Prætore non vidissent, *Mêbratim.*

Existimationisq; communis: Quia,cùm Verres civis Romanus esset,multiq; alii cives Romani Syracusis in Conventu essent, videbatur contra existimationem debitam Romanis, istum hoc modo occidere.

Conventus Syracusis: Conventus dicitur civium Romanorum in provincia negotiantium & in certo loco convenientium.

Confirmant ipsi se: Adhortantur invicem.

Semisomnis stuperet: A somno sibi necdum præsens esset, & sensu careret.

Nibil esse pulchrius: Urbē Syracusas describit ipse Cicero Lib: IV.N. 52. & seqq. Græcarum urbium maxima pulcherrimaq; ex quatuor quasi urbibus maximis constare videbatur, quarum una Insula nominatur, altera Acradina,tertia Tyche à nobili Fortunæ templo in ea exstructo, quarta Neapolis. Hi populi quia ditissimi,voluptatibusq; ac deliciis dediti erant, factus est proverbio

lo-

37. dissent, nunquam esse visuros. Ac primò ad illa æstiva Prætoris accedunt, ipsam illam ad partem littoris, ubi iste per eos dies, tabernaculis positis, castra luxuriæ collocârat. Quem posteaquam inanem locum offenderunt, & Prætorem commovisse ex eo loco castra senserunt: statim sine ullo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Cùm in portum dico, judices (explanandum est enim diligentiùs, eorum causâ, qui locum ignorant) in urbem dico, atquè in urbis intimam partem venisse piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, sed urbe portus ipse cingitur & concluditur: non ut alluantur à mari mœnia extrema, sed influ-

Metaphora.

Allegoria, & Ironia.

Syracusani portûs descriptio.

locus: Syracusanæ mensæ, & Syracusanæ divitiæ.

Æstiva Prætoris: Nam cùm æstas summa esset, ibi tabernacula collocabat. Sic enim suprà: *Tabernacula, quemadmodum consueverat, temporibus æstivis collocari jussit.*

Castra luxuriæ: Elegans Metaphora, & allusio ad præclarum imperatorem.

Commovisse castra: Quòd cum mulieribus suis, tanquam cum exercitu suo aliò concesserit.

Non enim portu: Non clauditur urbs portu, ita ut urbs sita sit ad littus, & tegatur à portu, sed ipse portus intra urbem est, atquè urbis mœnia portum cingunt, cùm ergo navigiis suis illapsi sunt in portum intra ipsam urbem venerunt piratæ. Hoc jam amplificatur, quantum sit opprobium, & crimen majestatis diminutæ: victorem hostem Prætore Verre paucis navibus invectum esse in intimam urbis partem, quò hostium nullus, ne Carthaginensium quidem penetrare hactenus potuit.

He-

influat in urbis sinum portus. Hîc, te Prætore, Heracleo archipirata cum quatuor myoparonibus parvis ad arbitrium suum navigavit. Prô, Dii immortales? piraticus myoparo, cùm imperium populi Romani, nomen ac fasces essent Syracusis, usquè ad forum, & ad omnes urbis crepidines accessit: quò neque Carthaginensium gloriosissimæ classes, cùm mari plurimùm poterant, multis bellis sæpè conatæ, unquam adspirare potuerunt: neque populi Romani invicta ante te Prætorem gloria illa navalis, unquam tot Punicis Siciliensibusque bellis penetrare potuit: qui locus ejusmodi est, ut ante Syracusani in mœnibus suis, in ur-

Amplificatio. Exclamatio.

Metonymia; Fasces. Ab adjunctis.

Metonymia; Pop: Rom: gloria.

Incisa. Repetitio.

Heracleo Archipirata: Ita vocabatur.

Prò, Dii! Sequitur amplificatio post narrationẽ, pro more.

Nomen ac fasces: Eo tempore, quo populus R. imperium habebat Syracusis. Ab adjunctis temporis, loci, personarum &c.

Urbis crepidines: Sunt quasi aggeres, quibus fluctus coërcentur, ita dicti, quòd fluctus alluentes assiduè crepitare videntur. Per translationem crepido dicitur extrema ora cujuscunq; loci.

Carthaginensium: Imperium Siciliæ Carthaginenses sæpè tentaverunt, diuq; variâ victoriâ cum eorum tyrannis dimicatum est.

Populi Rom: invicta gloria: Neq; nos, etsi semper, ante te, invicti, potuimus huc penetrare tum, quando olim cum Siculis bella gessimus, vel quando Punici, hoc est: Carthaginenses Syracusas obtinuêre. Bella contra Carthaginenses & Siculos vel pro Siculis in compendio habet Onuphrius Panvinus de Romano imperio Cap. XIV.

Per-

Similiter cadens. *Adjunctio.* urbe, in foro hostem armatum, ac victorem, quàm in portu ullam hostium navem viderent. Hìc, te Prætore, prædonum naviculæ pervagatæ sunt, quò Atheniensium classis sola post hominum memoriam CCC. navibus, vi ac multitudine invasit: quæ in eo ipso portu, loci ipsius portusquè naturâ, victa atquè superata est. Hìc primùm opes illius civitatis victæ, comminutæ, depressæquè sunt: in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriæ naufragium factum existimatur. Eone pirata penetravit, quò simul atquè adîsset, non modò à latere, sed etiam à ter-

Incisa & Dissolutio. *Metaphora.* 38. *Ab adjunctis.*

Pervagatæ sunt: Per hunc portum vagatæ sunt.

CCC. navibus: Atheniensium cum Syracusanis bellum scribit Thucydides libro VI. & VII. Sed Cicero navium numerum oratoriè protulit: cùm Thucydides lib. VII. extremo, ubi prælium navale describit, quod extremum in portu Syracusarũ commissum est, & quo Atheniensium classis victa ac superata est, utriusq; classis numerum paulò minùs ducentarum navium fuisse affirmet.

Opes illius civitatis victæ: Atheniensis; quam ipsam rem, & victos in portu Syracusano Athenienses describit Seneca lib. de Consolat. ad Martiam: *Videbis portum quietissimum omnium, quos natura posuit in tutelam classium, aut adjuvit manus, sic tutum, ut ne maximarum quidem tempestatum furori sit locus. Videbis, ubi Athenarum potentia fracta, ubi tot millia captivorum ille excisis in infinitam altitudinem saxis latumius carcer incluserat, & ipsam ingentem civitatem &c. &c.*

Eone pirata: Exclamatio cum indignatione, quòd in eo

à tergo magnam partem urbis relinqueret? Insulam totam prætervectus est, quæ est urbs Syracusis suo nomine ac mœnibus. Quo in loco majores, ut ante dixi, Syracusanum quemquã habitare vetuerunt: quòd qui illam partem urbis tenerent, in eorum potestatem portũ futurũ intelligebant. At quemadmodum est pergavatus? radices palmarum agrestium, quas in nostris navibus invenerant, jaciebant, ut omnes istius improbitatem & calamitatem Siciliæ possent cognoscere. Siculosne milites? aratorumne liberos? quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, ut populo Romano, totique Italiæ suppedi-

Amplificatio post rem narratam.

eo ipso portu jam hostes insultarent classi Romanæ, frugibus, milite, remigibus destitutæ.

Quæ est urbs: Quinque urbes intra mœnia contineri perhibentur Syracusæ; earum una est Insula, quæ suum habet nomen, & sua peculiaria mœnia. Nomen est Νῆσος insula. Incolis *Nason* vocari dicit Livius. Straboni *Ortygia* dicitur.

In eorum potestatem: Pro potestate, ut pro Quinctio: *res esse in vadimonium cœpit:* & alibi sæpè. Vide Gellium in Noctibus Atticis.

Radices palmarũ: Ludibrii atq; inediæ exprobrãdæ causâ.

Siculosne milites! Exclamatio per interrogationem ad indignitatem rei ostendendam. Ab adjunctis personarum. Ergone Siculi &c. illi Siculi, qui primi auctores frumenti, & aratorum magistri, id comedant, quod ne alii comedere deberent, ipsi suâ industriâ, sua liberalitate effecerunt?

Frumenti exarabant: Tantum arando eruebant, & aratione colligebant (hoc enim propriè *exaro* significat) ut

Ab adjũctis loci. peditare possent, eosne in Insula Cereris natos, ubi primùm fruges inventæ esse dicuntur, eo cibo esse usos, à quo majores eorum cæteros quoquè frugibus inventis removerunt? Te Prætore Siculi milites palmarum stirpibus, prædones Siculo frumento alebantur! O spectaculum miserum atquè acerbum! ludibrio esse urbis gloriam, & populi Romani nomen in hoc hominum conventu atquè multitudine: piratico myoparone in portu Syracusano de classe populi Romani triumphum agere piratam, cùm Prætoris nequissimi inertissimiq; oculos prædonum remi

Exclamatio ob indignitatem.

Synæciosis.

Antitheta.

Hyperbole.

mi

& largiri possent Romanis. *Exaro* per translationem significat *scribo*, qui enim stylo scribebant in codicillis, hi quasi sulcos more aratorum ducere videbantur. Jam verbum hoc in nostra quoq; scriptura receptum est.

Insula Cereris: Patria Cereris fuit Sicilia, ubi primùm docuit arare & serere, uti canit Ovidius:

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris,
Prima dedit leges: Cereris sunt omnia munus.
Lib. V. Met. X.

Majores eorum &c. Majores Siculi à radicibus comedendis removerunt etiam alios populos, dando ipsis fruges, & docendo arare & serere.

O spectaculum miserum: Exclamatio & amplificatio elegans per antitheta. *Gloria ludibrio! myoparo,* parvum, exile navigium piratæ, *triumphat de classe* populi R. maxima!

Prædonũ remi: Elatoriè: pro: in Prætoris conspectu atq; oculis, sic, ut spectare eas Prætor possit, & aquæ quodammodo à remis in faciem Prætoris respergantur.

Po-

mi respergerent? posteaquam è portu piratæ non metu aliquo affecti, sed satietate exierant, tum cœperunt quærere homines causam illius tantæ calamitatis. Dicere omnes, & palàm disputare: minimè esse mirandum, si militibus, remigibusquè dimissis, reliquis egestate, & fame perditis, prætore tot dies cum mulierculis perpotante, tanta ignominia & calamitas esset accepta. Hæc autem istius vituperatio, atquè infamia confirmabatur eorum sermone, qui à suis civitatibus illis navibus præpositi fuerant: qui ex illo numero reliqui Syracusas, classe amissa refugerant. Dicebant, quos ex sua quisquè navi missos sciret esse. Res erat clara: nequè solùm argumentis, sed

Causa efficiens.

Synecdoche fig:

A rumore & fama.

Hypotyposis rei gestæ.

Posteaquam: Amplificat à causa efficiente calamitatis, libidine scilicet Verris &c. unde enim hæc mala profluxerunt? ab ignavia, libidine Verris; ab ejus avaritia.

Quærere homines: Syracusani inter se locuti sunt, unde hæc mala? quomodo hostis hucusq; pervenit?

Remigibusq; dimissis: Nam suprà jam dictum, Verrem acceptà pecuniâ dimisisse nautas, remiges &c.

Reliquis egestate: quia ob defectum commeatûs radicibus palmarum vesci debuerant.

Navibus præpositi: Hos navarchos identidem appellat. Est enim navarchus præfectus unius vel plurium navium. *Nauclerus* dicitur, & navicularius, qui tantùm imperat nautis. *Remiges* ducunt remos, & agunt navem. *Vectores* sunt alii, quicunq; navi vehuntur. *Classiarii* sunt milites impositi tutandæ navi.

Dicebant: Quilibet navarchus de singulis navibus testa-

sed etiam certis testibus istius avaritia tenebatur. Homo certior fit, agi
39. nihil in foro & conventu tota die, nisi hoc quæri à navarchis, quemadmodum classis sit amissa. Illos docere & respondere unumquemquè, missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore & fuga. Quod posteaquam iste cognovit, hanc rationem habere cœpit. Causam sibi dicendum esse statuerat jam antè, quàm hoc usu veniret, ita, ut ipsum priore actione dicere audîstis. Videbat, illis navarchis testibus, tantum hoc crimen sustinere se nullo modo posse. Consilium capit primò stultum, verumtamen clemens. Cleomenem & navarchos ad se vocari jubet; veniunt. Accusat eos, quòd hujusmodi de se sermones habuerint: rogat, ut id facere desistant, & in sua quisquè na-

Stylus narrationis. Rei descriptio, & hypotyposis ad vivum.

testabatur, quot dimissi fuerint è sua nave.

Quæri à navarchis: Navarchos interrogari. Mirare in his & sequentibus hypotyposes, nam est rerum gestarum talis expressio, ut adhuc geri & ante oculos esse videantur.

Hanc rationem habere cœpit: Hoc consilii capere: ita suæ causæ defensionem meditari.

Quàm hoc usu veniret: Quàm hoc contingeret.

Priore actione: Ubi se Verres defendere volebat ex hoc, quòd id fecerit, prævidens, causam sibi dicendam.

Consilium capit: Duo Verris consilia ad crimen hoc sopiendum: stultum alterum, quòd putaret hac ratione rem tegi posse; alterum crudele, quòd in navarchos ac cives Romanos ita sævierit, ut testes suæ avaritiæ omnes jusserit è medio tolli.

Illi

navi dicat se tantum habuisse nautarum, quantum oportuerit, neq; quemquam esse dimissum. Illi enimverò se ostendunt, quod vellet, esse facturos. Iste non procrastinat: advocat amicos statim: quærit ex his singillatim, quot quisquè nautas habuerit. Respondit unusquisquè, ut erat præceptum. Iste in tabulas refert: obsignat signis amicorum, providens homo: ut contra hoc crimen, si quando opus esset, hac videlicet testificatione uteretur. Derisum credo esse hominem amentem à suis consiliariis, & admonitum, hasce ei tabulas nihil profuturas. Etiam plus ex nimia Prætoris diligentia suspicionis in eo crimine futurum. Jam iste erat hac

Illi enimverò: significationem habet prompti & parati animi.

In tabulas refert: Rem scriptis consignat, & adhibitis sigillis amicorum vult reddere credibile.

Testificatione uteretur: Testificatio scriptura est illius rei, propter quam advocati & testes rem suis annulis obsignârunt.

Derisum credo: Ita priùs dixit: consilium capit stultum; rem enim tegi non posse videbat; & eo ipso, quòd adeò solicitè conquireret testimonia pro se, erat suspectus; uti communis paræmia fert: *Excusatio non petita est sui ipsius accusatio.*

Nimia Prætoris diligentia: Non est otiosum verbum Prætoris. Nam eorum, qui in summo imperio sunt, acta omnia publica sunt, neq; testificatione ulla privata juvari possunt. Hæc igitur *nimia diligentia* suspicionem potiùs, quàm defensionis facultatem Prætori afferebat.

hac stultitia multis in rebus usus, ut publicè quoquè, quæ vellet in civitatum litteris & tolli & referri juberet: quæ omnia nunc intelligit sibi nihil prodesse, posteaquam certis litteris, testibus, auctoritatibusquè convicitur.

40. VERRIS CRUDELITAS. Ubi hoc videt; illorum confessionem, testificationem suam, tabulas sibi nulli adjumento futuras, init consilium, non improbi Prætoris (nam id quidem esset ferendum) sed importuni atquè amentis tyranni. Statuit, si hoc crimē extenuare vellet (nam omnino tolli posse non arbitrabatur) navarchos omnes testes sui sceleris, vitâ esse privandos.

Prosopopœia. Dubitatio. Comparatio ex dissimili. Occurrebat illa ratio: quid Cleomene fiet? poterone animadvertere in eos, quos dicto audientes esse jussi? mis-

Hac stultitia: Non modò falsas illas testificationes privatas confingebat: verùm etiam publicas ipsas civitatum litteras corrumpebat, & jubebat modò hæc scribi pro libitu, *referri* alia, iterum deleri, *tolli*.

Ubi hoc videt: Cùm ergo videt navarchorum confessionem, quæ pro se in tabulis illis facta fictaq; esset, testificationem nimirum suam, hoc est: pro se ab iis scriptam, tabulas illas, nihil profuturas: ad crudelitatem convertitur, & omnes è medio tolli jubet, ne sint aliqui superstites, qui contra se dicant.

Extenuare vellet: Minuere, minus facere, quàm revera sit; elevare.

Occurrebat illa ratio: Elegans Verris deliberatiò per prosopopœiam, ubi describitur pugna rationis & affectuum.

Missum

missum facere eum, cui imperium potestatemquè permisi? poterone eos afficere supplicio, qui Cleomenem secuti sunt: ignoscere Cleomeni, qui secum fugere, & se consequi jussit? poterone in eos esse vehemens, qui naves inanes non modò habuerunt, sed etiam apertas: in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam navem, & minùs exinanitam? pereat Cleomenes una. Ubi fides? ubi exsecrationes? ubi dextræ, complexusquè? ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo littore? Fieri nullo modo poterat, quin Cleomeni parceretur. Cleomenem vocat. Dicit ei, se statuisse

Antitheta. Repetitio. Disjunctio.

Allegoria rei militaris.

Dialogismus.

Missum facere: Dimittere. Nota in hac prosopopœia, cogitationes alienæ tanquam voces tacitæ repræsentantur, quod omninò patheticum est.

Sed etiam apertas: Constratas naves jam suprà *apertis* opponit, quæ cùm tectæ non essent, hostium telis patebant: quominùs prædonibus resistere potuerunt. Sunt hic antitheta: *inanis* & *minùs exinanita: apertas, constratas: vehemens, dissolutus: afficere supplicio, ignoscere: dicto audientes, imperium & potestatem habentes &c.*

Ubi exsecrationes? Pactiones jurejurando & devotione capitis sancitæ, atq; confirmatæ; cùm enim invicem inirent pacta, fiebat hoc sub execrationibus, devotionibus &c. num ergo nihil hæ valebunt, spernentur? inquiebat secum Verres.

Ubi illud contubernium: Qui in militia sub iisdem tabernaculis sunt, *contubernales* appellantur. Irridet illa Verris castra æstiva Veneria, & carpit convictum uxoris Cleomenis.

se animadvertere in omnes navarchos: ita sui periculi rationes ferre ac postulare. Tibi uni parcam, & totius istius culpæ crimen, vituperationemquè inconstantiæ potiùs suscipiam, quàm ut in te sim crudelis, aut tot,
Mêbratim. tam graves testes vivos incolumesquè
Narratio. esse patiar. Ait gratias Cleomenes, approbat consilium, dicit, ita fieri oportere. Admonet tamen illud, quod istum fugerat, in Phalargum Centuripinum navarchum non posse animadverti, propterea, quòd secum fuisset unà in Centuripina quadriremi. Quid ergo? iste homo ex ejusmodi civitate, adolescens nobilissimus, testis relinquetur? in præsentia, inquit, Cleomenes, quoniam ita necesse est: sed
41. pòst aliquid videbimus, ne iste nobis
Ethopœia. obstare possit. Hæc posteaquam acta
Metaphora. & constituta sunt, procedit iste repen-
Dissolutio. tè è prætorio, inflammatus scelere, fu-
Incisa. rore, crudelitate: in forum venit: na-
Mêbratim. varchos vocari jubet. Qui nihil me-
Geminatio. tue-

Sui periculi rationes ferre: Ita se debere facere, ut periculum sibi iminens devitet.

Inconstantiæ: Patiar de me dici, quòd in pari causa dissimilia jura constituam, non constans sim in jure eodem modo administrando?

In præsentia: Nunc quidem.

Hæc posteaquam: Ergo repentè comprehendi navarchos jubet, tanquam classem prodidissent.

E prætorio: Non è loco, quo jus reddebatur, sed è domo Prætoria, in qua, re cum Cleomene deliberata, consilium

metuerent, nihil suspicarentur, statim accurrunt. Iste hominibus miseris innocentibusque injici catenas imperat. Implorare illi fidem populi Romani, & quare id faceret, rogare. Tunc iste hoc causæ dicit, quòd classem prædonibus prodidissent. Fit clamor, & admiratio populi, tantam esse in homine impudentiam, atquè audaciam, ut aliis causam calamitatis attribueret, quæ omnis propter avaritiam ipsius accidisset: aut, cùm ipse prædonum socius putaretur, aliis proditionis crimen inferret: deinde hoc quintodecimo die crimen esse natum, postquam classis esset amissa. Cùm hæc fierent, quærebatur, ubi esset Cleomenes? non quò illum ipsum, cujusmodi esset, quisquam supplicio propter filium de navarchis necandis inierat.

Hypotyposis. Prosopopœia. Synecdoche.

Traductio.

Metaphora.

Injici catenas: Collo & cervicibus, ut posteriùs dicet.

Implorare fidem populi: Tanquam socii & fœderati, cùm à Verre pro hostibus & prædonibus haberentur. Narratio hæc multas habet elegantias, affectus, hypotyposes, prosopopœias, stylum narratorium, brevitatem, infinitivos. Observa descriptionem Verris venientis in forum, imperantis catenas: navarchorum accurrentium, clamantium vivam repræsentationem.

Prædonum socius: Quasi cum prædonibus collusisset, & classem prædonibus per illam apparatûs & pugnæ speciem prodidisset.

Quintodecimo die: cur crimen hoc nunc primùm advertitur?

Cujusmodi esset: Qualiscunquê esset.

Quid

pter illud incommodum dignum putaret; nam quid Cleomenes facere potuit? (non enim possum quemquam insimulare falsò) quid, inquam, magnopere Cleomenes facere potuit, istius avaritiâ navibus exinanitis? atque eum vident sedere ad latus Prætoris, & ad aurem familiariter, ut solitus erat, insusurrare. Tum verò omnibus indignissimum visum est, homines honestissimos, electos ex suis civitatibus, in ferrum atq; in vincula conjectos, Cleomenem propter flagitiorum ac turpitudinis societatem familiarissimum esse Prætori. Apponitur his tamen accusator Nævius Turpio quidam, qui C. Sacerdote Prætore, injuriarum damnatus est, homo bene appositus ad istius au-

Condupli-catio.

Quid, inquam, magnopere: Quæ qualisq; causa erat in Cleomene deperditæ classis, quæ non potiùs ab avaritia Verris dependeat?

Atq; eum vident: Atq; pro *&* *ecce:* vel *cùm repentè* ut in illo Virgilii: ATQUE *illū in præceps prono rapit alveo amni.*

Insusurrare: Leni susurro aliquid in aurem dicere.

Electos ex suis civitatibus: Selectos ex singulis civitatibus, qui navibus præficerentur.

Apponitur: Subornatur, per fraudem & malitiam constituitur; ita enim hoc verbum accipitur. Ut alibi: *Calumniatores ex sinu suo apposuit. Apponit, qui petat Veneri Erycinæ illam hæreditatem.*

Nævius Turpio: De hoc jam actum lib. I. N. 8.

Injuriarum damnatus: Significat illum infamem fuisse, ac propterea ad accusationem non admittendum.

In

audaciam: quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia præcursorem habere solebat, & emissarium. Veniunt Syracusas parentes, propinquiquê miserorum adolescentium, hoc repentino calamitatis suæ commoti nuntio: vinctos adspiciunt catenis liberos suos, cûm istius avaritiæ pœnam collo & cervicibus suis sustinerent. Adsunt, defendunt, proclamant: fidem tuam, quæ nusquam erat, nec unquam fuit, implorant. Pater aderat Dexio Tyndaritanus, homo nobilissimus, hospes tuus, cujus tu domi fueras, quem hospitem appellâras. Eum cùm illa auctoritate & miseria videres præditum: non te ejus lacrymæ, non senectus, non hospitii jus

Repetitio.

42.

Hypotyposis.

Incisa.

Dexio Tyndaritanus. Ab adjunctis.

Repetitio. Enumeratio.

In Decumis: Quas exegit; vel in decumanis territandis, ut se calumniæ metu certâ pecuniâ liberarent.

Collo & cervicibus: Pathos ab adjunctis. Crimen avaritiæ Verrinæ luere debent hi portando vincula in collo & cervice. Hæc ad invidiam in Verrem & misericordiam in miseros, & innocentes.

Proclamant: Testantur separatos esse judicio suos liberos & propinquos defendere.

Quem hospitem appellâras: Videtur significare jus hospitii non solo facto, id est: diversando contrahi solitum, sed certis quibusdam & solemnibus verbis, quibus se hospites appellârant.

Præditum: Accipitur *præditus:* in bonam & malam partem: *virtute & scelere præditus: lacrymis, mœrore, morbo præditus.* Vir igitur tantæ auctoritatis, & nunc tantæ miseriæ non te moveat?

Ali-

Correctio. Per comparationem. jus atquè nomen à scelere aliquam ad partem humanitatis revocare potuit. Sed quid ego hospitii jura in hac immani bellua commemoro? qui Sthenium Thermitanum, hospitem suum, cujus domum per hospitium exhausit, & exinanivit, absentem in reos retulerit, causâ indictâ, capite damnàrit, ab eo nunc hospitiorum jura, atquè officia quæramus? cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera atquè immani bellua? *Apostrophe ad Verrem.* te lacrymæ patris de innocentis filii periculo non movebant, cùm patrem domi reliquisses, filium tecum haberes? *Cõmutatio, contraria.* te nequè præsens filius de liberorum caritate, nequè absens pater de indulgentia patria commonebat? *Dialogismꝰ cũ subjectione & prolepsi.* Catenas habebat hospes tuus Aristeus, Dexionis filius. Quid ita? prodiderat classem. Quod ob præmium? desc-

Aliquam ad partem humanitatis: Ad aliquam saltem clementiam. Amplificatur hic crudelitas Verris à parentum lacrymis, senectute, jure hospitii. Subjungitur correctio per comparationem cum bruta bestia.

Sthenium: De hoc lib. II. N.34. & seqv.

Per hospitium: Per causam hospitii.

Quid ita? Dialogismus, simul cum prolepsi. Est autem Dialogismus idem ac Prosopopœia, ita tamen ut Prosopopœia magis universaliter significet. Est enim Prosopopœia omnis effictio personæ, quâ vel homines introducimus loquentes, vel rebus mutis ac sensûs expertibus sermonem accommodamus, aut vitâ functos, tanquam præsentes, spirantesq;, absentes tanquam præsentes inducimꝰ.

Dialo-

deseruerat exercitum. Quid Cleomenes? Ignavus fuerat. At eum tu ob virtutem coronâ aureâ donâras. Dimiserat nautas. Tu ab omnibus mercedem missionis acceperas. Alter parens ex altera parte erat Herbitensis Eubulida homo domi suæ clarus & nobilis: qui, quia Cleomenem in defendendo filio læserat, nudus pœnè est destitutus. Quid erat autem, quòd quisquam diceret, aut defenderet? Cleomenem nominare non licet. At causa cogit. Mo-

Continuatio Dialogismi &c.

Dialogismus est ficta personarum inter se, vel unius personæ secum ipsa collocutio. In hoc exemplo elegantis Dialogismi,quo introducitur Verres loquens cum Cicerone,& ei interroganti respondens, adest simul elegans prolepsis sive anteoccupatio; quod enim Verres posset respondere, continuò solvitur.

Coronâ aureâ donâras: Dona militaria, quæ militibus virtutis ergò ab imperatore triumphaturo dabantur, erant coronæ,quarum multa erant genera,civicæ,murales, obsidionales,castrenses,navales, rostrata,dein torques, armillæ,hastæ,phaleræ &c. *Civica:* è quercu seu ilice texta dabatur servanti cives. *Muralis* in pinnarum muralium morē facta primo omnium in murum hostilem evadenti: *Castrensis* primo in hostium castra penetranti:*Obsidionalis:* ei,qui obsidione urbem liberavit, eaq; ex gramine erat. *Navalis*,quæ & à rostris dicta rostrata, ob victoriam in mari, atq; hæc erat ex auro, quam Cleomenes à Verre Imperatore (ironicè dicit) promeritus est.

Læserat: In eum enim culpam fugæ contulerat.

Nudus pœnè est destitutus: Id est: constitutus; vix non enim in publico foro nudus esset expositus ad ludibrium, ad pœnam virgarum. Similes loquendi modi cum hoc

ver-

Moriere, si appellâris. Nunquam enim iste cuiquam est mediocriter minatus. At remiges non erant. Prætorem tu accusas? frange cervices. Si neque Prætorem, neque Prætoris æmulum appellare licebit, cùm in his duobus tota causa sit: quid futurum est? Dicit etiam causam Heraclius Segestanus, homo domi suæ summo loco natus. Audite, ut vestra humanitas postulat, judices. Audietis enim de magnis incommodis injuriisque Sociorum. Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa, qui propter gravem morbum oculorum tum non navigârit, & jussu ejus, qui potestatem habuit, cum commeatu Syracusis remanserit. Iste certè neque prodidit classem, neque metu perterritus fugit, neque exercitum deseruit.

43. *De Heraclio Segestano. Renovat attentionem.*

Polysyndeton.

Etenim

verbo *destituo*, inveniuntur etiam alibi: sic apud Livium: *duo in medio armati destituuntur*. Apud Gellium: *idcirco palus destitutus est in foro, vestimenta detracta sunt &c.*

Frange cervices: Continuò occide.

Prætoris æmulum: Cleomenem: cùm eandem uterq; uxorem amaret: ita supèriùs: Si *eum non tanquam virum, at tanquam æmulum removisset.*

Dicit etiam causam: In judicio quoq; se defendit.

Audite, ut vestra &c. Sæpè fatigatos in orationis cursu auditores ad novam attentionem solet animare, idq; præcipuè, cùm aliquid singulare dicendum.

In ea causa: Ideò hic Heraclius accusatus, & his criminibus appetitus fuit.

Cum commeatu: Alimentis, annona.

Hoc

Etenim tunc esset hoc animadversum, cùm classis Syracusis proficiscebatur. Is tamen in eadem causa fuit, quasi esset in aliquo manifesto scelere deprehensus, in quem ne falsò quidem causa conferri criminis potuit. Fuit in illis navarchis Heracliensis quidam Furius (nam habent illi nonnulla hujuscemodi Latina nomina) homo quamdiu vixit, domi suæ non solùm; post mortem totâ Siciliâ clarus & nobilis. In quo homine tantum animi fuit, non solùm ut istum liberè læderet, nam id quidem, quoniam moriendum videbat,

Heracliẽsis Furius, & ejusdem Apologia cõtra Verrẽ.

Hoc animadversū: Si quid horum fecisset, res patuisset tunc, quando Syracusis abibat classis.

In eadem causa: Æquè reus.

Ne falsò quidem: Quid enim criminis in eum, qui abfuit, conferri possit? Si cum cæteris navigâsset, qui proditionis insimulabantur, potuisset idem in ipsum, quod in cæteros, crimen conferri; cùm verò constet, eum non navigâsse, ex eo scilicet clarè animadvertitur, nullam in eo culpam fuisse.

Latina nomina: Cætera enim Siculorum nomina ferè erant derivata à Græcis, vel Græca; istud ab origine Latina; hoc nomine etiam gaudebant inclytæ quædam Romanorum familiæ, ut Camillorum, ex qua Furius Camillus Consul.

Domi suæ: In patria sua fuit clarus, & æstimatus quamdiu superstes fuit; post mortem totam Siciliam ejus nomen est pervagatum cum magna ejus laude propter defensionem illam, quam in carcere scripsit.

Post mortem: Hic claritatis causâ subintelligere potes: *sed &:* quamvis alii putent omittendam particulam: *non,* mihi tamen necesse non videtur.

Liberè læderet: Accusaret, ut alibi. *Sine*

Pathos à matris pietate.

bat, sine periculo se facere intelligebat: verùm, morte proposita, cùm lacrymans in carcere mater noctes diesquè assideret, defensionem causæ suæ scripsit: quam nunc nemo est in Sicilia,

Repetitio.

quin habeat, quin legat, quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat. In qua docet, quòt à civi-

Repetitio. Similiter desinens.

tate sua nautas acceperit: quot & quanti quemquè dimiserit, quot secum habuerit: item de cæteris navibus dicit; quæ cùm apud te diceret, virgis oculi verberabantur. Ille morte proposita, facilè dolorem corporis patiebatur. Clamabat, id, quod scriptum reliquit, facinus esse indignum, plus impudicissimæ mulieris apud te de Cleomenis

Similiter cadens. Adjunctio.

salute, quàm de sua vita lacrymas matris valere. Deinde etiam illud video esse dictum, quod, si rectè vos populus Romanus cognovit, non falsò ille jam in

Sine periculo: Sine alio periculo, cùm mors certa esset.

Defensionem causæ suæ: Quâ scelus & crudelitas Verris in publicam lucem data, omnibus est patefacta. Apologia græco nomine dicitur, vel liber apologeticus, quo nos expurgamus, aut adversario satisfacimus.

Acceperit; Verres. *Quanti*, quo pretio fuerint dimissi, quot secum habuerit adhuc Furius iste in sua navi.

Si rectè vos populus R. Si non fallitur populus Romanus in sua de vobis, o Judices, opinione, (hic enim judices alloquitur) rectè in ipsa morte de vobis judicibus dixit ille Furius, vos interfectis etiam criminis Verrini testibus, non tamen crédituros innocentem esse

Ver-

in ipſa morte de vobis prædicavit: non poſſe Verrem teſtes interficiendo crimina ſua extingvere: graviorem apud ſapientes judices ſe fore ab inferis teſtem, quàm ſi vivus in judicium produceretur: tum avaritiæ ſolùm, ſi viveret: nunc, cùm ita eſſet necatus, ſceleris, audaciæ, crudelitatis teſtem fore. Jam illa præclara: non teſtium modò catervas, cùm tua res ageretur, ſed à Diis Manibus innocentium pœnas, ſceleratorumque furias in tu-

Diſſolutio.

Verrem;& plùs etiam valituros apud vos teſtes mortuos, atq; apud inferos exiſtentes,quàm ſi viverent.

Tum avaritiæ ſolùm: Vivus poterat eſſe teſtis duntaxat de avaritia, atq; de acceptis pecuniis propter dimiſſos remiges; occiſus teſtabitur etiam de crudelitate.

Jam illa præclara: Subaudi; quæ in eadem apologia conſequebantur.

Cùm tua res ageretur: Cùm tu Verres reus eſſes,non ſolùm adfuturos ad judicium teſtes magno numero, & integras eorum catervas.

A Diis Manibus pœnas: Pœnas illas, quas tu de inſontibus ſumpſiſti, miſſas à Diis Manibus venturas in judicium contra te. *Diis Manibus:* id eſt: Diis illis inferorum, qui pœnas ſumunt de malis, & hos propter læſos innocentes plectunt. Putabant enim veteres, Manes eſſe Deos inferos, nempe animas à corporibus ſeperatas illuc transferri, & interdum redire ad has terras, venire ad defunctorum corpora,& ſepulchra,vel ſumere vindictam, vel favere benemerentibus; ideò placabant Manes ſacrificiis, ne nocerent, inſcribebant illis vetuſta ſepulchrorum monumenta his verbis: *Diis Manibus.*

Sceleratorumq; furias: Eas furias, quæ ſceleratos homines perſequi & vexare conſveverunt. Furiæ credeban-

tuum judicium esse venturas: sese ideò leviorem casum suum fingere, quod jam ante aciem securium tuarum, Sestiique, tui carnificis, vultum & manum vidisset, cûm in conventu civium Rom. jussu tuo securi cives Rom: ferirentur. Ne multa, judices; libertate, quam vos Sociis dedistis, hac ille in acerbissimo supplicio miserrimæ servitutis abusus est. Condemnat omnes de

Furii navarchi constantia.

Antitheta libertas & servitus.

44.

tur esse Deæ, quarū Numen præcipuè in scelerum cognitione & vindicta, & in animorū malè sibi consciorū exagitatione versari putabatur. Vocabantur Diræ, Eumenides. Furiæ: nomina earum Alecto, Tisiphone, Megæra.

Ideò leviorem casum suum fingere: Ideò leviorem sibi videri casum suum, facilius se tolerare mortem suam, cùm vidisset Verris securi, & securi carnificis Sestii, in conventu & conspectu civium Romanorum, jubente Verre cives Romanos occidi.

Sestiiq́, tui carnificis: Unus aliquis de lictoribus ita vocabatur, qui & carnificis munus præcipuè obierat.

Ne multa, judices: Hactenus erat oratio indirecta Furii in suo apologetico: jam concludit Cicero: ne multa: vel ne omnia dicam: liberè dixit omnia Furius.

Libertate abusus est: Abusus, non est hic: malè usus, sed usus est ad extremum, & quoad potuit. Propriè enim *abutor:* significat *uti, quantum quis potest.* Sic Cicero Verrina 3. *Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero.* Accipitur quidem etiam in malam partem, pro: *perperàm uti, nimis licenter uti;* hic tamen non ita. Sed: forti animo dixit omnia Furius, & pro ea libertate, quam Senatus populusq; Romanus sociis dedit, etsi miserrimæ servitutis acerbissimum supplicium perpeteretur.

Condemnat omnes: Ita præfert & dicit: condemnatos esse

de Consilii sententia. Tamen neque iste in tanta re, tot hominum, totque civium causa, P. Vettium ad se arcessit, Quæstorem suum, cujus consilio uteretur, neque P. Cervium, talem virum, legatum, qui, quia legatus, isto Prætore, in Sicilia fuit, primus ab isto judex rejectus est: sed de latronum, hoc est: de comitum suorum sententia condemnat omnes. Hic cuncti Siculi, fidelissimi, atque antiquissimi Socii, plurimis affecti beneficiis à majoribus nostris, graviter commoventur, & de suis periculis fortunisque omnibus pertimescunt. Illam clementiam mansvetudinemque nostri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque esse conversam? condemnari tot homi-

Adjuncta; rei, personarum &c.

Conduplicatio.

Antitheta.

Adjuncta. Incisa.

esse omnes de sententia Consilii. Quod autem hoc Consilium? de Consilio comitum suorum, hoc est: latronum, nam ex aliis neminem in consilium vocat, in re quidem tanta, in causa tot civium, ne quidem P. Vettium, cujus sororem in matrimonio Verres habebat, neq; Cervium, Legatum, quem etiam propterea è numero judicum, omnium primum rejecit, quia omnia Verris scelera norat tanquam Legatus Verris eo tempore, quo Verres in Sicilia Prætor fuit.

Hic cuncti Siculi: Crudelitas Verris amplificatur oppositâ populi Romani clementiâ; metuunt enim sibi jam omnes Siculi, olim tantis affecti beneficiis à populo R. graviter commoventur.

In tantam crudelitatem: Opponitur clementiæ crudelitas, mansvetudini inhumanitas.

Synecdoche. *Exclamatio.* *Dissolutio.* *Synonymia.* *Conduplicatio.*

mines uno tempore, nullo crimine? defensionem suorum furtorum Prætorem improbum ex indignissima morte innocentium quærere? Nihil addi jam videtur, judices, ad hanc improbitatem, amentiam, crudelitatemquè posse. Et rectè nihil videtur. Nam si cum aliorum improbitate certet, longè omnes multumquè superabit. Sed secum ipse certat: id agit, ut semper superius suum facinus novo scelere vincat. Phalargum Centuripinum dixeram exceptum esse à Cleomene, quòd in ejus quadriremi Cleomenes vectus esset: tamen quia pertimuerat adolescens: quòd eandem suam causam videbat esse, quam illorum, qui innocen-

Uno tempore, nullo crimine? His incisis,& interpunctis vim sententia acquirit majorem. Item hi infinitivi valent pro exclamatione vehemente.

Secum ipse certat: Tribus partibus sententia hæc tota & amplificatio constat; quarum prima est alios vincere: altera secum certare;tertia se ipsum in scelere vincere; quæ omnes partes hic conferuntur ad infamiam Verris.

Suum facinus novo scelere: Scelus aliquid gravius est, quàm facinus, ergo non à scelere ad facinus, sed à facinore ad scelus progreditur, sic alibi: *facinus est, civem Romanum vinciri, scelus verberari.*

Dixeram exceptum esse à Cleomene: Suprà dixit hoc N. 40. Phalargus enim Centuripinus vehebatur in quadriremi,quam ejus civitas dederat, & in eadem Cleomenes, qui summum in omnes imperium obtinebat.

Tamen: Quamvis ergo prius exceptus esset, tamen nunc metuit sibi; ergo ad eum (hæc sciens nempe) ace-

centes peribant: ad hominem accedit Timarchides: à securi negat ei esse periculum: virgis ne cæderetur, monet, ut caveat. Ne multa; ipsum dicere adolescentem audîstis, se ob hunc virgarum metum pecuniam Timarchidi numerâsse. Levia sunt hæc in hoc reo crimina. Metum virgarum navarchus nobilissimæ civitatis pretio redemit: humanum est. Alius, ne condemnaretur, pecuniam dedit: usitatum est. Non vult populus Romanus obsoletis criminibus accusari Verrem: nova postulat, inaudita desiderat: non de Prætore Siciliæ, sed de crudelissimo tyranno fieri judicium arbitratur. Includuntur in carcerem condemnati, supplicium constituitur in illos, sumitur de miseris parentibus navarchorum, pro-

Mēbratim.

Concessio.
Subjectio.

45.
Mēbratim.

cedit Timarchides emissarius Verris.

Ne multa: Ut paucis dicam.

Levia sunt: Amplificatio à comparatione minorum & extenuatione quorundã, ut alia videantur esse tãtò majora.

Metum virgarum pretio redemit: Pecunias dedit, ut securus esset à virgis. Et quis est, qui hunc metum redemit? navarchus nobilissimæ civitatis &c. adjuncta personæ.

Obsoletis: Communibus, tritis, usitatis, quorum alii ante ipsum accusati, condemnatiq; fuerant.

Includuntur: Est amplificatio per enumerationem partium, & rerum singularum, quæ faciunt ad auxesin criminis. Stylus pro anacephalæosi.

Sumitur: Subaudi: denuò supplicium in liberos constitui-

prohibentur adire ad filios, prohibentur liberis suis cibum vestitumquè ferre. Patres hi, quos videtis, jacebant in limine, matresquè miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberûm exclusæ: quæ nihil aliud orabant, nisi ut filiorum extremum spiritum ore excipere sibi liceret. Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorque Sociorum, & civium lictor, Sestius: cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur. Ut adeas, tantum dabis: ut cibum tibi intrò ferre liceat, tantum. Nemo recusabat. Quid, ut uno

Hypotyposis.

Definitiones.
Prosopopœia Sestii lictoris.

tuitur, de parentibus sumitur. Parentum enim dolor & cruciatus, quem ex suppliciis suorum liberorum sentiebant, erat instar mortis, & sic supplicium hoc sumitur ab ipsis parentibus; maximè cûm etiam ad filios suos adire, & cibum iis, vestitumq; ferre prohiberentur.

Extremum spiritum ore excipere: Ex more veterum, quo cognati, amici, parentes, qui mortuo assidebant, illum complectebantur, os ori adjungentes, quasi extremum spiritum & flatum excepturi. Mox decedentis oculos & ora claudebant, nefas existimantes à viventibus decedentium oculos spectari; tametsi lege Mevia, ut Varro significat, ne filii parentibus oculos sigillarent, cautum fuit.

Aderat janitor carceris: Commiserationem elicit proposita janitoris carceris sive lictoris crudeli prosopopœia, ad majorē dein motum exclamationem subjicit, quòd parentes non jam celerem filiorum necem, sed ipsam sepulturam redimere oportuerit. Attendat lector in toto hoc loco ad artem ciendi affectus.

Ictu

uno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne sæpiùs feriatur? ne cum sensu doloris aliquo, aut cruciatu spiritus auferatur? etiam ob hanc causam pecunia lictori dabatur. O magnum atquè intolerandum dolorem! O gravem acerbamquè fortunam! non vitam liberûm, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes. Atquè ipsi etiam adolescentes cum Sestio de eadem plaga, & de uno illo ictu loquebantur. Idquè postremùm parentes suos liberi orabant, ut levandi cruciatûs sui gratiâ lictori pecunia daretur. Multi & graves dolores inventi parentibus, & propinquis multi. Veruntamen mors sit extrema. Non erit. Estne aliquid ultrà, quò progredi crudelitas possit? Reperietur. Nam illorum liberi cùm

Repetitio.

Exclamatio plena doloris.

Conduplicatio.

Interrogatio.
Subjectio.

Ictu securis: Supplicium securis usitatum erat Romanis, quod nostris temporibus gladio peragitur.

Mortis celeritate: Sine diuturno cruciatu, & sensu doloris.

Ipsi etiam adolescentes: Filii nempe, & navarchi, nam ad militiam senes & parentes non ibant.

Cum Sestio de eadem plaga: Loquebantur cum lictore, mercabantur celeritatem mortis, ut brevi, ut sine magno sensu supplicium absolvat.

Multi & graves dolores &c. Repetitio in voce *multi*, ab initio & in fine, quæ conduplicatio propriè dicitur. Pluribus modis usurpatur ejusdem sive nominis, sive verbi, addo etiam particulæ repetitio hæc; sed semper ut splendor & vis addatur orationi; exempla sunt innume-

cùm erunt securi percussi, ac necati, corpora feris objicientur. Hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi potestatem. Onasum Segestanum, hominem nobilem dicere audîstis, se ob sepulturam Heraclii navarchi pecuniam Timarchidi dinumerâsse. Hoc (ne possis dicere: patres enim veniunt, amissis filiis irati) vir primarius, homo nobilissimus, dicit: neque de filio dicit. Jam hoc, quis tum fuit Syracusis, quin audiêrit, quin sciat has per Timarchidem pactiones sepulturæ cùm vivis etiam illis esse factas? non palàm cum Timarchide loquebantur? non omnes omnium propinqui adhibebantur? non palàm vivorum funera locabantur? Quibus rebus omnibus actis atquè decisis, producuntur è car-

Testimoniū.

Repetitio.

Repetitio cū similiter desinētibus.

mera diversorū modorū in omnibus orationib9 Ciceronis.

Heraclii navarchi: Quem superiùs *Furium* Latino nomine appellari dixit.

Patres enim veniunt &c. Sensus est: dico de eo, qui non filii, sed alieni corporis sepeliendi potestatem redemit pretio. Præcisâ tibi cavillandi occasione (ne possis dicere) credendum patribus non esse, quasi huc testes veniant irati propter amissos filios.

Quin audiêrit: Qui non audiêrit.

Vivorum funera locabantur: *Locari funus* propriè dicitur, cùm de funeris sumptibus transigitur. Itaq; translato hoc verbo usus est, pro: *sepeliendi potestas redimebatur.*

Quibus rebus omnibus: Hactenus antecedentia supplicii: nunc ipsum supplicium. Multùm utiq; crudelitatem

Ver-

carcere, & deligantur ad palum. 46.
Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus præter unum te, qui non illorum ætate, nobilitate, miseriâ commoveretur? ecquis fuit, quin lacrymaretur? quin ita calamitatem putaret illorum, ut fortunam tamen non alienam, periculum autem commune agi arbitraretur? Feriuntur securi. Lætaris tu in omnium gemitu, & triumphas: testes avaritiæ tuæ gaudes esse sublatos. Errabas Verres, & vehementer errabas, cùm te maculas furtorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sangvine eluere arbitrabâre: præceps amentiâ ferebâre, qui te existimares avaritiæ vul-

Metaphora.

Adjuncta personæ.

Apostrophe ad Verrem.
Conduplicatio.
Metaphora.
Allegoria.

Verris exaggerant ea, quæ hîc descripta. In ipso supplicio describendo mirâ iterum energiâ ante oculos ponuntur omnia. Primò quis omnium præsentium sensus fuerit, cùm aspicerent nobiles, juvenes, innocentes, adeò miseros &c. Dein quàm contrà Verres crudelis &c.

Fortunam non alienam, periculum commune: Non adeò moventur homines aliorum malis, etsi gravibus & acerbis, si ipsi extra periculum sint. At Siculi præsentes navarchorum suppliciis tantò movebantur magis, quòd idem sibi à Verre facilè accidere posse arbitrarentur, qui semel fœderum, & societatis jura omnia violâsset.

Errabas: Apostropha ad Verrem, & vehemens exprobratio, frustrà eum sperare hac navarchorum nece sua crimina obtegenda; nam numero testium adhuc superstitum facilè crudelitatis & avaritiæ convincitur.

Præceps amentiâ ferebâre: Nimiùm stolidꝰ & cæcus fuisti.

Avaritiæ vulnera: Quia propter Verris avaritiam, calami-

vulnera crudelitatis remediis posse sanare. Etenim quanquam illi sunt mortui sceleris tui testes, tamen eorum propinqui nequè tibi, nequè illis desunt: tamen ex illo ipso numero navarchorum aliqui vivunt, & adsunt: quos, ut mihi videtur, ab illorum innocentium pœna fortuna ad hanc causam reservavit. Adest Philargus Haluntinus, qui, quia cum Cleomene non fuit, oppressus à prædonibus & captus est: cui calamitas saluti fuit: qui nisi captus à piratis esset, in hunc prædonem Sociorum incidisset. Dicit is pro testimonio de missione nautarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adest Centuripinus Phalargus, in amplissima civitate amplissi-

Polysyndeton.

Testimonia.

Polysyndeton.

lamitas illa navalis accepta erat;& inde malum omne exstitit. Pulchra hic est allegoria;elegantia sunt etiam duplicia substantiva: *avaritiæ vulnera*, *crudelitatis remediis*.

Neq; tibi,neq; illis desunt: Qui te non avaritiæ tantùm, sed crudelitatis arguant, & propinquorum suorum necem ulciscantur.

Fortuna &c. reservavit: Sæpè usurpatur pro Dei providentia, ut apud Virgil. *fortuna omnipotens & ineluctabile fatum:* Locus hic perspicuè prò: *providentia* dici ostendit, aut ea, quam Græci *Nemesin* appellant.

Philargus Haluntinus: De quo vide N. 34.

In hunc prædonem Sociorum: Nisi captus fuisset à prædonibus maris, & piratis, comprehendi eum jussisset Verres, prædo Sociorum,& eum sicut cæteros occidi jussisset. Jam verò calamitas prima ei saluti fuit;inde enim redemptus vivit adhuc, & testis est contra Verrem.

Centuripinus Phalargus: Alius hic est, quàm Philargo Ha-

plissimo loco natus, eadem dicit, nulla in re discrepat. Per Deos immortales, judices, quo tandem animo sedetis? aut hæc quemadmodum auditis? utrùm ego desipio, & plusquam satis est, doleo, in tanta calamitate miseriaque Sociorum? an vos quoquè hic acerbissimus innocentium cruciatus, & mœror pari sensu doloris afficit? Ego enim cùm Herbitensem, cùm Heracliensem securi percussum esse dico, versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. Eorumne populorum cives, eorumne agrorum alumnos, ex quibus maxima vis frumenti quotannis plebi Romanæ illorum operis, ac laboribus quæritur, qui à parentibus, spe nostri imperii, nostræquè æquitatis, suscepti educatiquè sunt, ad C. Verris

Obtestatio. Apostrophe, & Communicatio cum judicibus.

Enumeratio personarũ.

47. *Ab adjunctis personarum amplificat.*

Haluntinus, nempe is, qui Timarchidi pecuniam ob virgarum metum dinumeravit.

Per Deos immortales: Amplificatio vehemens per multiplices figuras. Obtestatur Deos; communicat cum judicibus, eos inflammat ad iram; commiserationem erga innocentes excitat, proponit ante oculos, quinam, quales interfecti sint &c.

Eorumne populorum: Amplificat ab adjunctis personarum. Tales cives, in talibus agris & regionibus educati, unde plurima Romanorum alimonia, qui in nostrum bonum, pro nostro imperio à parentibus geniti, educatiq; sunt &c.

Agrorum alumnos: Colonos.

Spe nostri imperii: Sperantibus, fore, ut libertatem sub imperio nostro retinerent, atq; etiam ut nostro imperio cives, & milites parerent, educarentq;.

Esse

Verris nefariam immanitatem, & ad ejus securem funestam esse servatos? Cùm mihi Tyndaritani illius venit in mentem, cùm Segestani, tum jura simul civitatum atquè officia considero. Quas urbes P. Africanus etiam ornandas esse spoliis hostium arbitratus est, eas C. Verres non solùm illis ornamentis, sed etiam viris nobilissimis nefario scelere privavit. En, quod Tyndaritani libenter prædicent: Nos in septemdecim populis Siciliæ numeramur: nos semper in omnibus Punicis, Siciliensibusq; bellis amicitiam fidemquè populi Rom. secuti sumus: à nobis omnia populo Romano semper & belli adjumenta, & pacis ornamenta ministrata sunt. Multùm verò hæc his jura

Ab adjunctis patriæ.

A dissimili exemplo.

Prosopopœia. Tyndaritanorū, enumerantium sua merita.

Traductio.

Similiter cadens.

Esse servatos: Elegantes infinitivi pro exclamationibus, uti suprà dictum.

Spoliis hostium: De qua re jam suprà actum est; ut de oppido Thermarum.

En, quod Tyndaritani libenter prædicent: Ecce hoc est, quod cives Tyndaritani sæpè, ultrò,& cum voluptate ac gloria sua dicunt: nos inter cæteros fuimus Romanis fidelissimi &c.

Nos in septemdecim populis: Inter plurimos Siciliæ populos, & celebriores civitates nos numeramur; omnes alii à fide atq; amicitia populi Romani defecerunt, & arma pro Carthaginensibus contra Romanos tulerunt; nos non item &c.

Multùm verò: Loquitur Cicero, non ampliùs Tyndaritani. Hem! quæ utilitas his ita bene meritis de Republica nostra.

jura profuerunt in istius imperio ac potestate. Vestros quondam nautas contra Carthaginem Scipio duxit. At nunc naves contra prædones pœnè inanès Cleomenes ducit. Vobiscum Africanus hostium spolia, & præmia laudis communicavit. At nunc per me spoliati, nave à prædonibus abducta, ipsi in hostium numero, locoquè ducemini. Quid verò? illa Segestanorum non solùm litteris tradita, nequè commemorata verbis, sed multis officiis illorum usurpata, & comprobata cognatio, quos tandem fructus hujusce necessitudinis in istius imperio tulit? Nempe hoc fuit jure, judices, ut ex

Comparatio odiosa à dissimili.

Similiter cadens.

Responsio.

In istius imperio: Sub Verre Prætore.

Vestros nautas: Tyndaritanorum: hic jam introducitur loquens Verres cum Tyndaritanis, & eorum orationē irridens, quod colligendum ex verbis *per me* spoliati: unde suspicari licet, aliquid hic deesse, quo Orator admoneat, Verrem ita respondere, ita loqui cum Tyndaritanis; vel quod credibilius, irrepserunt per errorem hæc verba: *per me*, & legendum: *ducimur*, pro: *ducemini:* Est autem dictio tota Ciceronis ad commiserationem Tyndaritanorū, introducentis invidiosam Verris comparationem.

Quid verò: Formula transitionis.

Multis officiis usurpata: Renovata, & opere sæpiùs demonstrata.

Cognatio: Origine ducta ab Ænea, uti suprà.

Quos tandē fructus: Quid utilitatis ex hac cognatione, & propinquitate originis, atq; amicitia habuerunt Segestani sub imperio Verris?

Nempe hoc fuit jure: Ea conditione fuit; istud juris & æquitatis idcirco habuit &c.

Ex

ex sinu patris nobilissimus adolescens, & è complexu matris ereptus innocens filius, istius Carnifici Sestio dederetur. Cui civitati majores nostri maximos agros atquè optimos concesserunt, quam immunem esse voluerunt, hæc tanta apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis auctoritate, ne hoc quidem juris obtinuit, ut unius honestissimi atquè innocentissimi civis mortem & sangvinem deprecaretur. Quò confugient Socii? quem implorabunt? qua spe denique, ut vivere velint, tenebuntur, si vos eos deseretis? Ad Senatum venient, qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum, non Senatorium. Ad populum Romanum

Traductio.

Dissolutio.

48.
Traductio.
Dubitatio.

Subjectio.

Ex sinu patris: è complexu matris, innocens filius erept9 &c. Pathôs à dolore parentum.

Quò confugient Socii: Insignis amplificatio per duos ferè numeros;imprimis per lamentationem epilogis maximè accommodatam,misericordiam captando ex afflicta miseraq; fortuna: dein ex præteritione, Siculos afflictos non jam petere,in hoc judicio repetundarum, restitutionem rerum ablatarum,sed restitutionem dilectissimorum suorum pignorum, liberorum, vitæ propriæ &c. ubi per hypotyposin singulos miseros ante oculos judicũ ponit, flentes, obtestantes &c. Lege hæc, admirare, imitare.

Qua spe &c. tenebuntur? Quomodo porrò vitam aut sperabunt,aut optabunt Socii,si à vobis, judices, sint derelicti?

*Non Senatorium:*Reos nocentes punire non pertinet ad Senatores. Audit enim Senatus Sociorum querelas: crimina verò judicibus committit; nec in curia,sed in foro judi-

num confugient? facilis eſt cauſa populi. Legem enim ſe Sociorum causâ juſſiſſe, & vos ei legi cuſtodes ac vindices præpoſuiſſe dicet. Hic locus eſt igitur unus, quò perfugiant: hic portus, hæc arx, hæc ara Sociorum: quò quidem nunc non ita confugiunt, ut anteà in ſuis repetendis rebus ſolebant. Non argentum, non aurum, non veſtem, non mancipia repetunt: non ornamenta, quæ ex urbibus fanisquè erepta ſunt. Metuunt homines imperiti, ne jam hæc populus Romanus concedat, & jam fieri velit. Patimur enim jam multos annos, & ſilemus, cùm videamus, ad paucos homines omnes omnium nationum pecunias perveniſſe. Quod eò magìs ferre æquo animo

Definitiones. Traductio.

Repetitio. Præteritio. Enumeratio.

Proſopopœia Siculorum.

judicia exercebantur: non Senatûsconſulto, ſed judicum ſententiis, & populi lege conſtituta. Admonet hic igitur Cicero judices officii ſui.

Facilis eſt cauſa populi: Excuſatio. Res ratione populi clara eſt. Dicet enim populus: veſtrum hoc munus eſt, vos legi repetundarum, quam populus juſſit, fecit, decrevit, eſſe præpoſitos.

Hæc arx &c. Sociorū: In veſtro judicio præſidium ſuis fortunis, rebꝰ ſuis, ſaluti ſuæ conſtitutum arbitrantur.

Nō argentū, nō aurū: Remittunt hæc, non repetunt, quæ Verres nefariè ex urbibꝰ, ex tēplis, ex tota Sicilià abſtulit.

Metuunt homines imperiti: Homines in hoc quidem rudes, & ignari exiſtimant, lege aliqua populi Romani conceſſum eſſe & permiſſum, ut ſibi Sociis Prætores bona ſua eripiant, cùm furandi conſvetudinem ita vulgarem & cōmunem, & à multis ita uſurpatà animadvertant. Nam jam

Synonyma. Geminatio. animo atquè concedere videmur, quia nemo istorum dissimulat, nemo laborat, ut obscura sua cupiditas esse videatur. In urbe nostra pulcherrima atquè ornatissima, quod signum, quæ tabula picta est, quæ non ab hostibus victis capta atquè asportata sit? At istorum villæ, Sociorum fidelissimorum, & plurimis & pulcherrimis spoliis ornatæ refertæquè sunt. Ubi pecunias exterarum nationum esse arbitramini, qui-

jam multos annos patimur, inquiunt Siculi, tales fures & provinciarum prædones, qui omnes omnium nationum pecunias, & quidquid tota Sicilia habet, ad se solos trahunt; nec agunt dissimulanter, non obscurè, non clàm.

Nemo istorum dissimulat: Ita loquuntur Siculi: omnes isti, qui cum imperio aut potestatè in provincias mittuntur, sine ulla non modò religione, verùm etiam dissimulatione in omni genere furandi ac prædandi versantur.

Quod signum, quæ tabula: Monumenta urbis nostræ omnia nobis erepta sunt, & translata in Villas Prætorum, quæ villæ plenæ sunt Sociorum spoliis.

Ubi pecunias exterarum: Estne dubium, ubinam sint divitiæ exterorum populorum, quas olim habuêre, nunc pauperes sunt, quando tota fere urbs Athenarum, totæ insulæ, totæ provinciæ quodāmodo in paucas villas compilatæ & inclusæ sunt. Metonymia: provinciæ istæ sunt in villis Prætorum, locô: res provinciarum, & ornamenta: est etiam hyperbole ad significandā multitudinem furtorū, quæ comparata sunt in villas istorū Prætorū. Hinc olim dictum est, Romam esse ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης, epitomen vel compendiū orbis terrarū, quando undequaq; comportata sunt Romā pulcherrima & pretiosissima quæq; à devictis nationibus.

Athe-

quibus nunc omnes egent, cùm Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chium, Samum, totam denique Asiam, Achajam, Græciam, Siciliam jam in paucis villis inclusas esse videatis? Sed hæc, ut dico, omnia jam Socii vestri relinquunt, & negligunt, judices. Ne publicè à populo Romano spoliarentur, officiis ac fide providerunt. Paucorum cupiditati tum, cùm obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant. Nunc verò jam adempta est non modò resistendi, verùm etiam suppeditandi facultas. Itaquè res suas negligunt. Pecunias, quo nomine judicium hoc appellatur, non repetunt, relinquunt, & negligunt.

Enumeratio. *Dissolutio.* *Hyperbole.* *Metonymia.* *Synonyma.*

Athenas, Pergamum &c. Ex his nempe locis devictis spolia erant & ornamenta. *Athenæ*, urbs notissima. *Pergamus* sive *Pergamum* civitas Asiæ insignis, diu sub Attalicis regibus fortunata, & posteà Romanorum provincia facta, apud quam chartæ usus inventus est, quæ nunc quoq; vulgò *pergamena* dicitur. Cyzicum, insula in Propontide. *Miletum* urbs Joniæ, unde Milesii. *Chium:* insula Maris Ægæi, ubi celebre templum Apollinis: *Samus:* insula, unde vasa Samia fictilia à veteribus tantopere laudata &c.

Ne publicè spoliarentur: Quasi pro hostibus habiti & prædæ objecti. Nam fideles sunt, officiosi sunt: ergo non habent, cur hoc metuant.

Sufficere aliquo modo: Materiā direptionibus suppeditare poterant, cùm adhuc haberēt, quod Prætor diriperet, auferret, quod nunc spoliati & exinaniti non ampliùs habent.

Quo nomine judicium: Uti jam alibi dictum, repetunda-

Cõduplicatio. gunt. Hoc jam ornatu ad vos confugiunt. Adſpicite, adſpicite judices, ſquallorem, ſordesquè Sociorum. Sthe-

49. *Locus pulcherrimus ad commiſerationem. Hypotypoſis. Repetitio. Enumeratio perſonarũ.* nius hic Thermitanus cum hoc capillo atquè veſte, domo ſua tota expilata, mentionem tuorum furtorum non facit: ſeſeipſum abs te repetit, nihil ampliùs. Totum enim tua libidine & ſcelere ex ſua patria, in qua multis virtutibus & beneficiis floruit princeps, ſuſtuliſti. Dexio hic, quem videtis, non quæ publicè Tyndari, non quæ privatim ſibi eripuiſti, ſed unicum miſer abs te filium optimum atquè innocentiſſimum flagitat. Non ex litibus

Traductio: tuis, tua. æſtimatis tuis pecuniam, domum, ſed ex

darum judicium inde nominatum, quòd eo judicio Socii pecunias ſibi contra leges ereptas repetebant, quas ex condemnatorum litibus æſtimatis domum reportarent.

Hoc jam ornatu: Moris fuit, vel in epilogo, vel aliàs, miſericordiæ captandæ causâ, aut indignationis commovendæ producere ſordidatos, qui ſe ſupplices ad judicum pedes abjicerent. Itàq; navarchos illos, vel navarchorum parentes per hypotypoſin elegantem, unum poſt alium adducit, & ponit ante oculos judicum.

Cum hoc capillo: Sordidati enim & barbam & capillos ſubmittebant, ut corpore inculto atq; horrido miſericordiam moverent.

Seſeipſum abs te repetit: Ut reſtituas eum dignitati priſtinæ, quam ademiſti ſaluti, quam per te perdidit; reliqua ſive ſibi ex domo ſua, ſivè ex civitate & patria abrepta remittit, negligit, non petit.

Non ex litibus æſtimatis: Lites æſtimare, ut jam alibi, eſt res, ſive pecunias, propter quas damnatus quis fuit, in ſummam redigere, quæ ſumma de ipſius bonis exigatur.

ex tua calamitate cineri atque ossibus filii sui solatium vult aliquod reportare. Hic tam grandis natu Eubulida, hoc tantum, exacta ætate, laboris, itinerisque suscepit, non ut aliquid ex suis bonis recuperaret; sed ut, quibus oculis cruentas cervices filii sui viderat, iisdem te condemnatum videret. Si per L. Metellum licitum esset, judices, matres illorum, uxores, sororesque veniebant. Quarum una, cùm ego ad Heracliam noctu accederem, cum omnibus matronis ejus civitatis, & cum multis facibus mihi obviam venit,

Hypotyposis. Adjuncta.

tur. *Ex tua calamitate solatium:* Nam ut ait Publius: *læso doloris remedium, inimici dolor.*

Cineri atq; ossibus: Posteaquam more apud veteres recepto combustum cadaver erat, ossa legebantur, & condebantur in urna: existimabant autem sensum aliquē inesse iis; quapropter solatiū se dicit iis ossibus quærere.

Hic tam grandis: enumerationes & distributiones perbene fiunt per repetitionem, ab initio periodi similiter incipiendo, ut *hic* in hac enumeratione.

Hoc tantum &c. itineris: Quandoquidem ex Sicilia Romam ad judicium Verris venit.

Si per L. Metellum: Hac ipsa de re in quarta oratione questus est, quòd Metellus plurimos testes Romam venire prohibuerit.

Sororesq; veniebant: Hoc est: venturæ erant. Solebant veteres uti hoc tempore in indicativo, in re, quæ certò futura erat, fieriq; debebat, ut esset tanquam jam facta. Sunt & exempla hujus locutionis in litteris sacris, præsertim in divinorum Vatum voluminibus.

Cum omnibus matronis: Proposito Siculorum præsertim

Similiter desinentia. nit, & ita, me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans, filii nomen implorans, mihi ad pedes misera jacuit, quasi ego excitare filium ejus ab inferis possem. Faciebant hoc idem in cæteris civitatibus grandes natu matres, & *Metonymia.* item parvuli liberi miserorum: quorum utrorumq; ætas laborem & industriam meam, fidem & misericordiam vestram requirebat. Itaquè ad me, judices, præter cæteras, hanc querimoniam Sicilia detulit. Lacrymis ego ad hoc, non gloriâ inductus accessi: ne falsa damnatio, ne carcer, ne catenæ, ne verbera, ne secures, ne cruciatus Sociorum, ne sangvis innocentium, ne deniquè etiam exsangvium corpora mortuorum, ne mœror parentum ac propinquorum Magistratibus nostris quæstui posset esse. Hunc ego si metum Sici-

Enumeratio partium, & frequẽtatio consequentium. Repetitio. Similiter cadens. Adjunctio.

duorum parentum, Dexionis & Eubulidæ squallore ac luctu, uxorum etiam matrumq; lamenta exponit.

Laborem & industriam meam: In agendo & exponendis criminibus meam operam solicitabant.

Hanc querimoniã: Præter cætera crimina hanc etiam querelam apud me deposuit de crudelitate Verris, & suppliciis in miseros ac innocentes constitutis.

Ne falsa damnatio &c. Ne hæc ejusmodi crimina possint ita fieri, à Prætorib9, ut hi etiam lucrum inde faciant.

Falsa damnatio; qualis à Verre facta est, dum navarchos injustè damnavit.

Exsangvium corpora mortuorum: Quandoquidem ob sepulturam etiam mortuorum Verri merces dari debuit.

Hunc ego si metum &c. Si ego jam in hoc judicio effe-

cero,

Siciliæ, damnatione iſtius, per veſtram fidem, & ſeveritatem dejecero, judices, ſatis officio meo, ſatis illorum voluntati, qui à me hoc petiverunt, factum eſſe arbitrabor. Quapropter ſi quem fortè inveneris, qui hoc navale crimen conetur defendere, is ita defendat: illa communia, quæ ad cauſam nihil pertinent, prætermittat: me culpam fortunæ aſſignare, calamitatem crimini dare: me amiſſionem claſſis objicere: cùm multi viri fortes in communi incertoquè periculo belli & terra & mari ſæpè offenderint. Nullam tibi objicio fortunam. Nihil eſt, quòd cæterorum res minùs commodè geſtas proferas: nihil eſt, quòd mulcero, ut ne porrò Socii talia metuere debeant. *Metaphora.* 50. *Prolepſis.* *Geminatio.*

Satis officio meo: Qui totius Siciliæ rogatu hanc accuſandi provinciam ſuſcepi.

Quapropter ſi: Pro clauſula affert Cicero aliquot prolepſes, ne ullo pacto defendi poſſit Verres in hac erga navarchos crudelitate: non enim incertos fortunæ aut belli exitus Cicero objicit Verri, ſed avaritiam in inſtruenda Romana claſſe; 2dò; neq; objicit Verri Prætori ſupplicium ſecuris uſurpatum, verùm arguit illud ſupplicium ſine cauſa,cum crudelitate, probis navarchis, ſpectante maximè reo Cleomene, illoq; impunito inflictum eſſe &c.

Me culpam fortunæ aſſignare: Prætermittat, non dicat, me ſiniſtrum claſſis & expeditionis exitum fortunæ adſcribere &c.

Sæpè offenderint: Hoc eſt: clade affecti fuerint, ſiniſtrum exitum habuerint.

Metaphora. multorum naufragia fortunæ colligas. Ego naves inanes fuisse dico: remiges, nautasquè dimissos: reliquos stirpibus vixisse palmarum: præfuisse classi populi Romani Siculum, perpetuò Sociis, *Enumeratio.* atquè amicis Syracusanum: tè illo tempore ipso, superioribusque diebus *Conversio. Geminatio.* omnibus in littore cum mulierculis perpotâsse dico: harum rerum omnium auctores testesquè produco. Num *Repetitio.* tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunæ, num casus bellicos exprobrare, aut objicere *Correctio.* videor? tametsi solent hi fortunam sibi objici nolle, qui se fortunæ commiserunt, qui in ejus periculis sunt, ac varietate versati. Istius quidem calamitatis tuæ for-

Naufragia fortunæ: Non debes adducere eorum exempla, qui adversante fortuna rerum naufragium fecêre, sinistrum exitum habuère.

Perpetuò sociis &c. Sociis, qui pertetuò erant socii, socii nempe perpetui; his tam fidelibus semper in societate perseverantibus præfectum datum esse Syracusanum, hoc dico, hoc queror.

Superioribusq; diebus: Sexaginta nempe illis diebus æstivis, quibus Verres cum mulierculis in delicatissimo illo littore fuit.

Intercludere perfugium fortunæ: An tibi defensionis ex fortuna petendæ facultatem præcido?

Fortunam sibi objici nolle: Ego nullam tibi objicio fortunam. Noli queri, quòd fortunam tibi objiciam. Tametsi velle debes, eam tibi objici: nolunt enim ii, qui se fortunæ commiserunt: cui tu te non commisisti, nec in ejus periculis versatus es. Tu enim nunquam belli fortunam tentâsti.

Calamitatis tuæ: Quòd amiseris clasśē populi Rō. *Non*

fortuna particeps non fuit. Homines enim in præliis, non in conviviis belli fortunam tentare, periclitari solent. In illa autem calamitate non Martem fuisse communem, sed Venerem possumus dicere. Quòd si fortunam objici tibi non oportet, cur tu fortunæ illorum innocentium veniam ac locum non dedisti? Etiam illud præcidas licet, te quòd supplicium more majorum sumpseris, securiquê percusseris, idcirco à me in crimen & invidiam vocari. Non in supplicio crimen meum vertitur: non ego securi nego quemquam feriri debere: non ego metum ex

Retorquet argumetum in adversarium.

Altera prolepsis.

Distingvit supplicium à causa supplicii.

Non Martem communem: Martem præsidem bellorum Deum sæpè vocant *communem:* hoc est: partibus modò faventem, modò adversante, qui & victos erigit, & victores affligit, qui dubios facit bellorum eventus. Ita Martem vocat *communem* Homerus, Livius, atquê alibi quoq; Cicero. In hoc loco sic intellige: in eo casu, quo deperdita classis est, nihil attribuendum Marti, non ibi Mars præfuit, sed Venus.

Sed Venerem: Communis tibi tum Venus fuit, quia mulieres aliorum tibi erant communes. Nicen Cleomenis, Pipam Æschrionis uxorem, Tertiam Isidori Mimi filiam præcipuê intelligit.

Etiam illud præcidas: Etiam hoc poteris præcidere, omittere, amputare; non dicas ideò te accusari à me, quia securi supplicium sumpsisti; non hoc est, quòd criminor, sed quôd sine justa causa.

Crimen meū: Quod à me tibi objicitur, non cōsistit in hoc.

Non ego metum ex re militari: Non ego hoc contendo, in militibus non debere metum esse, qui si tolleretur,

Incisa. *Simil. cad:* *Adjunctio.* ex re militari, non severitatem imperii, non pœnam flagitii tolli dico oportere. Fateor non modò in Socios, sed etiam in cives militesquè nostros persæpè esse severè, ac vehementer vindicatum.
51. Quare hæc quoquè prætermittas licet. Ego culpam non in navarchis, sed in te fuisse demonstro: Te pretio milites, remigesquè dimisisse arguo. Hoc navarchi reliqui dicunt: *Repetitio.* hoc Netinorum fœderata civitas publicè dicit, hoc Herbitenses, hoc Amestratini, hoc Ennenses, Agyrinenses, Tyndaritani publicè dicunt: *Testimonia. Repetitio.* tuus deniquè testis, tuus imperator, tuus hospes Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse egressum, uti Pachyno è terrestri præsidio, milites colligeret, quos in navibus collocaret. Quod certè non fecisset, si suum numerum naves haberent. Ea est enim ratio instructarum, ornatarumq; navium, ut non modò plures, sed ne singuli quidem possint accedere. *Ab antecedentibus.* Dico præterea, illos ipsos

periret omnis disciplina militaris. Animadverti igitur in eos milites, qui deliquerint, oportet, ut necessarius in re militari metus maneat; at non in innocentes &c.

Severitatem imperii: Quam ut necessariam, salutaremq; probo.

Netinorum fœderata civitas: Netini superiùs Act. II. vocantur Netinenses. Oppidum *Netum*, nunc *Noto.*

Ne singuli quidem accedere: Non possunt alii remiges, mili-

ipſos reliquos nautas fame atquè inopiâ rerum omnium confectos fuiſſe ac perditos. Dico, aut omnes extra culpam fuiſſe, aut ſi uni attribuenda culpa ſit, in eo maximam fuiſſe, qui optimam navem, plurimos nautas haberet, ſummum imperium obtineret: aut ſi omnes in culpa fuerint, non oportuiſſe Cleomenem conſtitui ſpectatorem illorum mortis atquè cruciatûs. Dico etiam in illo ſupplicio mercedem lacrymarum, mercedem vulneris atquè plagæ, mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui nefas fuiſſe. Quapropter ſi mihi reſpondere voles, hæc dicito: claſſem inſtructam atquè ornatam

Repetitio. Dilemmate refellit.

Repetitio. Similiter cadens.

Concluſio prolepſis.

militesq; adjungi, non tantùm non plures, ſed ne ſinguli quidem, quando navis jam eſt inſtructa, ornata, quando nempe completa ſunt ea omnia, quæ compleri debent; ergo ſi alios voluit adjungere Cleomenes, ſignum eſt, naves non fuiſſe completas, non inſtructas.

Optimam navem: Centuripinam quadriremem.

Summum imperium obtineret: Qui cæteros omnes ad ſuum imperium, ad ſuum quoq; exemplum haberet promptos paratosq;.

Conſtitui ſpectatorem: Ergo Cleomenes vel maximè reus eſt, & minimè conſtitui debuiſſet ſpectator, dum cæteri ſupplicio afficerentur. Invidioſa circumſtantia.

Mercedem vulneris atq; plagæ: Ut uno ictu ſecuris mors afferretur; hoc dico nefas fuiſſe, quòd pretium conſtitutum & acceptum fuerit, ut liceret parentibus deplorare ſuos filios, ut lictor rem citiùs abſolveret, ut poſſent ſepeliri occiſorum cadavera.

Quapropter ſi: Si defendi velis, ita defendi debes, hoc di-

Enumeratio. tam fuisse, nullum propugnatorem affuisse, nullum vacuum transtrum fuisse, remigi rem frumentariam esse
Repetitio. suppeditatam, mentiri navarchos, mentiri tot & tam graves civitates, mentiri etiam Siciliam totam: proditum te esse à Cleomene, qui se dixerit exîsse in terram, ut Pachyno deduceret milites: animum illis, non copias defuisse: Cleomenem acerrimè pugnantem ab his relictum esse, atquè desertum, nummum ob sepulchrum datum nemini. Quæ si dices, tenebere.
52. *Prolepsis.* Sin alia dices, quæ à me dicta sunt, non refutabis. Hîc tu etiam dicere audebis: est in judicibus ille familiaris meus, est paternus amicus. Ille? non, ut quis-

dicendum. Concludit anteoccupationem.

Tenebere: Si talia dicas, quæ evidenter falsa sunt, multorum testimoniis convictus eris. *Teneri* enim sæpè significat *convinci*, *coargui.*

Sin alia dices: Sin verò alio modo te defendere quæris, nunquam poteris ea refutare, quæ ego dixi.

Hîc tu etiam dicere audebis: Modus admirationis ostendendæ, non sine reprehensione quadam: dices fortasse: sedet inter judices nonnemo paternus amicus, sive amicus propter patrem (probabiliùs non Hortensium, ut aliqui volunt, sed M. Marcellum significat Prætorem designatum, quem inter judices Cicero retinuit) hic defendet me &c. sed respondet Cicero, deducto à Conjugatis argumento: non tantùm non paternus amicus te poterit defendere, sed neq; pater &c.

Non, ut quisq;: *Non*, pro *nonne?* nonne prout quisq; tibi maximè familiaris est, ita ipsum quoq; tui, tuorumq; criminum maximè pudet? ergo non defendet, sed pudebit te habere inter familiares. Qui-

quisquè maximè est, quicum tibi aliquid sit, ita tui hujusce modi criminis maximè eum pudet? paternus amicus est. Ipse pater si judicaret, per Deos immortales, quid facere posset, cùm tibi hæc diceret? Tu in provincia populi Romani Prætor, cùm tibi maritimum bellum esset administrandum, Mamertinis, ex fœdere quam deberent navem, per triennium remisisti: tibi apud eosdem privata navis oneraria maxima publicè est ædificata: tu à civitatibus pecunias classis nomine coëgisti: tu pretio remiges dimisisti: tu, cùm navis esset à Quæstore & ab Legato capta prædonum, archipiratam ab omnium oculis removisti: tu, qui cives Rom. esse dicerentur, qui à multis co-

A conjugatis.

Prosopopœia.
Anacephalæosis.
Frequentatio argumētorum.
Repetitio.

Similiter cadens.
Traductio.

Ab adjunctis.

Quicum tibi aliquid sit: Quocum tibi aliquid consvetudinis & amicitiæ est.

Paternus amicus est: Objectio Verris: at paternus amicus est,ergo defendet; imò etiam pater tuus,si inter judices esset, non defenderet: quid enim judicaret, quid statueret,si hæc vel animo suo,vel lingvâ repeteret.Súbjicitur dein perelegans prosopopœia, & per hanc anacephalæosis prudenter, artificiose & breviter facta, quâ repetuntur omnia hactenus in Refutatione de bello maritimo dicta.

Navis oneraria: Cybea, quâ sua furta Romam deportavit. *Privata:* pro te: *Publicè,*id est: à civitate,cui Verres universos sumptus in aliam navem, quam ex fœdere debebant, remisit.

Ab Quæstore,& ab Legato: Tadio Quæstore, Legato Cesetio, qui piraticam navem multâ prædâ onustam ceperunt, uti suprà N. 25.

Secu-

cognoſcerentur, ſecuri ferire potuiſti: tu tuam domum piratas abducere, in judicium archipiratam domo producere auſus es: tu in provincia tam ſplendida, apud ſocios fideliſſimos, cives Romanos honeſtiſſimos, in metu, periculoquè provinciae, dies continuos complures in littore conviviisquè jacuiſti: te per eos dies nemo domi tuae convenire, nemo in foro videre potuit: tu Sociorum atquè amicorum ad ea convivia matresfamilias adhibuiſti: tu inter ejusmodi mulieres praetextatum tuum filium, nepotem meum, collocaviſti: ut aetati maximè lubricae atquè incertae exempla nequitiae parentis vita praeberet: tu Praetor in provincia cum tunica pallioquè purpureo viſus es: tu pro-

Securi ferire potuiſti: Hoc eſt: ſuſtinuiſti, proinde quaſi diceret, tam ferus & immanis fuiſti, ut inducere in animum poſſes, cives Romanos ſecuri ferire.

In judicium archipiratam: Cùm eum domi tuæ eſſe, in ipſo judicio confeſſus es.

Dies continuos complures: Sexaginta illos in Acta, in littore.

Domi tuæ: Quæ fuerat Hieronis Regis in ea Syracuſarum parte, quæ Inſula dicebatur.

Prætextatum filium: Vide ſuprà.

Nepotem meum: Nam pater loquens introducitur.

Ætati lubricæ: Quæ ſuâ ſponte, propter inopiam conſilii facilè in vitia labitur, eò magis, ſi exempla nequitiæ parentis vita præbeat. Doctrina, quam ab ethnico meritò diſcant Chriſtiani.

Tunica palliòq;: Veſtitu mollitiem & ignaviam ſignificante, de quo etiam alibi. Le-

propter amorem libidinemquè tuam, imperium navium Legato populi Rom. ademisti, Syracusano tradidisti: tui milites in provincia Sicilia frugibus frumentoquè caruere: tuâ luxuriâ atquè avaritiâ classis populi Romani à prædonibus capta & incensa est: post Syracusas conditas, quem in portum nunquam hostis accesserat, in eo, te Prætore, primùm piratæ navigaverunt: neque hæc tot tantaquè dedecora dissimulatione tua, neque oblivione hominum, ac taciturnitate tegere voluisti: sed etiam navium præfectos sine ulla causa de complexu parentum suorum, hospitum tuorum ad mortem cruciatumquè rapuisti: neque in parentum luctu atquè lacrymis te mei nominis commemoratio mitigavit: tibi hominum innocentium sangvis, non modò voluptati, sed etiam quæstui fuit.

Traductio.

Similiter desinens.

Hæc

Legato populi Rom: Iste enim classi præesse debuisset, addito socio Quæstore.

Syracusano tradidisti: Cleomeni.

Luxuriâ: Quia neglecta classe, delicatissimo in littore cum mulierculis convivia faciebas.

Avaritiâ: Quia milites & nautas accepto pretio dimisisti.

Post Syracusas conditas: A tempore, quo civitas hæc condita fuit.

Hospitum tuorum: Dexionem significat, cujus filium Aristeum securi percussit.

Mei nominis commemoratio: Patris, debuisses moveri pietate parentum.

Quæ-

Conclusio. Prosopopœia. 53. DE SUPPLICIIS IN CIVES ROMANOS.

Hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam petere? posses, ut tibi ignosceret, postulare? Satis est factum Siculis, satis officio, ac necessitudini, judices, satis promisso muneri ac recepto. Reliqua est ea causa, judices, quæ non jam recepta, sed innata: neque delata ad me, sed in animo, sensuq; meo penitùs affixa atque insita est: quæ non ad Sociorum salutem, sed ad civium Romanorum, hoc est: ad uniuscujusque nostrûm vitam & sangvinem pertinet. In qua nolite à me,

Præmunitio. quasi dubium sit aliquid, argumenta, judices, exspectare. Omnia, quæ dicam de supplicio civium Romanorum, sic erunt clara, & illustria, ut ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere

Quæstui: Quando nimirum pecuniæ datæ sunt, ne lenta morte conficerentur, ne adeò magno cum dolore &c.

Hæc si tibi: Recedit à prosopopœia.

Veniam petere: Gratiam.

Satis est factum: Satisfeci officio, quod præstiturum me & Siculis & Reipublicæ promisi, & in me recepi; plus est recipere, quàm promittere. Hactenus fuit refutatio de re bellica: nunc sequitur Narratio de suppliciis Verris in Cives Rom. Ac primam quidem illam partem de bello utroquê fugitivorum, ac prædonum dicit se suscepisse è re nata, adversùs defensionem Hortensii, qui omnia Verris crimina laude rei militaris tegere volebat. At de suppliciis dicit, se non cujusquam rogatu, sed voluntate sua, reiq; indignitate adductum ad accusandum descendisse, & hæc sunt: *sed innata; neq; delata, sed in animo sensuq; meo &c.*

bere possim. Furor enim quidam, sceleris & audaciæ comes, istius effrænatum animum, importunamquè naturam tantâ opressit amentiâ, ut nunquàm dubitaret in Conventu palâm supplicia, quæ in convictos maleficii servos constituta sunt, ea in cives Romanos expromere. Virgis quàm multos ceciderit, quid ego commemorem? Tantùm brevissimè dico, judices: Nullum fuit omnino, isto Prætore in hoc genere discrimen. Itaquè jam consvetudine ad corpora civium Romanorum etiam sine istius nutu ferebatur manus ipsa lictoris. Num potes hoc

VIRGIS CÆSI.

54.

Furor enim: Propositio est narrationis de suppliciis in cives. Ob furorem & impotentiam mentis in tanta scelera prolapsus est.

In Conventu: Ut dictum alibi, per conventum significantur cives Romani in aliquam urbem confluentes, & ibidem negotiantes.

In convictos maleficii servos: Servis maleficii convictis virgæ, & extrema supplicia constituta erant: quæ apud Triumviros capitales ad columnam Mœniam luebant. Ab hoc supplicio autem excepti cives R.

Virgis quàm multos: Tria suppliciorum genera exercuit, virgarum, carceris, crucis. 1. De virgis, quibus cædi jussit multos, nullâ, aut levi ex causâ, prætertim C. Servilium, de quo est pulchra hypotyposis.

Discrimen: Nullum discrimen inter servos & cives R.

Itaq; jam consvetudine: Eo, quòd sine discrimine etiam cives Romani virgis plecterentur, ipsorum Carnificum manus ita assvetæ erant cædendis civium corporibus, ut etiam Prætore non jubente manus carnificum prurirent ad cædendos cives R.

In

Hypotyposis. *Incisa.* hoc negare, Verres, in foro Lilybæi, maximo Conventu C. Servilium, civem Romanum, in Conventu Panormitano veterem negotiatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram virgis & verberibus abjectum? aude

Repetitio, & similiter desinens. Compar. hoc primum agere, si potes. Nemo Lilybæi fuit, quin viderit: nemo in Sicilia, quin audiêrit. Plagis confectum dico à lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidisse. Ob quam

A causa. Correctio. causam, Dii immortales? Tametsi injuriam facio communi causæ & juri civitatis (quasi enim possit esse ulla causa, cur hoc cuiquam civi Romano jure accidat) ita quæro, quæ in Servilio causa fuerit? Ignoscite in hoc uno, judices. In cæteris enim non magnopere causas requiram. Locutus

Narratio. erat liberiùs de istius improbitate, atque

In Conventu Panormitano: Qui fuit Panormi in illo Conventu civium Romanorum jam diu negotiator. Observa hic incisa, & adjuncta. Illa stylo ipso vehementiâ exprobrantis exprimunt: hæc amplificant & augent.

Ob quam causam? Amplificat insuper à causa: nulla erat alia causa, propter quam civibus Romanis adimi vita posset, nisi perduellionis; ut autem ante mortem virgis castigarentur cives, nunquam licebat; nam ipse dicit Cicero pro C. Rabirio: *Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit*, quam legem etiam adduxisse videtur S. Paulus in Actis Apostol. c. 22. *Si hominem Romanum &c. licet vobis flagellare?*

Va-

quê nequitia. Quod isti simul ac renuntiatũ est, hominẽ jubet Lilybæum vadimoniũ Venerio servo promittere. Promi tit. Lilybæum venitur. Cogere eum cœpit, cùm ageret nemo, nemo postularet, H. S. duobus millibus sponsionẽ facere cum lictore suo, nî furtis quæstum faceret. Recuperatores de cohorte sua dicit daturum. Servi-

Condupli-catio.

Vadimonium: De vadimonio dictum alibi. Jubet ergo hunc hominem, sponsionem dare, Lilybæum se venturum, & compariturum in judicio.

Venerio servo: Pariter jam dictum alibi, illos Venerios servos esse nominatos, qui Veneris servitio mancipati à Prætoribus adhibebantur ad varia negotia &c. vide n. 38. Act. II. in Ver. Lib. II.

Ageret nemo, nemo postularet: Nemo accusaret, deferret, nemo sponsione lacesseret.

H. S. duobus millibus: Quinquaginta Coronatis.

Sponsionem facere: In privatis controversiis moris erat, ut, qui litem intenderet, adversarium sponsione certæ pecuniæ lacesseret, seu provocaret in judicium, ita, ut nî veram causam ipse haberet, promitteret se, daturum tot pecunias &c. atq; hoc ideò, ne illi, qui calumniam alteri intentabant, & probare non poterant, impunè discederent.

Nî furtis quæstum faceret: Est hæc locutio præcisa, & continet id, quod in hac lite controvertebatur: subintelligitur ergo: nisi dixisset Servilius, quòd Verres furtis quæstum faceret. Plagis ergo & verberibus Verres adigere voluit Servilium, ut cum lictore (quandoquidem alius actor & accusator non aderat) certã faceret sponsionem vel contractum, daturum se tot pecunias, si probaretur, dixisse, quòd Verres furtis quæstum faceret: ex furtis, & alienis bonis lucrum quæreret.

Recuperatores: Vide Num. 17. in Divinat.

De cohorte sua: Prætoria nimirum, ex qua nemò contra

Synecdoche. vilius & recusare,& deprecari;ne iniquis judicibus, nullo adversario, judicium capitis in se constitueretur. Hæc cùm maximè loqueretur, sex lictores eum circumsistunt valentissimi, & ad pulsandos, verberandosq; homines exercitatissimi: cædūt acerrimè virgis: deniq, proximus lictor (de quo sæpè jam dixi) Sestius, converso bacillo, oculos misero tundere vehementissimè cœpit. Itaq; illi cùm sangvis os, oculosq; complêsset, concidit, ut aliquando spondere se diceret. Sic ille affectus, illinc pro mortuo sublatus, brevi posteà est mortuus. Iste autem homo Venerius, & affluens omni lepôre, & venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit. Sic etiam

Hypotyposis.

Ironia.
Traductio.

tra suam voluntatem judicare auderet.

Proximus lictor: Qui claudebat agmen lictorum, & proximè adstiterat Prætori, vel Magistratui, ille dicebatur *lictor proximus.*

Converso bacillo: Conversâ virgâ, ut, à qua parte firmior erat, graviùs percuteret.

Pro mortuo: Tanquam mortuus.

Homo Venerius: In duplici sensu accipit; qui Venerem præcipuè coleret, ironicè, &: qui turpiter Veneri deditus esset.

Affluens omni lepôre: Alludit ad verbum Venerius: nam etiam Venus accipitur pro lepôre, gratiâ, venustate; uti dixit Horatius de Arte Poët. *Ordinis hæc Virtus erit & Venus.*

In æde Veneris: Erycinæ, de qua in Divinat: dictum est.

Ad

etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. Nam quid ego de cæteris civium Romanorum suppliciis singillatim potiùs, quam generatim atque universè loquar? Carcer ille, qui est à crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ lautumiæ vocantur, in istus imperio domicilium Romanorum fuit; ut quisque istius animum, aut oculos offenderat, in lautumias statim conjiciebatur. Indignum hoc video videri omnibus, judices: & id jam priore actione, cùm hæc testes dicerent, intellexi. Retineri enim putatis oportere jura libertatis non modò hîc, ubi tribuni plebis sunt, ubi cæteri Magistratus, ubi plenum forum judiciorum, ubi Senatûs auctoritas, ubi existimatio po-

Transitio. 55. *In Latomiis necati.*

Apostrophe ad judices.

Repetitio. Similiter cadens.

Ad nocturna vota: Significat Verrem vota Veneri Erycinæ nuncupâsse, si libidinem suam explere liceret.

Nam quid ego: In carcerem seu latomias conjecit plures: cujus sceleris indignitas ostenditur à jure ac libertate civium Romanorum cum apostrophe ad Judices, & repetitione ad Verrem. *Nam quid*: Formula transitionis.

Dionysio: Priore ejus patre, qui regno pulsus Corinthi ludum aperuit, ut aliquam regni speciem saltem inter pueros obtineret.

Domicilium: Cùm in eo carcere, & ita diu, & ita multi essent cives Romani, ut ibi prorsus habitare viderentur.

Ubi tribuni plebis: Non solum Romæ, ubi tribuni plebis constituti sunt, & ideò creati, ut populi Romani jura, libertatemq; defenderent.

populi Romani, & frequentia: Sed, ubicunquè terrarum & gentium violatum jus civium Romanorum sit, statuitis id pertinere ad communem causam libertatis & dignitatis. In externorum hominum & maleficorum sceleratorumquè, in prædonum hostiumquè custodias, tu tantum numerum civium Romanorum includere ausus es? nunquamne tibi judicii, nunquam concionis, nunquam hujus tantæ frequentiæ, quæ nunc animo te iniquissimo, infestissimoquè intuetur, venit in mentem? nunquam tibi populi Romani absentis dignitas, nunquam species ipsa hujuscemodi multitudinis in oculis, animoquè versata est? nunquam te in horum conspectum rediturum, nunquam in forum populi Romani venturum, nunquam sub legum & judiciorum

Adjuncta loci.
Apostrophe ad Verrem.
Repetitio.
Adjunctio.
Synonymia.
Similiter cadens.
A causa.

In externorum &c. Apostrophe ad Verrem, & gravis amplificatio per repetitionem & enumerationem potentium causarum, quæ scelus exaggerant.

Nunquam concionis &c. Venit in mentem? non cogitâsti, fore tempus aliquando, quo Magistratus & populus conveniret, ubi instituerctur querela de jure civitatis & libertate à te violata, tum rogaretur populus, ut centuriatis comitiis santentiam dicat &c.

Animo iniquissimo: Minimè tibi favente; ita dicitur parùm æquus est mihi; iniquus est mihi: adversatur mihi: & Cicero: *homo natura asper, atq; omnibus iniquus.*

Versata est: Varietas dictionis in tribus his periodis claudendis observatu digna est: *venit in mentem: in animo versata est: putasti?*

rum poteſtatem caſurum eſſe putâſti? Ad quæ erat iſta libido crudelitatis exercendæ? quæ tot ſcelerum ſuſcipiendorum cauſa? nulla, judices, præter prædandi novam, ſingularemquè rationem. Nam ut illi, quos à Pòëtis accepimus: ſinus quosdam obſediſſe maritimos, aut aliqua promontoria, aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur, ut eos, qui eſſent appulſi navigiis, interficere poſſent: ſic iſte in omnia maria infeſtus ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. Quæcunquè navis ex Aſia, quæ ex Syria, quæ Tyrô, quæ Alexandriâ venerat, ſtatim certis indicibus & cuſtodibus tenebatur: vectores omnes in lautomias conjiciebantur; onera atquè merces in Prætoriam domum 56.

Metaphora.

Cōparatio.

Repetitio. *Inciſa.*

At quæ erat: Augetur indignatio per amplificationem à cauſa, per odio am comparationem Verris cum piratis Siciliæ (quos Pòëtæ finxerunt) Dionyſio, Phalari, Charybdi, Scylla, Cyclope:

Prædandi novam &c. Nam cives illi Romani necati in carceribus, erant mercatores, quibus necatis naves illorum exinaniebantur.

Nunc ut illi &c. E. g. Læſtrygones dicti, populi quidam immaniſſimi, humana carne victitantes, qui Capuæ portum olim obſidebant; de quibus Homerus in Odyſſea; & hinc: *quos à Pòëtis accepimus.* Illuſtrat à ſimili.

Sinus maritimos: Per Metaphoram dicuntur ſinus maritimi, littora illa curva duobus quaſi brachiis longiùs in mare procurrentibus incluſa.

Quæ Tyro: Urbe Phæniciæ.

Quæ Alexandria: Urbe Ægypti.

 Lon-

Comparationes. *Auxesis.*

domum deferebantur: versabatur in Sicilia longo intervallo alter, non Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos & crudeles tyrannos) sed quoddam novum monstrum, ex vetere illa immanitate, quæ in iisdem locis versata esse dicitur; non enim Charybdin tam infestam, neque Scyllam nautis, quàm istum in eodem

Longo intervallo: Post multos annos.

Nec Phalaris: Crudelissimus Agrigentinorum tyrannus, qui præter cætera novorum suppliciorum instrumenta taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum, in quem immissi damnati, igneq; subjecto, bovis mugitum edebant: cujus muneris nomine cùm artifex non leve pretium speraret, jussu tyranni in taurum conjectus, primus artis specimen præbuit: ipse quoq; Phalaris, cùm nimia ejus atrocitas ulteriùs ferri non posset, facto in eum universorum civium impetu coorreptus, ei ipsi tauro, quo alios exusserat, inclusus, vivusq; crematus est.

Ex vetere illa immanitate: Charybdis nimirum & Scyllæ, quæ Pöetæ monstra fuisse finxerunt.

Charybdin: Charybdis, gurges est vorticosus in freto Siculo, juxta littus Taurominitanum, Scyllæ oppositus, contrariis fluctuum concursibus in miram altitudinem assurgens, statisq; temporum vicibus obvia quæq; absorbens. Pöetæ fabulantur, Charybdin anteà fuisse mulierem rapacissimam, dein in hanc voraginem conversam. Similitudinem à Charybdi Cicero pariter usurpat in Antonium: *quæ Charybdis tam vorax?*

Neq; Scyllam: Scylla pariter locus est in freto Siculo, scopulosus, angustus, tanto fervens æstu, ut fluctus inter se concurrentes, scopulisq; illisi quendam quasi latratum referant. Hinc fingitur & pingitur Scylla à medio corpo-

eodem freto fuisse arbitror. Hoc etiam ille infestior, quòd multò se pluribus & majoribus canibus succinxerat. Cyclops alter, multo importunior. Hic enim totam insulam obtinebat: Ille Ætnam solam, & eam Siciliæ partem tenuisse dicitur. At quæ causa tum subjiciebatur ab ipso, judices, hujus tam nefariæ crudelitatis? eadem, quæ nunc in defensione commemorabitur. Quincunquè accesserant ad Siciliam paulò pleniores, eos Sertorianos mili-

Prolepsis.

pore canibus & lupis succincta; & à Pöetis dicta est Scylla Phorci filia, à Circe in hanc formam transmutata.

Majoribus canibus: Dictum modò est, Scyllam Circes operâ, & veneficiis à media parte corporis in canes & lupos mutatam: jam inde allusionem facit, dicitq; Verrem habuisse circa se multò plures & majores canes, deteriores comites & socios.

Cyclops alter: Verres est alter Cyclops, imò importunior. Erat Cyclops ille Polyphemus nomine, ad montem Ætnam, de quo Virgilius lib. III. *Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli;*

Visceribus miserorum, & sangvine vescitur atro. Unum in fronte habebat oculum, & inde Cyclops dicebatur: *Telo lumen terebramus acuto, Ingens quod torva solum sub fronte latebat, Argolici clypei, aut Phœbææ lampadis instar* &c. Virgilius ibidem.

At quæ causa: Præmunitio est adversùs Hortensii defensionem, qui dicturus erat non de civibus Romanis, sed de Sertorianis proscriptis supplicium fuisse sumptum.

Paulò pleniores: Habentes aliquid, ditiores.

Sertorianos milites: Itaq; proscriptos à Senatu; nam Sertorium Senatus ut hostem reipublicæ proscripsit.

lites esse, atque à Dianio fugere dicebat. Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam; thus alii, atque odores, vestemque lineam; gemmas alii & margaritas; vina nonnulli Græca, venalesque Asiaticos: ut intelligeretur ex mercibus, quibus ex locis navigarent. Non providerant eas ipsas sibi causas esse periculi, quibus adjumentis se ad salutem uti arbitrabantur. Iste enim hæc eos ex piratarum societate adeptos esse dicebat, ipsos in lautomias adduci imperabat: naves eorum atque onera diligenter asservanda curabat. His institutis cùm completus jam mercatorum carcer esset; tum illa fiebant, quæ L. Svetium, Equitem Romanum, lectissimum virum dicere audîstis, & quæ cæteros audietis. Cervices in carcere frangebantur indignissimè civium Romanorum, ut jam illa vox & imploratio: CIVIS ROMANUS SUM, quæ sæpè multis in ultimis terris opem inter

Geminatio. Enumeratio.

Antitheta.

Similiter desinens. Disjunctio. Ex avaritia crudelitas.

57.

A Dianio: Ab urbe in Hispania, Dianium dicta, quam Sertorius tenebat.

Proferebant alii: Ad se redimendos proferebant merces pretiosas: hæ ipsæ Verri causa fuère, ut omnibus rebus suis eos spoliaret, & occideret.

Venalesq; Asiaticos: Mancipia; servos ex Asia.

His institutis: Rebus hunc in modum comparatis.

Civis Romanus sum: Nam hujus nominis auctorias & dignitas erat magna.

Salu-

inter barbaros & salutem tulit, ea mortem illis acerbiorem, & supplicium maturius ferret. Quid est, Verres? quid ad hæc cogitas respondere? num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimen? num quid horum dicere istius defensoribus tuis audes? Cedo mihi, quæso, ex ipsius sinu litteras Syracusanorum, quas iste ad arbitrium suum confectas esse arbitratur. Cedo rationem carceris, quæ diligentissimè conficitur, quo quisquè die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit. LITTERÆ SYRACUSANORUM: Videtis cives Romanos gregatim conjectos in lautumias: videtis indignissimo in loco coacervatam mul-

Apostrophe.
Interrogatio.
Repetitio.
Metaphora.
Repetitio.

Salutem tulit: Sicut & Divo Paulo tulisse constat.

Supplicium maturius: ne si diutiùs in latomiis haberentur, pro civibus Romanis agnoscerentur, ideò tantò citiùs eos interfici jussit.

Quid est Verres? Interrogamus sæpè, quod scimus negari non posse.

Istis defensoribus: Dum hi tales te defendunt.

Ex ipsius sinu: Litteras custoditas à Verre, quasi ei profuturæ essent in judicio. Metaphora est.

Litteræ Syracusanorum: Syracusani enim Verri suffragati, litteras ad Senatum miserant, quibus de ipsius integritate & abstinentia testificari volebant; in his litteris comprehensæ pariter erant rationes de eorum suppliciis, qui in latomiis erant necati.

Ad arbitrium suum: Putat eas litteras sibi servituras, & factas ad arbitrium suum; sed Græcum illud verbum non intellexit: non enim valet (*mortui sunt*) ut ipse credidit homo barbarus, sed supplicio affecti sunt.

Quæ-

Allegoria. multitudine vestrorum civium. Quærite nunc vestigia, quibus exitus illorū ex illo loco compareant. Nulla sunt. Omnesne mortui? si ita posset defendere, tamen fides huic defensioni non haberetur. *Testimoniū scriptum.* Sed scriptum extat in iisdem litteris, quod iste homo barbarus ac dissolutus, neq; attendere unquam, neque intelligere potuit, ΕΔΙΚΑΙΩΘΗΣΑΝ, inquit, hoc est: ut Siculi: loquuntur, supplicio affecti ac necati sunt.
58. *Revocat hypothesin ad thesin.* Siquis Rex, siqua civitas exterarum gentium, siqua natio fecisset aliquid in civem Romanum ejus-

Quærite nunc vestigia: Tót fuerunt inclusi, quærite locum, in quo notatum sit, quomodo exiêrint denuô: non invenietis ullum.

Omnesne mortui? Fortè naturali morte ibidem omnes defuncti sunt? si Verres hoc etiam posset vel vellet dicere, tamen nemo crederet.

Dissolutus: Homo negligens: aliàs etiam significat, luxuriosus, effœminatus, asotus.

Εδικαιώθησαν à verbo δικαιόω, vel ut alii habent ἐδικώθησαν à δικόω, quod utrumquè significat: *condemno, punio, suppliciô afficio.* Est persona 3tia pluralis Aor. I. pass. & significat, ut ipse Cicero ait, *suppliciô affecti, necati sunt.*

Ut Siculi loquuntur: Siculi hoc nomine Græco in suis litteris utebantur, nam & aliàs Græco sermone loquebantur; Verres autem hoc verbum tanquam barbarus non bene intellexit, putavitq; idem esse, ac *mortuus.*

Siquis Rex &c. Semper & universaliter Romanorum hic erat mos, ut cives suos tuerentur, & eos, qui cives Romanos injuriis afficerent, ad pœnam & vindictam deposcerent: est Thesis, & propositio universalis, ex qua conclusio emanat: ergo & vos non tolerabitis hoc in

Verre

ejusmodi: nonne publicè vindicaremus? non bello persequeremur? possemus hanc injuriam, ignominiamquè nominis Romani inultam impunitamquè dimittere? Quot bella majores nostros, & quanta suscepisse arbitramini, quòd cives Romani injuriâ affecti, quòd navicularii retenti, quòd mercatores spoliati dicerentur? At ego retentos non queror: spoliatos ferendum puto: navibus, mancipiis, mercibus ademptis, in vincula conjectos esse mercatores, & in vinculis cives Romanos necatos esse arguo. Si hæc apud Scythas dicerem, non hîc in tanta multitudine civium Romanorum, non apud Senatores lectissimos civitatis, non in foro populi Romani, de tot & tam acerbis suppliciis civium Romano-

Ab exemplis.

A minore ad majus.
Dissolutio.
Traductio.

Repetitio.

Iterum à minore.
Geminatio.

Verre. Est amplificatio ab exemplo majorum, qui acerrimè injurias nomini Romano factas ulti sunt. Hoc ipsum commemorat Cicero in Oratione pro lege Manilia.

Navicularii retenti: Ita pro Lege manilia: *Majores vestri sæpè mercatoribus, ac naviculatoribus injuriosiùs tractatis bella gesserunt.*

At ego retentos: Hæc argumentatio nititur hoc Syllogismo: *Si cives Romani capti essent, & retenti, vindicare deberetis, quod olim fecêre majores vestri. Sed non tantùm retenti, verùm etiam crudeliter necati sunt: Multò igitur magis vindicare debetis.*

In vincula: Traductio hìc est: *in vincula*, in *vinculis*, quæ tum eleganter fit, si ejusdem verbi traductio vim habet majorem, secùs appareret inopia verborum.

Si hæc apud: Argumentum à minore: Scythæ moverentur, multò igitur magis vos.

manorum, tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem. Tanta enim hujus imperii amplitudo, tanta nominis Romani dignitas est apud omnes nationes, ut ista in nostros homines crudelitas nemini concessa videatur. Num ego tibi ullam salutem, ullum perfugium putem, cùm te implicatum severitate judicum, circumretitum frequentiâ populi Romani esse videam? Si me hercules (id quod fieri non posse intelligo) ex his laqueis te exueris, ac te aliquâ viâ, ac ratione explicâris, in illas tibi majores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me superiore ex loco confici, & concidi necesse est. Cui si etiam id, quod

Allegoria.

Implicatum severitate: Allegoria, quam continuat eleganter: *irretitum, ex his laqueis explicaris: in majores plagas incidendum: confici &c.* quasi de fera loquatur, quæ jam è laqueis nonnullis elapsa, majores plagas effugere non possit.

Si me hercules: Conclusio est: ergo Verres tot criminibus implicatus pœnas non evadet. Ero ego, inquit Cicero, venator ille, qui te ex iis laqueis evadentem in alios induat, demum superiore ex loco conficiat.

Majores plagas: Plagæ sunt, ut Virgilius ait, *retia rara*, Æneidos 2. Si nempe evaseris hæc vel illa crimina, incides in crimen imminutæ Majestatis, & apud populum Romanum, agente eodem me accusaberis, ob cives Romanos, & indemnatos supplicio affectos.

Superiore ex loco: Allusio ad Venatores, & Oratores; Oratores enim & Magistratus locum aliquem superiorẽ conscendebant, unde ad populum verba facerent. Venatores

quod defendit, velim concedere, tamen illa ipſa defenſio non minùs eſſe ei perniciosſa, quàm mea vera accuſatio debeat. Quid enim defendit? ex Hiſpania fugientes ſe excepiſſe, & ſupplicio affeciſſe dicit. Quis tibi id permiſit? quo id jure feciſti? quis idem fecit? quì tibi id facere licuit? forum plenum, & baſilicas iſtorum hominum videmus, & animo æquo videmus. Civilis enim diſſenſionis, & amentiæ, ſeu fati, ſeu calamitatis, non eſt iſte mo-

Prolepſis. Interrogatio vehemens, & repetitio.

Correctio.

tores talem ſæpè locum eligunt ad ſternendas feras.

Id, quod defendit: Nempe Cives quidem Romanos, ſed Sertorianos milites fuiſſe &c. Reſpondet huic Prolepſi: quamvis Sertoriani milites fuiſſent, tamen clementiâ Senatûs populiq; Romani reditum in Patriam impetrârant, atq; Pompeius ipſe illos in fidem receperat: & Verres nulla ratione poteſtatē habuit ita in eos animadvertendi.

Quis idem fecit: Da exemplum alterius, qui hoc idem fecerit.

Forum plenum & baſilicas: Circumſtant plurimi tales, qui olim Sertoriani fuêre, ſunt & in foro, & in baſilicis, quæ circa forum ſunt, multi. Sunt autem baſilicæ ita dictæ, domus illæ amplæ & ſpatioſæ, cauſarum cognitionibus deſtinatæ, ambulacris inſtructæ, ad quas multi ex urbe, alii cauſas agendi, alii aliud agendi gratiâ confluebant. Jam Baſilicæ dicuntur, magnifica, ampla & regia templa.

Civilis enim diſſenſionis: Æquo animo videmus, multos jam præſentes, qui pro Sertorio, Marianisq; partibus pugnârunt, & putamus illius civilis diſſenſionis non debere tam triſtem eſſe exitum, ut omnes ſuppliciis afficiantur, ſed potiùs, ut à bello ſuperſtites, in vita etiam conſerventur. Excuſat hos Sertorianos, & vocat, non

civi-

molestius exitus, in quo reliquos saltem cives incolumes licet conservare. Verres ille, vetus proditor Consulis, translator quæsturæ, aversor pecuniæ publicæ, tantum sibi auctoritatis in Republica suscepit, ut, quibus hominibus per Senatum, per populum Romanum, per omnes Magistratus, in foro, in suffragiis, in hac urbe, in Republica versari liceret, iis omnibus mortem acerbam, crudelemquè proponeret, si fortuna eos ad aliquam partem Siciliæ detulisset. Ad Cn. Pompejum, clarissimum virum, & fortissimum permulti, occiso Perperna, ex illo Sertoriano numero militum confugerunt. Quem non ille summo cum studio salvum incólumemquê servavit? cui civi sup-

Definitiones.

Repetitio. Per incisa. Enumeratio partium.

Traductio. Interrogatio.

civile bellum, sed civilem dissensionem, ut defendat, rectè illis incolumitatem donatam, & ut rationem, quâ se Verres defendit, infirmet.

Proditor Consulis: Quare eum ita vocet, in Verrina tertia dicitur.

Translator Quæsturæ: A Carbone & Sylla.

Aversor pecuniæ: Qui pecuniam publicam ad se traxit.

Si fortuna eos: Omnes isti homines tolerati & tolerandi Romæ, morte plectebantur à Verre, si venerant. Vel plectendi erant, si delati essent in Siciliam ad Verrem.

Ad C. Pompejum: Qui cum Metello Pio, Numidici filio, contra Sertorium pugnavit.

Perperna: Sertoriani belli duce, qui Sertorium ipsum fraude occiderat inter epulas, nihil sibi timentem, ut hac ratione solus ipse imperio potiretur in Hispania, postmodum occisus & ipse.

Fidem

supplici non illa dextera invicta & fidem porrexit, & spem salutis ostendit? itane verò? quibus fuit portus, apud eum, contra quem arma tulerant, iis apud te, cujus nullum in republica unquam monumentum fuit, mors & cruciatus erat constitutus? Vide, quàm commodam defensionem excogitâris. Malo, malo me hercule, id, quod tu defendis, his judicibus, populoquè Romano, quàm id, quod ego insimulo, probari: malo, inquam, te isti generi hominum, quàm mercatoribus, & naviculariis inimicum, atquè infestum

Polysyndeton.
Metaphora.
Antitheta, cum traductione.
Conduplicatio.
59.

Fidem porrexit: Dextram fidei insigne apud veteres fuisse, multis testimoniis patet. Itaq; qui alterius fidem implorabant, ejus manum apprehendere solebant, ut ex fine Quinctianæ Orationis intelligitur.

Monumentum fuit: Nulla res memoratu digna, nullum animi tui de republica bene sentientis signum; non modò meritum nullum, aut factum insigne.

Vide, quàm commodam &c. Ironicè; melius enim foret, si hoc dici posset & probari; Verùm neq; Sertoriani hi fuêre; sed mercatores, navicularii &c.

Malo, malo: Mallem, ut istud persvaderi posset judicibus, Sertorianos fuisse, quos, occidisti &c. Sed non tantùm Sertorianos milites, sed liberos etiam mercatores (quod testantur Puteoli, P. Gavius, L. Flavius, aliiq;) conjecisti in carcerem, & occidisti obvolutis capitibus.

Quod tu defendis: Ex suppositione loquitur: si tu Verres dicis, excepisse te & necâsse Sertorianos milites.

Quod ego insimulo: Nimirum mercatores à te conjectos in vincula.

Isti generi hominum: Nimirum Sertorianorum, qui nunc armis positis in foro, in conspectu omnium versantur.

Meum

Polysyndeton. ſtum putari. Meum enim crimen avaritiæ te nimiæ coarguit: tua defenſio furoris cujusdam, & immanitatis, & inauditæ crudelitatis, & pœnè novæ proſcriptionis. *Geminatio.* Sed non licet me iſto tanto bono, judices, uti, non licet. Adſunt enim Puteoli toti: frequentiſſimi venerunt ad hoc judicium *Teſtimonia.* mercatores, homines locupletes atquè honeſti, qui partim ſocios ſuos, partim libertos ab iſto ſpoliatos, in vin- *Repetitio. Simil. cad.* cla conjectos; partim in vinclis necatos, partim ſecuri percuſſos eſſe dicent. Hic vide, quàm me ſis uſurus æquo. Cùm ego P. Granium teſtem produxero, qui ſuos libertos à te ſecuri percuſſos eſſe dicat, qui à te navem *Licentia.* ſuam mercesquè repetat, refellito, ſi poteris: meum teſtem deſeram, tibi fa-

Meum crimen: Id, quod ego objicio, tantùm probat, in te fuiſſe avaritiam nimis magnam; tu tua defenſione te ipſum coarguis furoris, crudelitatis & pœnè *novæ proſcriptionis*, tanquam novus Sulla tales homines proſcriberes, ſicut ille proſcripſit.

Sed non licet: Conceſſionem ſuam revocat: utinam poſſes hoc defendere: dicere cum veritate; longè graviorem tibi accuſationem faceres; ſed non poſſum uti hoc bono; tu dicere hoc non potes; nam refutant, & ſtant contra te teſtes iſti.

Puteoli toti: Tota illa urbs, Puteoli dicta; cuncti nempè Puteolani teſtantur liberos, ſocios &c. à te fuiſſe necatos.

Sis uſurus æquo: Quàm æquus, non iniquus tibi ſim.

Pri-

favebo: te, inquam, adjuvabo: ostendito, illos cum Sertorio fuisse, à Dianio fugientes ad Siciliam esse delatos. Nihil est, quod te malim probare. Nullum enim facinus, quod majore supplicio dignum sit, reperiri, neq; proferri potest. Reducam iterum Equitem Romanum, L. Flaviū, si voles: quoniam priore actione, ut patroni tui dictitant, novâ quadam sapientiâ, ut omnes intelligunt, conscientiâ tua atquè auctoritate meorum testium testem nullum interrogâsti. Interrogetur Flavius, si voles, quinam fuerit L. Herennius, is, quem ille argentariam Lepti fecisse dicit: qui cùm am-

Adjunctio. Similiter cadens.

Testimoniū Flavii de Herennio necato.

Priore actione: Verrinâ secundâ extremâ.

Conscientiâ tuâ: Cùm scires, quidquid in te, si interrogarentur, dicerent, id ita verum esse, ut refelli nullo modo posset.

Auctoritate: Ejusmodi virorum, quos mentiri posse nemo putabit. Ergo partim propterea, quòd tibi malè conscius esses, partim quia mei testes in tanta auctoritate erant, ut non crederentur mentiri, ideò neminē interrogâsti.

Testem nullum interrogâsti: Mos erat, ut, quos accusator testes produxerat, ab reo interrogarentur: Verres autem vel testium auctoritate commotus, vel conscientiâ suâ deterritus nullum interrogavit.

Argentariam fecisse: Quòd argentarius fuerit: sunt autem argentarii, qui argentum exercent, hoc est: apud quos pecunia deponitur, quæ tempore locovè alio nobis reddatur. Vocabantur etiam trapezitæ, mensarii.

Lepti: Civitas est: de qua Lucanus L. IX. *Proxima Leptis erat: cujus statione quieta exegêre hyemem.*

ampliùs centum cives Romanos haberet, ex conventu Syracusanorum, qui eum non solùm cognoscerent, sed etiam lacrymantes, ac te implorantes defenderent, tamen à te inspectantibus omnibus Syracusanis, securi percussus est. Hunc quoquè testem meum refelli, & illum Herennium Sertorianum fuisse abs te demonstrari & probari volo. Quid de illa multitudine dicemus eorum, qui capitibus involutis in piratarum captivorumquè numero producebantur, ut securi ferirentur? quæ ista nova diligentia? quam ob causam abs te excogitata? an te L. Flavii, cæterorumquè de L. Herennio vociferatio commovebat? an M. Annii, gravissimi atquè honestissimi viri summa auctoritas paulò te diligentiorem

Trāsgressio per dubitationem.
60.

Apostrophe ad Verrem.

Metonymia.

Ampliùs centum: Adverbium:*ampliùs* eleganter usurpatur pro:*plùs quàm*:ampliùs quàm çentū cives:ampliùs sunt sex menses. Horâ ampliùs in demoliendo signo moliebatur &c.

Probari volo: Fac, mihi demonstres,hunc Herennium ex Sertorianis fuisse. Refelle testem meum, si potes.

Capitibus involutis: Ne pro civibus Romanis agnoscerentur.

Quæ ista nova diligentia? ut producerentur capitibus involutis?

An te L.Flavii: Fortè isti te adeò diligentem,hoc est: cautum fecêre,ut eorum capita tegeres,ne agnoscerentur.

Honestissimi viri auctoritas:Hæc locutio per substantiva abstracta, & per metonymiam centies occurrit in lectione Ciceronis, & longê gravior est,quàm: *Annius honestissimus*

rem timidioremquè fecerat? Qui nuper pro testimonio non advenam nescio quem, nec alienum, sed eum civem Romanum, qui omnibus in illo conventu notus, qui Syracusis natus esset, à te securi percussum esse dixit. Post hanc illorum vociferationem, post hanc communem famam atquè querimoniam, non mitior in supplicio, sed diligentior esse cœpit. Capitibus involutis cives Romanos ad necem producere instituit: quos tamen idcirco necabat palàm, quòd homines in conventu, id, quod anteà diximus, nimiùm diligenter prædonum numerum requirebant. Hæccine plebi Romanæ, te prætore est constituta conditio? hæc negotii gerendi spes? hoc capitis vitæquè discri-

Paronomasia.

Conduplicatio.

Repetitio. Amplificatio.

mus vir te diligentiorem fecerat.

Nescio quem: Formula loquendi usitata, quando significare volumus, rem aliquam vel ejus causam, vel personam agentis nobis esse incognitam, aut nos non libenter dicere, aut nos non æstimare, quòd res vel persona digna nominatu sit.

Quòd homines &c. Ideò obvolutis capitibus produxit cives Romanos, ut putarent ii, qui observabant, hos esse prædones maritimos captos, & jam supplicio affici.

Hæccine plebi &c. Sic ergo habentur, sic te Prætore constituti sunt cives Romani?

Negotii gerendi spes: Hæc tandem sperare possunt ii, qui negotia, mercaturas in se suscipiunt.

Hoc capitis, vitæq; discrimen? Hoc est illud periculum, quod, cùm negotii gerendi causâ navigant, & peregrinantur, subire cogantur; à te nempe, non à mari, non aliunde &c.

Pa-

discrimen? Parumnè multa mercatoribus sunt necessariò pericula subeunda fortunæ, nisi etiam hæ formidines ab nostris Magistratibus, atquè in nostris provinciis impendebunt? Ad eamnè rem fuit hæc suburbana ac fidelis provincia Sicilia plena optimorum Sociorum, honestissimorumquè civium, quæ cives Romanos omnes suis ipsa sedibus libentissimè semper accepit, ut, qui usquè ex ultima Syria, atquè Ægypto navigarent, qui apud barbaros propter togæ nomen in honore aliquo fuissent, qui ex prædonum insidiis, qui ex tempestatum periculis profuissent, in Sicilia

Repetitio.

Parumnè multa? Annon satis multa pericula fortunæ & tempestatum subeunda habent negotiatores Romani?

Hæ formidines: Ut nimirum ab ipsis prætoribus Romanis pro piratis & prædonibus habiti supplicio afficiantur.

Hæc suburbana: Ita Siciliam nominavit,& talem esse à simili probavit Verrina IV.ideòne igitur in Siciliam, provinciā nobis amicissimam, receperunt se cives Romani venientes ex provinciis remotissimis, defuncti maximis periculis, ut in Sicilia capite plecterentur?

Propter togæ nomen: Togæ vestitus, solis Romanis proprius,cives Romanos esse indicabat,adeoq; solum nomen: *togatus*, demonstrabat civem Romanū.In provinciis quoq;, in exterioribus regionibus leges jubebant,ut cives Romani gestarent togas: qui non gestabant,civitatis jus imminuebant, ut ex Orat.pro Posthumo intelligitur. At quibus aqua & ignis interdicebatur,iis togæ jus adimebatur: quemadmodum Plinius in quarto Epistolarum testatur.

Jam

cilia securi ferirentur, cùm se jam domũ venisse arbitrarentur? Nam quid ego de P. Gavio Cosano municipe dicam, judices? aut quà vi vocis, quà gravitate verborũ, quo dolore animi dicam? tametsi dolor me non deficit, ut cætera mihi in dicendo digna re, digna dolore meo suppetant, magis elaborandum est. Quod crimen ejusmodi est, ut, cùm primùm ad me delatum est, usurum me illo non putarem. Tametsi enim verissimum esse intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactus lacrymis omnium civium Romanorum, qui in Sicilia negotiantur; adductus Valentinorum, hominum honestissimorum, omniumquè Rheginorum, multorumquè Equitum

61. IN CRUCEM SUBLATI. *Dubitatio. Traductio. Simil. cad: Geminatio.*

Similiter cadens.

Jam domum venisse: Propter Italiæ vicinitatem, simul & quia in Sicilia addicta Romanis provincia, velut in patria domo erant.

Nã quid ego: Tertia pars narrationis de sublatis in crucẽ. Exemplum de Gavio Cosano Cive Romano, cujus suppliciũ narrare incipit Orator pathetica dubitatione, per quam simul animos judicum præparat ad attentionem.

Cosano: Cosa,& Cossa: dicebatur Etruriæ oppidum, unde incolæ *Cosani:* fuit Colonia Romanorum. Virgil. *quique urbem liquêre Cosas.*

Dolor me non deficit: Ex artis præcepto: *Si vis me flere, dolendum est:* quasi diceret; satis habeo doloris: cætera tanto dolori explicando necessaria desunt.

Valentinorum: Ex Vibona Valentia, de qua initio hujus orationis dictum.

Rheginorum: Qui proximi Italiæ,& cives Romani erant. Cùm horum mœnia videret, in Italia sibi esse videbatur

tum Romanorum, qui casu tum Messanae fuerunt, testimoniis, dedi tantum priore actione testium, res ut nemini dubia esse posset. Quid nunc agam? Cùm jam tot horas de uno genere, ac de istius nefaria crudelitate dicam: cùm propè omnem vim verborum ejusmodi, quae scelere istius digna sunt, aliis in rebus consumpserim, nequè hoc providerim, ut varietate criminum vos attentos tenerem: quemadmodum de tanta re dicam? Opinor unus modus, atquè una ratio est. Rem in medio ponam: quae tantum habet ipsa gravitatis, ut nequè mea, quae nulla est, nequè cujusquam, ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur. Gavius hic, quem dico, Cosanus, cùm in illo numero civium ab isto in vincula conjectus esset, & ne-

Dubitatio. Attentos facit.

Subjectio.

Narratio de Gavio.

Gavius, ut infrà statim.

De uno genere: De suppliciis nimirum.

Quemadmodum &c. Quomodo rem istam gravissimam satis exprimam? Artificiosum exordium rei narrandae, quae singulari attentione digna; dubitat, quo modo rem sufficienter exprimere possit, aut debeat. Respondet sibi ipsi: nihil melius esse, quàm ut rem prout gesta est, praecisè exponat &c.

Rem in medio ponam: Rem publicè exponam, atq; omnibus judicandi potestatem faciam.

Gavius: Hactenus prolusio ad exordium. Sequitur ipsa narratio.

In numero: Inter eos mercatores & cives, quos Sertorianos Verres esse dicebat, quosq; falso obtentu conjecerat in carceres. Ne-

nescio qua ratione clàm è lautumiis profugisset, Messanamquè venisset: qui propè jam Italiam & mœnia Rheginorum videret, & ex illo metu mortis ac tenebris, quasi luce libertatis & odore aliquo legum recreatus revixisset: loqui Messanæ cœpit, & queri, se civem Romanum in vincla esse conjectum, sibi rectà iter esse Romam, Verri se præstò advenienti futurum. Non intelligebat miser, nihil interesse, utrùm hæc Messanæ, an apud ipsum in Prætorio loqueretur. Nam, ut antè vos docui, hanc sibi iste urbem delegerat, quam haberet adjutrîcem scelerum, furtorum receptricem, flagitiorum omnium sociam. Itaquè ad Magistratum Mamertinum statim deducitur Gavius, eoquè ipso die casu Messanam venit Verres. Res ad eum defer-

Similitudo, & Allegoria.

62.

Definitiones. Similiter cadentia.

Nescio qua ratione: Vide suprà N. 60.

E lautumiis: Vel latomiis; nam utrumq; dicitur.

Verri se præstò: Romæ se ulturū esse injurias suas apud Judices, ope & auxilio legum, ideòq; se Verrem Romæ exspectaturum.

Non intelligebat: Hoc non sciebat Gavius, Messanenses seu Mamertinos ita amicos esse Verri, & quasi domesticos, ut quidquid apud hos diceret, dicere videretur in ipsa Verris Prætoris domo: hoc enim *Prætorium* significat.

Urbem delegerat: Multa de hac re alibi; ideò Messanenses sive Mamertini miserant Legatos Romam, qui Verrem laudarent. Observa hic definitiones.

fertur, esse civem Romanum, qui se Syracusis in lautumiis fuisse quereretur. Quem jam ingredientem navem, & Verri nimis atrociter minitantem, à se retractum esse, & asservatum, ut ipse in eum statueret, quod videretur. Agit hominibus gratias, & eorum erga se benevolentiam, diligentiamquè collaudat. Ipse inflammatus scelere & furore in forum venit. Ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Exspectabant omnes, quò tandem progressurus, aut quidnam acturus esset: cùm repentè hominem proripi, atquè in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubet. Clamabat ille miser, se civem Romanum, municipem Cosanum: meruisse se cum L. Pretio, splendidissimo Equite Romano, qui Panormi negotiaretur, ex quo hæc Verres scire posset. Tum iste se comperîsse ait, eum speculandi causâ in

Oratio indirecta Messanensium.

Hypotyposis. Mēbratim.

A se retractum esse: Mamertini dicebant Verri, se retraxisse Gavium, dum jam properaret Romam &c.

Ipse inflammatus: Elegans hypotyposis, quâ res ad vivum describitur. Allegoria est ab igne: inflammari, ardere, emicare.

Quò tandem progressurus? Quid adhuc sceleris tentaturus esset.

Meruisse se cum L. Pretio: Fuisse in iisdem castris cum Pretio, tanquam commilitone, non tanquam Duce; ideò *meruisse cum &c.*

Speculandi causâ: Explorandi causâ: verbum translatum ab iis, qui è specula, ex alto aliquid prospiciunt, & observant,

in Siciliam ab ducibus fugitivorum esse missum: cujus rei neque index, neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam esset ulla. Deinde jubet undiq; hominem vehementissimè verberari. Cædebatur virgis in medio foro Messanæ civis Romanus, judices: cùm interea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri, inter dolorem crepitumq; plagarũ audiebatur, nisi hæc: CIVIS ROMANUS SUM. Hac se cõmemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumq; à corpore dejecturum arbitrabatur. Is non modò hoc non perfecit, ut virgarum vim deprecaretur: sed, cùm imploraret sæpiùs, usurparetque nomen civitatis: Crux, crux, inquam, infelici & ærumnoso, qui nunquam istam potestatem viderat, comparabatur. O nomen dulce libertatis! O jus eximium

Repetitio.
Synonyma.

Traductio.

Geminatio.

63.
Exclamatio.

vant, Gavium ergo exploratorem esse, & proditorem dicebat Verres.

Esset ulla: Pro: *erat:* sensus est: cùm tamen nemo unquam simile aliquid de hoc Gavio suspicatus esset.

Undiq; hominem: Ex omni parte corporis.

Civis Romanus: Non dicit: *Gavius*, sed: *Civis Romanus*, & in *medio foro:* ut esset gravior rei affirmatio.

Hac se commemoratione civitatis: Commemorando jus civitatis Romanæ.

Istam potestatem: Ut cives Romani præsertim indemnati ad solũ Prætoris nutũ atq; arbitriũ securi ferirentur.

O nomen dulce: Vehemens est exclamatio, & apostrophe ad libertatem, jura, legesq; Romanas; amplificatur indigni-

Apostrophe. um nostrae Civitatis: O Lex Porcia, legesquè Semproniae: O graviter desiderata, & aliquando reddita plebi Romanae tribunitia potestas! Huccine tandem omnia reciderunt, ut Civis Romanus in provincia populi Romani, *Adjuncta loci & personae.* in oppido fœderatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces & secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur? Quid, cùm ignes, ardentesquè laminae, caeteriquè cruciatus ad- *Hypotyposis.* movebantur? Si te illius acerba imploratio, & vox miserabilis non inhibebat, ne civium quidem Romanorum, qui

gnitas rei per deplorationem, nullam rationem haberi libertatis & jurium Romanorum; atq; hæc omnia ad motum, qui per interrogationes, exclamationes, apostrophes, & rerum hypotyposes est quærendus.

Lex Porcia: Lex Porcia virgas amovit à corpore civium Romanorum. Leges Semproniæ de civium capite injussu populi Rom. judicari vetuerunt.

Tribunitia potestas: Tribunitiam potestatem à Sulla sublatam Pompejus populo Romano restituit, vi cujus populus per tribunos Magistratum in ordine retinebat. Ubi est nunc hæc potestas? cur tanta in Verre crimina nondum vindicat?

Omnia reciderunt: Itane hæc à te Verres, omnia spreta, contemptaq; sunt?

In provincia: Amplificatio ab adjunctis: *civis in provincia, tali loco; à Prætore* constituto per ipsum populum Romanum, hoc modo: *deligatus in foro, publicè, virgis, instrumento* tam diro, tam infami!

Non inhibebat: Non aliquem crudelitati tuæ modum faciebat, non te removebat à crudelitate?

No-

qui tum aderant, fletu & gemitu maximo commovebare? In crucem tu agere ausus es quemquam, qui se civem Romanum esse diceret? Nolui tam vehementer agere hoc prima actione, judices: nolui. Vidistis enim, ut animi multitudinis in istum dolore & odio, & communis periculi metu concitarentur. Statui egomet mihi tū modum orationi meæ, & C. Numitorio, Equiti Romano, primo homini, testi meo: & Glabrionem, id, quod sapientissimè fecit, facere lætatus sum, ut repentè con- *Cōduplicatio.*

Nolui tam vehementer agere: Certè vehementer, atrociter, graviter, copioseq; hic egit, & hoc factum descripsit Cicero, adeò ut Gellius in Noctibus Atticis L. x. c. 3. locum hunc satis admirari non possit in comparatione cum aliis, qui dum similia describunt, frigidi sunt, & à quotidiano sermone nihil diversi. Ita Gellius: *quæ ibi tunc miseratio? quæ comploratio? quæ totius rei sub oculos subjectio? quod & quale invidiæ atq; acerbitatis fretum effervescit? animum herclè meum, cùm illa M. Ciceronis lego, imago quædam & sonus verborum, & vocum, & ejulationum circumplectitur &c.* dignum est caput hoc totum Gellii, ut hic legatur, & Ciceronis artificium imprimatur tyronib9.

Animi multitudinis: Tota nimirum concio.

Communis periculi metu: Quilibet enim similia sibi metuebat.

Statui mihi modum: Temperavi mihi, & inhibui etiam testem meum.

Primo homini: Id est: primario; primæ auctoritatis; ita enim & alibi.

Glabrionem: Qui Prætor consilio præsidebat, & medio è consilio judicum dimisit testem, ne populus audita re tam atroci continuò irrueret in Verrem, & ipse has pœnas vi sumeret, quas judices juxta leges imponere debe- rent.

consilio in medio testē dimitteret. Etenim verebatur, ne populus Romanus ab isto eas pœnas vi repetîsse videretur, quas veritus esset, ne iste legibus, & vestro judicio non esset persoluturus. Nunc, quoniam jam exploratum est omnibus, quo loco causa tua sit, & quid de te futurum sit, si tecum agam. Gavium istum, quem repentinum speculatorem fuisse dicis, ostendam in latomias Syracusis à te esse conjectum: nequè id solùm ex litteris ostendam Syracusanorum, ne possis dicere, me, quia sit aliquis in litteris Gavius, hoc fingere, & eligere nomen, ut hunc illum esse possim dicere: sed secundùm arbitrium tuum testes dabo, qui istum ipsum Syracusis abs te in latomias conjectum esse dicant. Producam

Prolepsis.

Litteris & testibus probat.

rent. Hanc suspicionem & hanc infamiam Glabrio Prætor à seipso, & à consilio suo removendam putavit; itaq; testem dimisit, reumq; à multitudinis iracundia vindicatum legibus & judicio reservavit.

Quid de te futurū sit: Absolvi nempe te nullo modo posse.

Sic tecum agam: Subjicit prolepsin, quâ Verrem plurium, & sui ipsius confessione convincit, atq; jugulat, istum Gavium Cosanum non speculatorem fugitivorū, sed civem R. fuisse, istumquè in tormentis clamitâsse, se civem esse Romanum.

Repentinum speculatorem: Id est: de quo anteà nihil ejusmodi audio, de quo nulla priùs ejusmodi suspicio fuerat.

Ex litteris: Id est: actis publicis: ut mox: *quia sit aliquis* in

cam etiam Cosanos, municipes illius ac necessarios, qui te nunc serò doceant, judices non serò, illum P. Gavium, quem tu in crucem egisti, civem Romanum & municipem Cosanum, non speculatorem fugitivorum fuisse. Cùm hæc omnia, quæ polliceor, cumulatè tuis proximis plana fecero, tum istuc ipsum tenebo, quod abs te mihi datur. Eo contentum me esse dicam. Quid enim nuper tu ipse, cùm populi Romani clamore atquè impetu perturbatus exsiluisti, quid, inquam, locutus es? Illum, quòd moram supplicio quæreret, ideò clamitâsse, se esse Civem Romanum: sed speculatorem fuisse. Jam

Traductio in allusione sensûs diversi.

64.

Cōmunicatio & probatio à Verris confessione.

Conduplicatio.

Subjectio.

in litteris Gavius: hoc est: in Actis Syracusanorum, in quibus eorum nomina, qui in latomias conjecti erant, perscripta fuerant.

Nunc serò doceant: Quod prius discere noluisti:& *serô* quia jam remedii locus est nullus, cùm in vitam restitui Gavius jam non possit.

*Non serò illum:*Civem Romanum ipsum non fuisse,serò, sed maturè satis cognitum ante finem judicii.

Tuis proximis: Defensoribus tuis,proximè tibi, & ad latus adstantibus,quiq; etiam aliàs familiarissimè tecum versantur; cùm ergo his rem abundè probavero &c.

Quod abs te mihi datur: Quod tu ipse fateris, clamitâsse illum,se civem esse Romanum;nam cùm Verres nuper urgeretur, perturbatus dixit, Gavium ideò clamâsse se civem esse Romanum,ut differretur supplicium; reipsa speculatorem fuisse.

Quid enim nuper? Priore actione.

Quid, inquam, locutus es? Ipse Orator loco Verris, quem interrogavit, respondet.

Ar-

Testimonia enumerata per repetitionem. Jam mei testes veri sunt. Quid enim dicit aliud C. Numitorius? quid M. & P. Cottii nobilissimi homines ex agro Taurominitano? Quid Q. Luccejus, qui argentariam Rhegii maximam fecit? quid cæteri? Adhuc enim testes ex eo genere à me sunt dati, non qui novisse Gavium, sed qui se vidisse dicerent, cùm is, qui se civem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur. *Conduplicatio.* Hoc tu, Verres, idem dicis: hoc tu confiteris, illum clamitâsse, se civem esse Romanum: apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ut dilationem aliquam, ut crudelissimi, teterrimiquè supplicii aliquam parvam moram saltem posset afferre. *Traductio.* Hoc teneo, hîc hæreo, judices, hoc sum contentus uno: omitto ac negligo cætera: sua confessione induatur, ac juguletur, necesse est. Qui esset, ignorabas? speculatorem esse suspicabâre? *Præteritio.* non quæro,

Argentariam: Vide suprà.

Adhuc enim: Hactenus adduxi tales testes, quibus non tantùm notus quomodocunq; fuit Gavius, sed qui præsentes tum vidêre Gavium, cùm clamaret, se civem Romanum esse.

Hoc teneo, hîc hæreo: Hoc accipio, quod à te mihi datur, quod tu fateris; in hoc argumentum fundo.

Confessione induatur: Irretiatur, capiatur propria sua confessione; ita alibi: *indui laqueis* &c. pro irretiri.

Juguletur: Tanquam diceret: suomet gladio juguletur.

Qui esset: Quis esset.

ro, qua ſuſpicione: tua te accuſo oratione. Civem Romanum ſe eſſe dicebat. Si tu apud Perſas, aut in extrema India deprehenſus, Verres, ad ſupplicium ducerêre, quid aliud clamitares, niſi te civem eſſe Romanũ? Et, ſi tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atque ultimis gentibus poſitos, nobile & illuſtre apud omnes nomen tuæ civitatis profuiſſet, ille, quiſquis erat, quem tu in crucem rapiebas, qui tibi eſſet ignotus, cùm Civem ſe Romanum eſſe diceret, apud te Prætorem ſi non effugium, ne moram quidem mortis, mentione, atquè uſurpatione civitatis aſſequi potuit? Homines tenues, obſcuro loco nati navigant: adeunt ad ea loca, quæ nunquam anteà viderunt: ubi nequè noti eſſe iis, quò venerunt, neq; ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt.

Communicatio. *Exemplum fictum ex minore.* *Geminatio.*

Longior & concatenata periodus.

Tua te accuſo: Tuomet ſermone & propria confeſſione te capio.

Si tu apud Perſas: Communicatione, & exemplo ipſius Verris (ex hypotheſi tamen ficta) urget & amplificat, quid ſit, non reſpicere nomen & jus civis Romani, & quanta fiducia omnium ſemper fuerit & ſit in eo, quòd ſe dicere poſſint Cives Romanos; & Verres tamen audito hoc nomine nihil movetur, ſaltem ut moram permittat rem inveſtigandi, demonſtrandi.

Uſurpatione Civitatis: Nomen civis Romani uſurpando, dicendo ſe civem R.

Cum cognitoribus: Cum iis, quibus noti eſſent, qui eorum notitiam haberent: non enim hic cognitores ſunt procuratores, ut alibi.

sunt. Hac una tamen fiducia civitatis non modò apud nostros Magistratus, qui & legum, & existimationis periculo continentur: neque apud Cives solùm Romanos, qui & sermonis, & juris, & multarum rerum societate juncti sunt, fore se tutos arbitrantur: sed, quocunquè venerint, hanc sibi rem præsidio sperant futurum. Tolle hanc spem, tolle hoc præsidium civibus Romanis, constitue nihil esse opis in hac voce: CIVIS ROMANUS SUM: posse impunè Prætorem, aut alium quemlibet supplicium, quod velit, in eum constituere, qui se Civem Romanum esse dicat (quod quis ignoret?) jam omnes provincias, jam omnia regna, jam omnes liberas civitates, jam omnem

Compar.

Polysyndeton.

Geminatio.

Synonyma.

A consequētiū frequētatione.

Repetitio.

Fiducia Civitatis: Confidentes in suo jure, quòd cives essent Romani.

Et legum & existimationis periculo: Qui ob periculum, ne delinquant in leges, neve existimationem suam amittant, continentur in officio, ne tales homines, cives Rom. asperè tractent.

Et sermonis &c. Qui eâdem lingvâ utuntur, iisdem juribus, & rebus.

Sperant futurum: Vetusta locutio pro: *futuram*, ita Gellius lib. I. c. 7. *futurum* hìc, inquit, non refertur ad rem, sicut legentibus temerè & incuriosè videtur; neq; pro participio positum est, sed verbum est indefinitum, quod Græci appellant ἀπαρέμφατον & hujusmodi locutiones occurrunt in Plauto & aliis.

Quod quis ignoret? Id est: hoc quis ignoret? quod sciunt omnes, quis ignorat, vel ignorare possit.

Ista

omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, civibus Romanis ista defensione præcluseris. Quid? si L. Pretium, Equitem R. qui tum in Sicilia negotiabatur, nominabat? etiamne id magnum fuit, Panormum litteras mittere? asservâsse hominem? custodiis Mamertinorum tuorum vinctum, clausum habuisse, dum Panormo Pretius veniret? cognosceret hominem: aliquid de summo supplicio remitteres. Si ignoraret, tum,

Per modum Dilematis.

Ista defensione præcluseris: Si ita defendas te, dicasq; istud non debere considerari, num quis civis Romanus sit, necne: tali modo facies, ut cives Romani ubiq; semper recepti, ubiq; liberè versati, jam porrò his prærogativis, hac libertate non gaudeant, tutum accessum non habeant.

Nominabat? Dicebat Gavius, se cum L. Pretio meruisse: potuisset ergo ad istum mitti, ut veritas intelligeretur & interim exspectari, differri supplicium.

Cognosceret hominē: Hic subintellige particulam: *si*. Est enim modus hic loquendi sine particula: *si*, non inelegans, & veteribus usitata figura, præsertim, cùm duo contraria proponuntur: sic in Philippica XIII. Cicero: *recesseris: undiq; omnes insequentur: manseris: hærebis.* Si ergo adveniens Pretius cognosceret Gavium, tanquam civem Romanum, tu Verres de supplicio remitteres. Si non nosceret, ignoraret; tunc tu ageres juxta tuam avaritiam, diceres: at ego non nosco, ergo debet cognitorem dare locupletem, cujus pecuniâ civis ille Romanus (etsi civis sit) crucis supplicio redimatur. Adjungit hoc alterum membrum ad invidiam Verri conciliandam, ex pluribus aliis hunc in modum avarè factis occasionem sumens.

tum, si ita tibi videretur, hoc juris in omnes constitueres, ut, qui neque tibi notus esset, neque cognitorem locupletē daret, quamvis Civis Romanus esset, in crucem tolleretur. Sed quid ego plura de Gavio? quasi tu Gavio tum fueris infestus, ac non nomini, generi, juri civiū hostis; non illi, inquam, homini, sed causæ communi libertatis inimicus fuisti. Quid enim attinuit, cùm Mamertini more atque instituto suo crucem fixissent post urbem in via Pompeja: te jubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret: & hoc addere (quod negare nullo modo

66. *Præteritio & correctio. Dissolutio. Incisa.*

A loco.

Hoc juris: Iniquissimum nempe, sed pro more tuo, pro tua avaritia.

Sed quid ego plura? Vehementiùs assurgit amplificatio altero Verris facinore, quo crucem Mamertinorum loco movit, & in conspectu Italiæ fixit, ut se non jam P. Gavii, sed communis libertatis infestissimum hostem exhiberet.

Non nomini, generi: Non erga unum Gavium tuam tum exercuisti crudelitatem, sed in totam gentem ac libertatem Romanam, uti dicit infrà: *Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem, nescio quem civem R. sed communem libertatis & civitatis causam in illum cruciatum, & crucem egisti.*

Quid attinuit: Quomodo hoc conveniebat, quid necesse erat hoc facere?

Via Pompeja: A Pompejo auctore, qui eam strui jusserat, sic dicta; sunt autem viæ Romanorum inter antiquitates celeberrimas, quas ætas illa publicæ commoditatis & ornamenti studiosissima longissimas, latissimas, & commodissimas struxit. Unde meritò Dionysius tria in Romanis fabricis admirabatur: aquæ ductus, vias, & cloacas. Porrò

do potes, quod omnibus audientibus dixisti palàm) te idcirco illum locum deligere, ut ille, qui se civem Romanum esse diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domum suam prospicere posset? Itaque illa crux sola, judices, post conditam Messanam illo in loco fixa est. Italiæ conspectus ad eam rem ab isto delectus est, ut ille in dolore, cruciatuquè moriens, perangusto fretu divisa servitutis ac libertatis jura cognosceret: Italia autem alumnum suum servitutis extremo summoquè supplicio affixum videret. Facinus est vinciri civem Romanum

Amplificatio gravis post narratione facti à causa finali.

Disjunctio.

rò in viis certo intervallo columnas lapideas signū milliariorum præseferentes constituebant: hic dictiones illæ: tertio,quarto milliario:tertio vel quarto ab urbe lapide. Erantq; hæ viæ non Romæ solùm,sed extra urbem, & in provinciis.

Domum suam prospicere: Ad contumeliam, ut quia civem se Romanum jactabat, in sublimem locum tolleretur, unde suam domum,& patriam posset prospicere.

Perangusto fretu: Ita legendum hic, propter meliorem sonum in conjunctione cum alia voce pariter desinente in *o*, & non: *freto*, legendum existimant Auctores,ac potissimùm Gellius l.13.c.19.sic etiam peccatu,pro peccato.

Divisa servitutis & libertatis &c. Ex modico spatio interjacente agnosceret in se modicum illud discrimen inter servum & liberum, civemq; Romanum.

Alumnum suum: Quem ipsa Italia nutrierat, educârat.

Facinus est vinciri: Ascendit gradatim in amplificatione; plus est in scelere, quàm in facinore; ut scelus autem facinore, sic parricidium scelere gravius est.Exemplum hoc Gradationis est vel pueris notum,ut inquit Pa-

Gradatio & incrementū. manū: scelus, verberari: propè parricidiū necari: quid dicam in crucē tollere? verbo satìs digno tam nefaria res appellari nullo modo potest. Non fuit his omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam, in conspectu legum, libertatisquè moriatur. *Geminatio.* Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem, nescio quem Civem Romanum; sed communem libertatis & civitatis causam in illum cruciatum, & crucem egisti. Jam verò videte hominis audaciam. Nonne eum graviter tulisse arbitramini, *Repetitio. Incisa.* quòd illam Civibus Romanis crucem non posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere? *Similiter cadens.* quod enim his locis in provincia sua celebritate simillimum, regio-

latium Eloq. nec enim semper explicitè repeti debent verba ex præcedente constructione, imò figura illa per talem repetitionem facta, artem habet magis affectatā, non item in exemplo præsente.

Verbo satìs digno: Magnam & inusitatam rem esse oportet, quam verba non æquent: itaq; pro re augenda sæpè fingunt Oratores, inopes se verborum esse.

Non posset in foro: Hoc doluit Verres, quòd eam non potuerit in ipsa urbe Romana erigere, in ejus *foro*, quod magis universale, & minus eo, quod subjungit; forum enim est locus publicus, & in quo omnes conveniant: *in Comitio:* loco nobiliore, ubi Equitibus & Senatoribus convenire mos erat: *in rostris:* in loco nobilissimo & supremo, unde conciones à Magistratibus ad populum habebantur.

Quod enim his locis: Locum, ut eligeret illis enumeratis Romæ locis simillimum, elegit celeberrimum in Sicilia,

gione proximum potuit, elegit. Monumentum sceleris audaciæq; suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ, prætervectione omnium, qui ultrò citròque navigarent. Si hæc non ad cives Romanos, non ad aliquos amicos nostræ civitatis, non ad eos, qui populi Romani nomen audîssent, deniq; si non ad homines, verùm ad bestias, aut etiam, ut longiùs progrediar, si in aliqua desertissima solitudine, ad saxa, & ad scopulos hæc conqueri & deplorare vellem, tamen omnia muta atquè inanima tantâ & tam indignâ rerum atrocitate commoverentur. Nunc verò cùm loquar apud Senatores populi Romani, legum, judiciorumquè, & juris auctores, timere non de-

Metaphora. 67.
PERORATIO.
Gradatio sivè augmentum per descensum.
Cōparatio.
Minor.

cilia, & Italiæ proximum.

Prætervectione omnium: Ubi prætervehuntur, transeunt omnes.

Si hæc non ad cives: Incipit peroratio, in qua primò judicibus totam causam commendat. 2. Comminatur Hortensio. 3. Nobiles, qui Verrem defendebant, in invidiam adducit. 4. Ronovat crimina Verris. Incipit perorationem cum connexione & transitione à priore argumento, facitq; hunc syllogismum: *Si hæc ad saxa dicerem, moverentur: At dico ad Senatores: multò igitur magis moveri debent.* Est hic gravissima amplificatio affectione & superlatione gradatim ascendens.

Juris auctores: Quorum auctoritate leges conditæ, judicia & jus constitutum est.

Timere non debeo: Negantes particulæ acumen addunt. Sensus hic est: timere non debeo, ne causa Gavii à communi civium Romanorum causa sejungatur, & hic quidē

Conclusio. debeo, ne non unus iste Civis Romanus, illa cruce dignus, cæteri omnes simili periculo indignissimi judicentur. Paulò antè, judices, lacrymas in morte misera, atquè indignissima navarchorum non tenebamus; & rectè ac meritò Sociorum innocentium miseriâ commovebamur: quid nunc in nostro sangvine tandem facere debemus? *Commendat judicibus causam.* nam civium Rom. omnium sangvis conjunctus existimandus est, quoniam id & salutis omnium ratio, & veritas postulat. Omnes hoc loco cives Romani, & qui adsunt, & qui ubicunquè sunt, vestram severitatem desiderant, *Similiter cadens. Compar. Repetitio. Dissolutio. Incisa.* vestram fidem implorant, vestrum auxilium requirunt: omnia sua jura, commoda, auxilia, totam denique liber-

unus illa cruce dignus, cæteri autem indignissimi judicentur: sed exploratum habeo, quemadmodum cæteros omnes cives, ita Gavium à vobis indignissimum illa cruce judicari. Civium enim omnium sangvis conjunctus existimandus est.

Et veritas postulat: Veritas hic, ut frequenter aliàs est justitia. Jus & æquum postulat, ut, qui ejusdem civitatis, eorundem sacrorum consortes sunt, habeantur tanquam sangvis conjunctus. Inde patriæ tanto sumus devincti officio. Patriam verò non mœnia esse & ædificia, sed cives & municipes meritò dixit Themistocles, & alii omnes ita intelligunt.

Omnes hoc loco: Hoc tempore, in hac causa, quando civitatis Romanæ tam indigna vexatio commemorata atq; audita est.

bertatem in vestris sententiis versari arbitrantur. A me, tametsi satìs habent, tamen si res aliter acciderit, plùs habebunt fortasse, quàm postulant. Nam & siqua vis istum de vestra severitate eripuerit (id, quod nequè metuo, judices, nequè ullo modo fieri posse video) sed si in hoc me ratio fefellerit, Siculi causam suam perîsse querentur, & mecum pariter molestè ferent: populus quidem Romanus brevì, quoniam mihi potestatem apud se agendi dedit, jus suum, me agente, suis suffragiis ante Kalendas Februarias recuperabit. Ac, si

Insinuatio.
Polysyndeton.
Disjunctio.

In vestris sententiis: Hoc enim Verris scelere inulto, nemo, qui civium Romanorum libertatem violare non audeat, reperietur;nam impunitate proposita, facilè quivis ad maleficium suscipiendum adducitur.

A me tametsi: Quamvis jam, quantum in me est, fecerim satis (nam defendi pro viribus causam civiū)eaq; defensione mecum contenti sint, tamen si res aliter ceciderit, si Verres absolvatur; fortè aliud & plus agam, quàm existiment,nam si ex hoc judicio elabatur,ad aliud judicium eum traham,& perduellionis accusabo propter jus civitatis violatum,& hoc judicium centuriatis comitiis apud populum exercebitur.

Siqua vis: Pecuniæ præsertim.

Quoniam mihi potestatem: Nemini enim, nisi qui Magistratum gereret, concionem advocandi, & cum populo agendi potestas erat. Ædilis autem Cicero proximis Comitiis Æditiliis designatus erat; ergo tum à se Verrem perduellionis arcessitum iri significat.

Ante kalend. Febr. Hoc est: simul atq; Ædilis esse cœpero. Initurus autem Æditatem erat proximis Kalendis Januarii,ergo primo mense Æditatis acturus ad

si de mea gloria & amplitudine quæritis, judices, non est alienum meis rationibus, istum mihi ex hoc judicio ereptum ad illud populi Romani judicium
Compar. reservari. Splendida est illa causa: probabilis mihi & facilis: populo grata atquè jucunda. Deniquè, si videor hìc, id, quod ego non quæsivi, de uno isto voluisse crescere: isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit.
68. Correctio. Sed mehercules vestrâ, reiquè publicæ causâ, judices, nolo in hoc delecto Consilio tantum flagitium esse commissum: nolo eos judices, quos ego probârim, atquè delegerim, sic in hac ur-

populum de Verre Majestatis reo.

Ad illud pop. Rom. judicium: Injicit metum provocationis ad populum, ut judices hi, Senatores Verrem condemnent. Sibi etiam ait fore gloriosum illud alterum judicium, etsi Verres ex hoc evadat.

De uno illo voluisse crescere: Nam ex accusatione aliqua nobili, adolescentes homines eloquentiæ, & ingenii gloriam consequebantur; ergo dicit: si videar voluisse gloriam meam augere & dignitatem ex accusatione unius Verris, in altero judicio non tantùm ex uno, sed ex multis accusandis gloriam potero consequi. Quandoquidem si iste hic absolvatur, multos judices, qui pecuniâ corrupti Verrem absolverint, habebo apud populum accusandos. Amarè, nec obscurè tamen, judicibus comminatur.

Sed mehercules: Sed propter meam majorem gloriam, nolo ego, ut tantum probrum judicibus inhæreat.

Probârim: Eos judices, quos à reo datos, non rejeci.

Atq; delegerim: Eos, quos ipse dedi judices, & selegi.

Sic

urbe notatos, isto absoluto, ambulare, ut non cerâ, sed cœno obliti esse videantur. Quamobrem te quoq; Hortensi, siqui monendi locus est, ex hoc loco moneo, videas etiam, atquè etiam, & consideres, quid agas, quò progrediâre, quem hominem, & qua ratione defendas. Nequè de illo quidquam tibi præfinio, quò minùs ingenio mecum, atquè omni dicendi facultate contendas. Cætera, siqua putas te occultiùs extra judicium, quæ ad judicium pertinent, facere posse: siquid artificio, consiliô, potentiâ, gratiâ, copiis istius moliri cogitas, magnopere cen-

Annominatio.
Apostrophe ad Hortensium.
Traductio.
Comminatur Hortensio.
Incisim.
Adjuncta.
Dissolutio.
Incisa.

Sic notatos, ut non cerâ, sed cœno: Nolo judices ita infames per urbem circumire, & digitis monstrari, tanquam pecuniis corruptos judices; ita, ut non tantùm cerâ illa infami (de qua jam alibi) appareant notati, sed cœno (intelligit: turpi infamiâ) obliti. Paronomasia.

Quamobrem te: Hortensium monet per existimationem suam, per susceptos in republica honores, per cætera ornamenta, desistat ulteriùs Verrem defendere.

Siqui monendi: A siquis. *Locus:* tempus & occasio: *ex hoc loco* figura traductionis: ludit in *loco.*

Quò minùs ingenio: Hoc prohibeo, ut fide ac ingenio mecum certes, nam hæc pertinent ad judicium; alia sunt extra judicium: pecunia, fraus, potentia, gratia &c. hæc talia, quæ extra judicium occultè vis facere, moneo, ut facere desistas.

Copiis istius: Pecuniâ: ex his quinque nominibus, artificio, consilio, potentia, gratia, copiis efficitur vis illa, de qua suprà: *siqua vis istum de vestra severitate &c.*

Magno

censeo, desistas: Sed & illa, quæ tentata jam, & cœpta ab isto sunt, à me autem pervestigata & cognita, moneo, ut exstingvas, & longiùs progredi nè sinas. Magno tuo periculo peccabitur
Simil. cad. in hoc judicio, majore, quàm putas. Quòd enim te liberatum jam existimationis metu, defunctum honoribus, designatum Cos: cogites, mihi crede, ornamenta ista & beneficia populi Romani non minore negotio retinentur,
Geminatio. quàm comparantur. Tulit hæc civitas, quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam vestram dominationem
Conversio. in judiciis, & in omni Republica; tulit. Sed

Magno tuo periculo: Si peccetur in hoc judicio, cave tibi à magnis, multisq; periculis.

Liberatum existimationis metu: Quòd jam non times, ne quâ res lædere possit existimationem tuam, cùm summum honorem, consulatum, cujus causâ de existimatione laboramus, obtinueris, mihi crede, deciperis; nam æquè cavendum est, ut ne hæc amittantur, quàm laborandum fuit, ut acquirantur.

Defunctum honoribus: Idem ac functum honoribus, consecutum honores.

Non minore negotio: Latet hìc sententia illa, quæ est in noto versiculo *non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.*

Quoad necesse fuit: Usq; eò necesse fuit, donec tribunitiam potestatem populo Romano Pompejus Consul restituit.

Regiam istam vestram dominationem: Sæpiùs jam objecerat hoc Hortensio, quòd ita in judiciis dominatus sit: vocat jam *regiam dominationem* invidiosè, cùm apud Pop. Rom. liberum dominatio regia dudum & sæpiùs expulsa, valdè odiosa fuerit.

Tulit: Vis est in hac geminatione verbi. Et est figura conversionis.

Omnia

Sed quo die populo Romano tribuni plebis restituti sunt, omnia ista vobis (si fortè nondum intelligitis) adempta atquè erepta sunt: omnium nunc oculi conjecti sunt hoc ipso tempore in unumquemquè nostrûm, qua fide ego accusem, qua religione hi judicent, qua tu ratione defendas. De omnibus nobis, siquis tantulum de recta regione deflexerit, non illa tacita existimatio, quam anteà contemnere solebatis, sed vehemens ac liberum populi Romani judicium consequetur. Nulla tibi, Quinte, cum isto cognatio est, nulla necessitudo; quibus excusationibus anteà nimiùm in aliquo iudicio studium tuum defendere solebas, earum habere in hoc homine nullam potes. Quæ iste in provincia palàm dictitabat, cùm ea, quæ

Repetitio.
Disjunctio.
Compar.
Allegoria.

Repetitio.
Traductio.

Omnia ista: Vestra dominatio, & quæ pro vestra libidine, nullo populi R. metu, in judiciis, & in omni republica faciebatis.

De recta regione: A via religionis, fidei, rationis &c.

Tacita existimatio: Non tantùm sequetur privatum judicium hominum, quando non fuère, qui ad populum quemquam accusare possent, tribunis plebis agendi jure ac potestate carentibus; sed jam iis restitutis, vehemens ac liberum populi Romani judicium erit, quo etiam mali plectentur judices.

Nulla tibi, Quinte: Hortensi: non est Verres *Affinitate* tibi junctus, quæ etiam hic intelligitur per verbum: *necessitudo.*

Nimiùm: Mordet Hortensium, qui cognationi & necessitudini plùs interdum, quam justitiæ tribueret.

Tuâ

quæ faciebat, tuâ se fiduciâ facere dicebat, ea ne vera putentur, tibi maximè est providendum. Ego mei jam
69. rationem officii confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam. Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnavi.
Compar. Repetitio. Adjunctio. Reliquum judicium non jam de mea fide, quæ perspecta est, neque istius vitâ, quæ damnata est, sed de judicibus, & verè ut dicam, de te futurum est.
Adjuncta temporis. At quo tempore futurum est? nam id maximè providendum est: etenim cùm omnibus in rebus, tum in republica permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum:
A temporis vicissitudine. nempe eo, cùm populus Romanus aliud genus hominum, atque alium ordinem ad

Tuâ fiduciâ: Fretum artificiô tuô,& usitatâ in judiciis corrumpendis industriâ, quâ eum defensurus esses.

Iniquissimis meis: Obtrectatoribus infensissimis.

Persolutam rationem officii: Satisfactum.

Primæ actionis: In prima jam actione id egi,ut auditis testibus in oratione non continua adductis, omnes eum nocentissimum judicarent; & hoc paucis horis, paucis diebus. Dies autem novem in illa actione fuisse consumptos scribitur. Ergo per hyperbolem: *paucis horis.*

Ratio atq; inclinatio temporum: Ratio & mutatio temporum: ita dicit in oratione de lege Agraria: *A temporis inclinatione, & perlevi sæpè fortunæ momento vectigalia populi Romani pendent.*

Alium Ordinem: Equestrem nempe; nam legem tulit Aurelius Cotta Prætor, ut judicia cum equestri Ordine, & tribunis ærariis communicarentur; & de mutandis judi-

ad res judicandas requirit: nempe ea lege de judiciis judicibusquè novis promulgata, quam non is promulgavit, cujus nomine proscriptam videtis; sed hic rèus. Hic, inquam, sua spe, atquè opinione, quam de vobis habet, legem illam scribendam, promulgandamquè curavit. Itaquè cùm primò agere cœpimus, lex non erat promulgata: cùm iste vestra severitate permotus, multa signa dederat, quamobrem responsurus non videretur, mentio de le-

Geminatio.

ciis multa dixit Cicero Actione 1ma.

Nempe ea lege: Aurelii Cottæ, ut equites Romani judicent.

Proscriptam videtis: Id est: propositam. Nam *proscriptæ leges* dicuntur, dum inscripto latoris sive legislatoris nomine, palàm in foro spectandæ, ac legendæ proponuntur. Et sic propriè aliæ etiam res *proscriptæ* dicuntur, quæ publicè proponuntur, & venales indicantur; hoc modo dicebantur proscripta eorum bona, quæ sub hasta vendebantur, atq; homines proscripti, relegati atq; in exilium missi, quia nomina eorum claris & publicis litteris affigebantur palàm.

Sed hic reus: Verres causa fuit legis illius promulgandæ, non quidem efficiens, sed movens. Cùm enim ille speraret, & opinaretur, plurimos ex hoc judicio à se corruptos, sibi benignos fore, hoc ipso ratio & causa fuit, ut hæc lex promulgaretur: *ille curavit;* in eodem sensu, quo priùs: *bic reus promulgavit*, tanquam causa movens.

Cùm primò agere: In prima actione, cùm causa Verris inciperet, lex hæc nondum fuit, sed minitatus est Cicero judicibus Senatoribus; jam autem fuit promulgata.

Cùm iste vestra severitate: Quamdiu visus est Verres de sua causa desperare ob judicum debitum rigorem, & se-

ve-

lege nulla fiebat. Posteaquam iste recreari, & confirmari visus est, lex statim promulgata est. Cui legi cùm vestra dignitas vehementer adversetur, istius spes falsa, & insignis impudentia maximè suffragatur. Hîc, siquid erit commissum à quoquam vestrûm, quod reprehendatur, aut Populus Romanus judicabit de eo homine, quem jam anteà judiciis indignum putavit: aut ii, qui propter offensionem judiciorum de veteribus judicibus lege nova novi judi-

Contraria.

Polysyndeton.
Terret judices.

veram justitiam, ita,ut neq; auderet respondere & se defendere,tamdiu nihil auditum est de hac lege.Ubi autem ille visus est bene sperare, atq; indicium præbere, quòd judices se corrumpi passi sint,lex illa statim est promulgata. At lex hæc vestræ dignitati repugnat; Verres autem sua mala de vobis spe suffragium quodammodò dedit & causam, ut promulgaretur lex.

Suffragatur: Vide, quæ paulò antè dixi. Populus enim cùm Verrem bene sperare vidit,& eâ præditum esse impudentiâ, ut à nullo corrumpendi judicii genere abstineat, suspectos habuit judices,& alium omnino ordinem ad res judicandas nova lege quæsivit.

Siquid erit commissum: Si jam ergo ab aliquo judice non rectè judicetur, de ipso hoc judice judicabit vel populus Romanus, vel illi novi judices, Equites nempe.

De eo homine: De tali judice Senatore,qui in judicando aliquid cōmittet,& delinquet,quē jam antè officio judicis indignum putavit, quia petit populus alios judices.

De veteribus judicibus: Novi judices,Equites,nova lege constituti judicabunt de veteribꝰ judicibꝰ. Per hæc omnia minatur Cicero judicibus, se vel causam ab illis malè judicatam acturum apud populum,vel novos Judices de ipsis judicaturos.

Quàm

dices erunt constituti. Mihi porrò, 70.
(ut ego non dicam) quis omnium mortalium non intelligit, quàm longè progredi sit necess.? Potero silere, Hortensi? potero dissimulare, cùm tantum Respublica vulnus acceperit, ut expilatæ provinciæ, vexati Socii, Dii immortales spoliati, cives Romani cruciati, & necati impunè, me actore, esse videantur? potero hoc ego onus tantum aut in hoc judicio deponere, aut diutiùs tacitus sustinere? non agitanda res erit? non in medium proferenda? non populi Romani fides imploranda? non omnes, qui tanto se scelere obstrinxerint, ut aut fidem suam corrumpi paterentur, aut judicium corrumperent, in discrimen ac judicium

Interrogationibus & repetitionibus excitat orationem.
Metaphora.
Similiter cadens.
Enumeratio.
Dissolutio.
Disjunctio.
Simil cad.
Compar.
Paronomasia, & commutatio.

Quàm longè progredi: Quia non intelligit, quàm mihi longè progredi sit necesse, h. e. quàm cogar ego hanc causam, etsi in hoc judicio malè judicatam, non deserere, sed ulteriùs progredi. Nam etsi hic Verres evadat, actio mea finem non inveniet: cogar alio loco, nempe apud populum Rom. eandem causam agere: cogar Sociorum, Deorum immortalium, civium Romanorum injurias persequi. An enim silere hæc potero, dissimulare? &c.

Impunè, me actore: Ut me causam agente, & nihil evincente, impunita maneant tanta crimina?

Hoc onus tantum: Officii & muneris, quod jam suscepi.

Deponere: ut cessem, si Verres modò absolvatur.

Tacitus: Ut animo tantùm, non opere & ipsa accusatione hæc scelera persequar.

Agitanda: Non vehementiùs & iterum agenda causa?

Non omnes: Annon accusandi, persequendi sunt, quot-

quot

Per prolepsin transit ad aliud. um vocandi? Quæret aliquis fortaſſe, tantumne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominum ſuſcepturus es? non ſtudio quidem hercule ullo, neque voluntate. *Nobiles in invidiam adducit.* Sed non idem mihi licet, quod iis, qui nobili genere nati ſunt: quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur: longè alia mihi lege in hac civitate & conditione vivendum eſt. *Ab exemplis.* Venit enim mihi in mentem M. Catonis, hominis ſapientiſſimi, & vigilantiſſimi: qui cùm ſe virtute, non genere populo Romano commendari putaret, cùm ipſe ſui gene-

quot vel ipſi ſe paſſi ſunt corrumpi, vel alios corrupêre?

Quæret aliquis fortaſſe: Nobiles,qui Verrem defendebant,in invidiam adducit: dixit priùs, annon omnes eos accuſem,qui pro tam iniqua Verris cauſa ſtant?Sibi nunc objicit: ergo Cicero ſe tot hominum odiis exponet?

Non ſtudio &c. Equidem non libenter in me tot odia concito, non voluntate mea libera hoc fit.

Non idem mihi licet: Officium hoc meum eſt à populo mihi demandatum, quod peragere non poſſum ſine multorum invidia. Non enim mihi honores deferuntur, ut iis perfrui poſſim in otio, in ignavia.

Dormientibus: Propterea infrà dicit: per ludum & negligentiam ad honores perveniſtis.

Et conditione: Longè alia lege, & conditione. Aliter nempe mihi veniunt honores & officia, quàm ipſis; ipſis per ignaviam, mihi per laborem.

M. Catonis: Cenſorii, qui ſapiens dictus eſt, ideoq; aptè ſubjungitur: *hominis ſapientiſſimi.* De hoc Livius lib. 9. Dec. 4.

Non genere: Non ſtemmate nobili, quia novus homo erat, Tuſculi natus.

Poten-

generis initium ac nominis ab se gigni, & propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias, & maximis in laboribus usquè ad summam senectutem summa cum gloria vixit. Posteà Q. Pompejus, humili atquè obscuro loco natus, nonne plurimis inimicitiis, maximisquè suis periculis ac laboribus amplissimos honores est adeptus? Modò L. Fimbriam, C. Marium, C. Cœlium vidimus non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos per ludum & per negligentiam pervenistis. Hæc eadem est nostræ nationis regio & via: horum nos hominum

Traductio.

Metaphora.

Potentissimorum suscepit inimicitias: Qui etiam L. Quinctium Flaminium, Titi fratrem, ejus, qui ex Macedonia triumphaverat, virum Consularem Censor Senatu movit.

Maximis in laboribus: Sæpè accusans, sæpiùs accusatus. Hoc ipsum in Divinatione.

Q. Pompejus: Quintum Pompejum Rufum intelligit, qui Consul fuit anno DCXII. quiq; primus in familiam suam Consulatum intulit, ut Vellejus lib. II. & Capitolini lapides. In Bruto de hoc dicit Cicero; *qui summos honores homo per se cognitus, sine ulla commendatione majorũ adeptus est.*

Plurimis inimicitiis: Qui alios accusabant, plurimorum in se inimicitias concitabant.

Per ludum & negligentiam: Facilè, sine labore.

Hæc eadem: Quæ Catonis, Fimbriæ, Cælii, Marii &c.

Nostræ nationis: Novorum hominum.

Regio & via: Quâ novis hominibus ad honores eundum

num ſectam atquè inſtituta perſequimur. Videmus, quanta ſit in invidia,
71. quantoquè in odio apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus & induſtria: Si tantulum oculos dejecerimus, præſtò eſſe inſidias: ſi ullum locum aperuerimus ſuſpicioni,
Allegoria. aut crimini, accipiendum eſſe ſtatim
Converſio. vulnus: eſſe nobis ſemper vigilandum,
Subjectio. ſemper laborandum videmus. Inimicitiæ ſunt? ſubeantur. Labores? ſu-
Sententia. ſcipiantur. Etenim tacitæ magìs, & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ. Hominum nobilium non ferè quisquam noſtræ indu-
Mēbratim. ſtriæ favet: nullis noſtris officiis benevolentiam illorum allicere poſſumus: quaſi natura & genere disjuncti ſint, ita diſſident à nobis animo ac vo-

dum eſſe judicamus. Sic etiam ſuprà accepit regionem pro via: *ſiquis tantulum de recta regione deflexerit.*

Si tantulum oculos dejecerimus: Sic vel modicùm à vigiliis ceſſemus, in ſomnum & quietem concedamus: tantum abeſt, ut nobis dormientibus honores deferantur. Semper ergo ſtandum in excubiis; aliàs hoſtis adeſt, vulnerat nos &c. Allegoria.

Accipiendum eſſe vulnus: Pergit in ſimilitudine, & poſt inſidias vulnus nominat.

Quàm indictæ: Quàm ſi indicitur bellum, id eſt: apertè denuntiatur.

Natura & genere: Cùm tamen hominem homini maximè natura commendet, nec differant homines inter ſe genere, ſed animo ſæpè ac voluntate.

Vo-

voluntate. Quare quid habent eorum inimicitiæ periculi, quorum animos jam antè habueris inimicos, & invidos, quàm ullas inimicitias susceperis? Quamobrem mihi, judices, optandum est illud, in hoc reo finem accusandi facere, cùm & populo Romano satisfactum, & receptum officium Siculis necessariis meis, erit persolutum. Deliberatum autem est, si res opinionem meam, quam de vobis habeo, fefellerit, non modò eos persequi, ad quos maximè culpa corrupti judicii, sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Proinde siqui sunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum judicium velint esse, ita sint parati, ut di-

Traductio.

Metu judicii corruptores & corruptos terret.

Adjunctio.

Metaphora.

Polysyndeton.

Voluntate: Affectu & inclinatione.

Quid habent eorum inimicitiæ periculi? Ergo tales inimicitiæ propter accusationem susceptæ, quid aliud novi periculi, aut mali mihi accersunt, quod non jam antè à nobilibus sustinendum habui? eorum animus semper mihi inimicus fuit, nunquam propensus.

Finē accusandi: Officiū accusatoris in hoc reo finire ut possim, opto, sed ita, si priùs satisfecerim populo Romano, & persolverim Siculis officium, quod in me recepi.

Ad quos maximè: Hi sunt ipsi judices.

Potentes: Auctoritate.

Audaces: In currumpendo, nullo legum metu.

Artifices: Peritiâ, & ingenio. Alibi ita distribuit: *qui deponere, aut acipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrumpendi judicii esse solent.*

disceptante populo Romano mecum sibi rem videant futuram; & si me in hoc reo, quem mihi inimicum Siculi dederunt, satis vehementem, satis perseverantem, satis vigilantem esse cognôrunt: existiment in his hominibus, quorum ego inimicitias populi Romani salutis causâ suscepero, multò graviorem atquè acriorem futurum. Nunc te, Jupiter optime, maxime, cujus iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atq; ista arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum, atquè promissum, per nefarium scelus de regiis manibus extorsit: cujusquè sanctissimum, & pulcherrimum simulacrum Syracusis sustulit: tequè, Juno, Regina,

Repetitio. PERORATIO TOTIUS CAUSÆ VERRINÆ. 72. *Apostrophe, & obtestatio ad Deos.*

Repetitio cum anacephalæosi omnium vel potissimorũ criminum.

Disceptante populo Rom: Judice populo Romano, nam disceptare judicis est. Ita pro Milone: *Isti est præpositus quæstioni, qui hæc justè sapienterq; disceptet.*

Multò graviorem: Eò graviorem, quò major populi Romani universi,quàm unius provinciæ habenda ratio est.

Nunc te Jupiter: Peroratio est totius Accusationis,& clausula librorum omnium, quæ gravissima precatione Jovis, & omnium Deorum Dearumq;, quos Verres violavit, & criminum enumeratione, constat. Figuræ & affectus gravissimi.

Donum regale: Antiochi regis, de quo lib. IV.

Dignum regio munere: Dignum, quod Rex donârit;*donũ* hic est res donata,*munꝰ* verò est ipsa donatio & liberalitas.

*Pulcherrimum simulacrum:*De quo lib. IV.sic ait: *Ex æde Jovis*

na, cujus duo fana duabus in insulis posita Sociorum, Melitæ, & Sami, sanctissima & antiquissima, simili scelere idem iste omnibus donis, ornamentisquè nudavit: tequè Minerva, quam item iste duobus in clarissimis & religiosissimis templis expilavit: Athenis, cùm auri grande pondus: Syracusis, cùm omnia præter tectum & parietes abstulit: tequè, Latona, & Apollo, & Diana, quorum iste Deli non fanum, sed ut hominum opinio, & religio fert, sedem antiquam, divinumquè domicilium nocturno latrocinio atquè impetu compilavit: etiam te, Apollo, quem iste Chio sustulit: te-

Adjunctio.

Laus ab antiquitate.

Jovis Imperatoris, quem Græci: Urion nominant, pulcherrimè factum nonne sustulisti?

Melitæ: De hoc lib. IV *Sami*, lib. I. Itaq; hic facit anacephalæosin & repetitionem scelerum.

Athenis: ita lib. I. *Athenis audistis ex æde Minervæ grande auri pondus ablatum &c.* N. 17.

Syracusis: Lib: IV. *Ædes Minervæ est in Insula, de qua antè dixi &c.*

Latona: Apollinis & Dianæ mater, unde Apollo Latonius, & Diana Latonia dicta est.

Sedem antiquam: Hoc ipsum dicit, & explicat Lib. I. Latonam ex lõgo errore & fuga gravidam, & jam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atq; ibi Apollinem, Dianamq; peperisse, qua ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putabatur.

Chio: Lib. I. *Chio per vim signa pulcherrima dico sustulisse.*

 Etiam

teq; etiam atq; etiam Diana, quam Pergæ spoliavit: cujus simulacrum sanctissimum Segestæ, bis apud Segestanos consecratū, semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoriâ, tollendum asportandumq; curavit: teq; Mercuri, quē Verres in villa, & in privata aliqua palæstra posuit, P. Africanus in urbe Sociorū, & in Gymnasio Tyndaritanorū, juventutis illorū custodē ac præsidem voluit esse: teq;, Hercules, quem iste Agrigenti, nocte intempesta, servorum instructa, & comparata manu convellere ex suis sedibus atquè auferre conatus est: tequè Sanctissima Mater Idæa,

Contraria.

Gravitas criminis ab adjunctis.

Etiam atq; etiam: Iterum, iterumq;.

Pergæ: Oppidum est in Pamphylia, à quo Diana Pergæa dicta est, ubi templū habebat operosissimū, & in eo fiebant celeberrima quot annis festa. De hac re Cicero Lib. I.

Segestæ: Lib. IV.

Semel, iterum: Notandæ particulæ.

Mercuri: Lib. IV.

In privata aliqua palæstra: Quid palæstra, jam dictum; erant autem in ædibus quoq; privatis palæstræ.

In Gymnasio Tyndaritanorum: Lib. IV. in ludo litterario, palæstra.

Agrigenti: Lib. IV.

Nocte intempesta: Ea dicitur nox intempesta, quæ est circa concubiam, & mediam noctem; ut dictum N. 35.

Mater Idæa: Deam Cybelen intelligit, quam & *magnam matrem vocat*, cùm de hac re agit Lib. IV. N. 44. Dicitur *Idæa:* Lucret. *Idæam vocitant Matrem, Phrygiasq; catervas dant comites, quia primùm ex illis finibus edunt, per terrarum orbem fruges cœpisse creari.* Ida mons est, in cujꝰ cacumine Gargarus, vel Gargara summa frugum ubertate

Idæa, quam apud Engvinos augustiſſimo, & religioſiſſimo in templo ſic ſpoliatum reliquit, ut nunc nomen modò Africani & veſtigia violatæ religionis maneant, monumenta victoriæ faniquè ornamenta non exſtent: vosquè omnium rerum forenſium, conſiliorum maximorum, legum, judiciorumquè arbitri & teſtes, celeberrimo in loco prætorii locati, Caſtor, & Pollux, quorum è templo quæſtum ſibi iſte & prædam maximam improbiſſimè comparavit: omnesquè Dii, qui vehiculis thenſarum ſolemnes cœtus ludorum initis: quorum iter iſte ad ſuum quæ- *Inciſa.*

tate notiſſima, ita, ut quoties infinitum rei alicujus numerum volumus denotare,à Gargarorum frugibus ſumamus ſimilitudinem: *Gargara quot ſegetes &c.*

Engvinos: De his Lib. IV. Engvium Siciliæ oppidũ fuit.

Omnium rerum ferenſium &c. Caſtoris enim & Pollucis templum in foro erat; erant ergo hi quodammodo arbitri,& præſentes teſtes omnium deliberationum populi &c.

In loco Prætorii: Poteſt hìc Prætorium intelligi figuratè pro loco,in quo Conventus,&Concilium celebratur,ſicut hoc factum eſt in foro Romano.

Quæſtum ſibi: Quomodo Verres in ſartis tectis exigendis lucrum quæſiverit ex illa æde ad damnum pupilli Junii, longa narratione docuit Lib. I.

Vehiculis thenſarum: Thenſæ erant currus,ſeu,uti nos vocamus:fercula,in quibus imagines Deorum publicis in pompis circumducebantur. Ergo,vos quoq; reliquos appello Deos, quotquot in ſacris pompis vel triumphis, in ludis publicis venitis ad nos in vehiculis thenſarum, quo-

quæstum, non ad religionum dignitatem, faciendum exigendumquè curavit: tequè, Ceres, & Libera, quarum sacra, sicut opiniones hominum, ac religionis ferunt, longè maximis, atquè occultissimis cæremoniis continentur, à quibus initia vitæ atquè victûs, legum, morum, mansvetudinis, humanitatis exempla hominibus, & civitatibus data ac dispertita esse dicuntur: quarum sacra Populus Romanus à Græcis ascita, & accepta tanta religione & publicè, & privatim tuetur, non ut ab aliis huc allata, sed ut cæteris hinc tradita esse videantur: quæ ab isto uno sic polluta, & violata sunt, ut simulacrum Cereris unum, quod à viro non modò tangi, sed ne adspici quidem fas fuit, è sacrario Catinæ

Incisa.
Dissolutio.

Cõmutatio.
Similiter cadens.

quorum ita solemnem ingrediendi modum pariter Verres in suum quæstum convertit. Thensas alii à divinitate dici putant; alii quòd ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudebant manu tenere & tangere, qui eas deducebant.

Exigendumq;: Lib. I. describit, quomodo Verres ad vias illas muniendas ingentes pecunias exegerit.

Libera: Jovis & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur.

Simulacrum Cereris: De hoc Lib. IV. *In eo Sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum: Quod viri non modò cujusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant: aditus enim in id Sacrarium non est viris; Sacra per mulieres ac virgines confici solent.* De qua re etiam Lactantius lib. de orig. 1. c. 4. *Hujus Cereris tantam fuisse religionem, ut adi-*

tinæ convellendum, auferendumquè curaverit: alterum autem Ennæ ex sua sede ac domo sustulerit: quod erat tale, ut homines, cùm viderent, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris, non humana manu factam, sed cœlo delapsam arbitrarentur: Vos etiam, atquè etiam imploro, & appello Sanctissimæ Deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosquè colitis cunctæquè Siciliæ, quæ mihi defendenda tradita est, præsidetis: à quibus, inventis frugibus, & in orbem terrarum distributis, omnes gentes ac nationes vestri religione Numinis continentur: cæteros idem Deos, Deasquè omnes imploro, atquè obtestor, quorum tem- *Traductio.*

adire templi ejus secreta penetralia viris nefas esset.

Alterum Ennæ: Enna civitas est insignis in ipso Siciliæ umbilico, augustissimo Cereris templo olim nobilitata, nemoreq; sacro, ex quo Proserpinam raptam fuisse incolæ asserunt. Hinc Proserpina etiam Ennæa vocatur, ejusdemq; Soror Ceres Ennæa vel Ennensis dicitur. De hujus effigie ablata Lib. IV.

Sanctissimæ Deæ: Ceres & Libera, quas etiam atq; etiam, iterum nempe iterumq; nominat.

Cunctæq; Siciliæ: Tota enim Sicilia Cereri singulariter consecrata putabatur, uti & Proserpinæ.

Vestri religione Numinis continentur: Quarum cultum & religionem tenent & complectuntur omnes.

Cæteros idem Deos: Universim jam omnes alios invocat Deos.

Imploro atq; obtestor: Principale verbum ad omnes partes & constructiones ac membra, hucusq; relata. Tota

templis & religionibus iſte nefario quodam furore & audacia inſtinctus bellum ſacrilegum ſemper, impiumquè habuit indictum: ut ſi in hoc reo, atquè in hac cauſa, omnia mea conſilia ad ſalutem Sociorum, dignitatem populi Romani, fidem meam ſpectaverunt: ſi ullam ad rem, niſi ad officium & veritatem omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationesquè elaborârunt: quæ mea mens in ſuſcipienda cauſa fuit, fides in agenda, eadem veſtra in judicanda ſit: deniquè uti C. Verrem, ſi ejus omnia ſunt inaudita, & ſingularia facinora ſceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, avaritiæ, crudelitatis: dignus exitus ejusmodi vitâ atquè factis veſtro judicio conſequatur: utquê reſ-

Diſſolutio. Inciſa. Commendat ſe à ſua fide erga rempublicam. Similiter cadentia. Apoſtrophe ad judices. Aliorū quoquè ſcelerū generica anacephalæoſis.

ta periodus longiſſimê tracta, & hucusq; unum tantum principale membrum habens finitur primùm in fine totius orationis, quæ dictio periodica, numericaq; admiratorem meretur *Lectorem* omnem, habuiſſet multo magis, ſi Ciceronem audiviſſet perorantem.

Inſtinctus: Incitatus: participium ab inuſitato verbo; adhibuit etiam Livius: *itaq; quæ tum cecinerit Divino ſpiritu inſtinctus &c.*

Veſtra in judicanda: Hic alloquitur Judices; eſtq; duplex apoſtropha ad Deos, & ad judices: Vos imploro Deos, læſos à Verre, contemptos &c. ut ſi in hac cauſa nihil aliud ego feci, quàm quod pertinet ad bonum commune, & ad demonſtrandam fidem meam, ut & vos judices id decernatis, quod exigit bonū commune ac veſtra fides &c.

Dignus exitus: Exitus totius cauſæ iſte fuit, dignus nempe

Respublica, meâ fide, unaquè hac accuſatione mea contenta ſit: mihiquè poſthac bonos potiùs defendere liceat, quàm improbos accuſare neceſſe ſit. *Contraria. Disjunctio.*

pe & reo, & accuſatore: evicit accuſator Cicero,ut Verres ſua ſponte abiret in exilium,neq; ſententiam judicum exſpectaret: Hortenſius novo accuſandi genere ita percelleretur, ut rationem defenſionis omitteret. Qui exitus jam fuit poſt primam Actionem; vidit enim Verres ſe certò condemnandum,quia repetundarum reus & quidem tantarum,ut juxta neotericorum rationes damnandus fuiſſet de plusquam 4400000. fl. *Reum Verrem* ut ſcribit Lactantius Lib. de orig. err. II. cap. IV. *& opibus Sacrilegio partis, & vitâ ſatiatum,ac ſenectute confectum proſcriptio triumviralis abſtulit.* Verres itaq; diutiùs quidem vixit, quàm Cicero, & in hoc felix fuit, ut idem Lactantius ait, quòd ante ſuam mortem crudeliſſimum exitum ſui accuſatoris audivit; ab eodem tamen Antonio Ciceronis hoſte, & ipſe Verres poſtmodum ſublatus eſt.

Axiomata, Sententiæ, Doctrinæ.

1. *Interdum melius eſt, crudelem eſſe in animadvertendo, quàm in prætermittendo diſſolutum.*
2. *Qui crudelis eſt in alios, omnes ſibi aditus miſericordiæ apud Judices præcludit.*
3. *Quæ vitâ redimi rectè poſſunt, æſtimari pecuniâ non queunt.*
4. *Veterum Romanorum ſilentium apud Prætores atquè Imperatores ſummum erat, & Magiſtratuum in conviviis pudor.*
5. *Beneficium trabali clavo figendum eſt.*

6. *A malo authore emptum, diutiùs teneri non potest.*

7. *Judex bonus non est, qui suspicione certa non movetur.*

8. *Nihil est victoriâ dulcius. Nullum autem testimonium victoriæ certius est, quàm quos sæpè metueris, eos te vinctos ad supplicium duci videre.*

9. *Homines periti non modò ea, quæ perspicua sunt, vident: verùm etiam occulta suspicari possunt.*

10. *Sic fieri solet: conscientia timidum, suspiciosumq; facit.*

11. *Ex nimia diligentia sæpè plus suspicionis oritur.*

12. *Errat, qui maculas flagitiorum suorum innocentium sangvine eluere vult: & qui existimat avaritiæ vulnera crudelitatis remediis se posse sanare.*

13. *Civilis dissensionis non est iste molestus exitus, in quo reliquos saltem cives incolumes licet conservare.*

14. *Respublica administrari sine metu ac severitate non potest.*

15. *Sæpè calamitas saluti fuit.*

16. *Cavendum, ne adolescentiæ, ætati maximè lubricæ, atq; incertæ, exempla nequitiæ parentum vita præbeat.*

17. *Tum omnibus in rebus, tum in republica permagni momenti est ratio, atq; inclinatio temporum.*

18. *Ornamenta vitæ nostræ: honor, dignitas, virtus &c. non minore negotio retinentur, quàm comparantur.*

19. *Magna in invidia magnoq; in odio apud quosdam homines nobiles novorum hominum virtus est & industria.*

20.

20. *Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ & apertæ.*

21. *A Cerere initia vitæ & victûs, legum, morum, manſvetudinis, humanitatis exempla hominib9 data ac diſpertita eſſe dicuntur.*



